ℭ Et lz nō habeatur qualis sit eius dispositio naturalis: τ maxime totius habitudinis: que cognitio admodū necessaria est ad debite consultādū tū ad remotionem dispositionis: de qua dictum est non habita contraria intentiōe erūt quatuor principales intentiones. Prima per dietā cōplebit. Scda vertet ad materiā abscindēdā. Tertia ad diuersionē materie ledētis τ vaporū. Quarta ad consortationē cerebri τ vltimatam resolutionem materie: si qua remāsisset pseruādo et a regnatione noue materie. ℭ In dieta ergo summarie dicetur q̄ inclinetur aer ad calīn. non ad siccum nimis: q: dubiū est: nūqd̄ materia ad melicum declinet. Sit ergo saltim in passiuis tēperatus: licet in actiuis ad calīn dz declinare. sit etiā ī aere mediocris luminis. Et si aer naturalis talis nō fuerit artificialr preparetur: cauendo aerem nebulosum grossuz τ frigidum australem etiam τ borealem: maxime si ad austrū sequatur borea.

¶ Fit autem rectificatio aeris ad qualitates intentas tēpore
hyemis facto igne commensurato in camera ex lignis laricis
vel taliciis: vel facta expressione vini albi nō nimis fumosi per
camerā: vel facta decoctione in aqua buglosse: boraginis me=
lisse corticum citri: ⁊ ambre aā parum: ⁊ de eo fiat euaporatio.
¶ Motus suauis fiat maxime supra cibum: ⁊ fiat tempore ma=
turationis stomaci: ⁊ non stante repletione in toto motus lōgus
⁊ tardus: non tamen ad lassitudinem ducēs: ⁊ expulsis super=
fluitatibus communibus est in casu conueniens: stante tamen
actuali dolore quies conuenientior est ꝙ motus: maxime ipso
ducto existente. ¶ Somnus etiam superfluus nocet maxime
diurnus: et precipue in loco humido ⁊ capite depresso: ⁊ maxi
me post cibum sumptum de recenti. Sit igitur vel temperan=
tia in somno et vigilia: vt si inclinaretur ad melencolicam: vel
inclinatio magis ad vigiliam stante causa flegmatica. ¶ Ha
beatur continua ventris lenitio: ita ꝙ assidue si fieri potest bis
in die saltem habeat beneficium ventris: et si non naturaliter
artificialiter propinetur cū clysteri lenitiuo facto: vt infra. ℞.
bletis mercurialis: camomille: aneti aā. M. j. radicum altee. ℥.
j. florum eius. M. ß. bulliant in quatuor bocalibus aque vsqꝫ
ad consumptionem tertie partis: et sumatur dimidium deco=
ctionis: ⁊ addatur cassief. ℥. j. ß. hyerepigre Gal. si expedit. ʒ. ij.
salisgēme stante materia flegmatica: ⁊ salis nitri si fuerit me=
lencolica. ʒ. ij. olei cōmunis. ℥. iij. et in processu digesta magis
materia: ⁊ in parte euacuata loco olei cōmunis ponatur olei
de lilio ⁊ fiat clystere: quod si non placuerit continuare saltim
habeat suppositoria facta cū hyera simplici. Si sufficerint:
⁊ si non acuatur cum carthamo ⁊ salgemma prius dissoluta
hyera. Et iuuabunt talia non tantum ad sodā: sed etiā ad edu
ctionem materierum facientium oppilationem meseraicarum.
¶ Cauendum est a passionibus multum commouētibus: licet
parum irasci aliquoties non disconueniat maxime non existē
te paroxismo doloris: sed gaudere temperate moderate conue
nit: si etiā fuerit habitudo mediocris: et corpus per legem pos=
sit vti coitu aliquoties: ⁊ moderate factus non disconuenire:
imo est aptus iuuare. ¶ In cibis sit primo parcitas in cibo et
potu: sed specialiter sunt vitanda quecumqꝫ grossa ⁊ omnia vi
scosa: ⁊ vnctuosa: pinguia: et euaporantia acuta nisi corpore
mundificato: maxime secundum totum vel membra inferiora
quoniam tunc facta mundificatione ad resolutionem reliquia
rum ⁊ remotionem malitie cōplexionis in cerebro ⁊ retinendū
meatus iam dilatatos meseraicarū apertos conuenit vsus ali
quorum aromatum: vt cinamomi: cassieligneę. nucis muscā,
a cori: ⁊ huiusmodi. Sit ergo cibus per naturam suam facilis
digestionis boni nutrimenti ad calidum aliqualiter inclina=
tus. Unde carnes caponum: et castratorum precipue in hye=
me ⁊ columbarum iam volare potentium satis conueniunt.
Carnes similiter auium montanarum maxime degentium et
nutritarum de iunipero stante materia flegmatica: ⁊ assata=
rum conueniunt: ⁊ si fuerit melencolica magis conueniunt eli
xate ꝙ assate oua sorbilia conueniunt. Brodetum: ⁊ est panis
fricatus cum ouo recenti: ⁊ far de spelta: ⁊ brodium cicerum ru.
bea satis conueniunt. ¶ Inter olera valent blete: maiorana:
⁊ ysopus: saluia: et balsamita: anisi: feni. ⁊ apii: ⁊ radices eorū
bene cocte: et napones bene cocti abiectis primis duabus de=
coctionibus. ¶ Uinum sit mediū coloris mediocriter vinosum
sed stāte dolore limphetur aliqualiter cum aqua decoctionis
masticis. Et ad prohibendum euaporationem membrorū in=
feriorum a capite valebit sumere quinqꝫ vel sex grana corian=
drorum. pp. cum zuccharo dulcoratorū. Usus tamen nimius
est disconueniēs propter diuersa: ⁊ ſm hoc habetur prima in=
tentio de dieta. Nam ex his generalibus potest homo de spe=
cialibus multa discurrere. Inter fructus vue passe ⁊ satis con=
ueniunt due vel tres ficus: sed castanee ⁊ dactyli appropriate
nocent: ⁊ etiā ab aliis fructibus cauendū est. ¶ Iā succedit in=
tentio ad euacuationem. Et qm̄ in casu est fienda euacuatio a
capite ⁊ a meseraicis ⁊ partibus stomaci. primū maxime con=
ueniens adiutorium videretur ad hoc, vomitus. Nam quar=
ta primi. c. xiij. Uomitus quidē euacuat flegma et colericas et
mūdificat stomachū: qui nō hꝫ ꝙ ipsum mūdificet: sicut intesti
na habēt colerā ⁊c. Et addit ꝙ remouet grauitatē: que accidit
capiti. Et ex hoc quod dicit: grauitatē innuit materiā in capi=
te esse frigidā: vnde in casu videt maxime laudādus. Non ta=
men laudo fieri cū forti vomitiuo propter nimiā agitationem
capitis ⁊ lesionem stomaci. Fiat igitur vomitiuū leue factū vt
infra. ℞. aquā decoctionis seminis anisi: ⁊ modici salis. ℥. viij.
olei cōmunis. ℥. ij. oximellis simplicis. ℥. j. ß. totū tepidū sumas=
tur: ⁊ suauiter per camerā ambulando per duas tertias hore
cū imaginatione vomendi: tandē vomitus prouocetur impo=
nendo digitū intra guttur: vel pennā intinctam in oleo: ⁊ hoc
maxime cōpositione pectoris ⁊ colli consentientibus: ⁊ super=
posita binda cū coto ad oculos: ne vapores recipiant: ⁊ postea
quietata natura per duas horas et accepta. ℥. j. mine citonio=
rū: aromatica post horā cū dimidia. Ultra mediā horam post
sumatur cibus prandiū leue: ⁊ illa die quiescat: ⁊ si esset conti=
tus vno cibo tū esset melius ⁊ vnica cibatione: nam ex hoc spe
ratur multū iuuamentū: qm̄ ⁊ si vomitus plerūqꝫ noceat capi
ti agitando: tū vbi fiat propter cōmunitatē materie in stō. me=
lior modorū expulsionis eius est vomitus: vt habetur in cano
ne. j. tertij. ¶ Iam circa materiā in capite existētē cū intentio=
ne etiā ad materiā in meseraicis contentā fienda est euacua=
tio: prius tamen digesta materia: que digeratur cum syrupis
vt infra. ℞. mellis rosa. ℥. ij. syrupi de sticados: syrupi de dua=
bus radicibus aā. ℥. j. aquarum ysopi: maiorane: ⁊ absinthij
aā. ℥. ij. ß. misce pro duabus vicibus: ⁊ continuetur quinqꝫ die=
bus in mane sumendo: vt fieri solet; deinde exhibeantur pillu=
le vt infra. ℞. agarici trociscati. ʒ. ij. pillularū cociarū Mes.
de menthe Gal. positarū in. c. de cura sode frigide. ʒ. ß. cum oxi
melle simplici fiat pasta. Quod si materia fuerit attinens ad
melencolicū loco istarū valent pillule inde: quas ponit Mesue
ca. sc. vel saltem pillule de sticados: quas ponit in fine de scoto
mia ⁊ vertigine de mente Abrusbam: ⁊ sunt leuiores. Sumā
tur ſm consuetudinem: et post. vij. horas sumatur lauatiuū ex
aqua mellis: ⁊ nisi euacuatio fuerit completa cum parum sa=
lis. Et si singulis duobus mensibus vtatur tali medicina pre=
parata materia spero maximū iuuamentum futurū. In tēpo=
re aūt medio laudo vsum omnibus. viij. diebus pillularum vt
infra. ℞. agarici trociscati. ʒ. ij. sticados: epithimi aā. ʒ. ß. masti
cis. ℈. j. cum oximelle fiat pasta pro pillulis: de quibus sumā=
tur. ʒ. j. pro vice in introitu lecti post tres horas post cenam.
¶ Iam ad diuersionem succedit intentio. Et hec completur si
corpus fuerit habitudinis mediocris facta leui flobotomia de
vena cōmuni: vt educēdo quatuor. ℥. sanguinis. Nam infrigi=
datis humoribus ⁊ diuersione facta saltē vaporum ⁊ facta na
tura membrorum auara magis tutius applicari possunt me=
dicine calide: ⁊ attractiua membrorum surget de materia con
tenta in meseraicis: ⁊ sic minuetur fastidiū ⁊ abominatio sto=
maci: ⁊ minor quantitas vaporum capiti cōmunicabitur: qui
dolorem fouent vel conseruant. ¶ Perficitur etiam fricationi
bus factis ad crura ⁊ ligaturis tandem ascendendo ad coxas et
⁊ consequenter ad spatulas: ⁊ hec omni die factis euacuationi
bus cōmunibus. ¶ Ad hanc intentionem faciunt vētose sine
scarificatione incidendo: vt dictū est. sed valent maxime si po=
nātur infra sub genu ⁊ intra coxas. Et stāte dolore in parte an
teriori multum iuuat positio ventose in posteriori: imo forte
cū scarificatione: ⁊ maxime facta euacuatiōe de materia. ¶ Ua
lent etiam ruptoria facta post aures. verbi gratia. ℞. cantari
dum abscissis capitibus ⁊ aliis numero. vj. vel. ʒ. ij. puluerizata
rum: fermēti. ʒ. ß. malaxentur cū aqua ardenti et modicissimo
aceti fortissimi: ⁊ fiat pasta: ⁊ ponatur ad quantitatem auella=
ne supra loca vacua post aures: ⁊ superligetur ⁊ conseruetur la
cus aptus per multos dies cum ficubus ⁊ melle. Et vbi corpus
fuerit ad sanguineū multū declinans: scarificatio aurium mul=
tū laudatur: valent etiā ad hoc caputpurgia et masticatoria
ſm cōmunē artem facta. ¶ Circa vltimā vero intentionē ad
resolutionē materie ⁊ confortationē fiat sacculus capiti vt in=
fra. ℞. maiorane: sticados: balsamite: foliorū lauri nucis mus
cate: acori aā. ℥. j. terantur ⁊ ponantur in panno raro et cale=
fiat supra tegulā calidā asperā cū vino aromatico. Et si pona
tur parum aceti ad maiorē penetrationem credo magis iuua=
bit: ⁊ hec fiant abscissis capillis et teneatur dictus sacculus su=
pra caput. Et si prius calefieret caput cum sacculo facto ex mi
lio vel pannico: ⁊ floribus aneti calefactis ſm modum dictum
magis conficietur intentio. Et si dolor fuerit attinens ad par=
tem anteriorē: vt probabiliter esse debet in cōmunitate stoma=
ci valet inunctio facta ad frontem cū oleo de liliis: ⁊ oleo de co
sto. Et si placet facere embrocam ad partem anteriorem capi=
tis potest fieri ad multū exsiccandum vt infra. ℞. maiorane:
sticados: calamenti pulegij aā. M. j. sulphuris. ℥. ij. castorei:
baccarum lauri aña. ℥. ß. bulliant in vna situla aque cum vno
bocali vini ad consumptionem quarte partis: ⁊ de eo fiat em=
brocatio supra commissuram coronalem vbi coniungitur sa=
gittali. ¶ Potest etiam fieri inunctio vt infra. ℞. olei de li=
lio. ℥. j. myrrhe: epithi: costi: piretri aña. ʒ. j. euforbij: castorei
aā. ℈. j.

aā. ℈.j. ⁊ fortassis rubificabit. ¶ Valent etiam ventose cū mul-
to igne posite super locum ad resolutionem reliquarum: ⁊ re-
motionem malicie complexionis frigide. Et quando ista non
sufficerent in simili laudauerunt Auenzoar ⁊ Azaranius cau-
terium actuale in corpore etiam non multum extenuato. Lau-
darem ego fieri aperturam leuem vene frontis. Nam talis flo-
botomia materias cronicorum dolorem extirpat: vt est auto-
rum sententia. ¶ Ad hanc intentionem valent odoramenta
resolutiua: vt cerebri confortatiua facta ex nigella torrefacta
cum nuce muscata: ⁊ modico castorei: vel cum musco: ⁊ erit sua
uis. ¶ Per interius autem valent confectiones appropriate
vt omni ebdomada sumere. ℈.iiij. mitridati. Et aliis diebus
per duas horas ante prandium. ʒ.ij. diamusci dulcis: vel diam
bre: vel plirisarcoticon. Imponere etiam intra aures de oleo
de lilio cum modico castorei: vt gra.iij. vel.iiij. et modicissimo
aceto squillitico est precipui in casu iuuamenti. Et his ad pre
sens sum contentus relinquens reliqua particularia ordinan
da ibi per prestantes dominos medicos: quia tamē ea que su
pra scripta sunt magis respiciunt dispositionem capitis dolo
rosam ꝙ stomaci ⁊ meseraicarum propter oppilationē in eis:
quam de nocumento cerebri: ita ꝙ lesio stomaci esset prima: et
capitis per viam colligantie: vt plurimum euenire solet secun
da primi doc. tertia capitulo.ij. dicit Auicen. Capitis enim se-
cundum plurimum suarum dispositionum sunt egritudines
per societatem: sed id conuertere est per parum: tunc laudarez
omnibus decem diebus sumi debere de yera simplici Gal. ʒ.s.
in lectuario posita ab eodem septimo terapeut. c. xv. ⁊ laudo fie
ri inunctionem stomaci singula die trahendo etiam versus re-
gionem epatis cum vnguento: vt infra. Facta tamen prius fo
mentatione: vt infra supra stomacum. ℞. absynthii: camomil
le: balsamite aā. M. s. cinamomi: squinanti: spice aā. ℥.j.s. gar.
macis: galange aā. ʒ.ij. folii ligni alo. aā. ʒ.j. bulliant in duab⁹
partibus aque: ⁊ vna vini aromatici vsq; ad tertie partis con-
sumptionem: postea cum spongia infusa in dicta decoctione:
⁊ expressa calida fiat fomentatio bis vel ter. Deinde sucato lo-
co cum panno fiat inūctio vt infra. ℞. olei de spica. ℥.j. olei de
cinamomi. ℥.s. cinamomi: galāge: piperis al. aā. ℈.j. galle mu
sca. ℈.s. muscat ambre aā. gra.ij. cum modico cere fiat vnguen-
tum. Et his ad presens sum contentus ⁊c.

¶ Pro vxore magnifici ⁊ illustrissimi domini Michaelis co-
tignole comitis pro soda temporali precipue per communi
tatem matricis.

¶ Consilium.vj.

Ausus magnifice domine Isabelle de attendolis vt
ex significationibus satis claris percipi potest est
soda temporalis per communitatem precipue ma
tricis concomitante etiam stomaco. Nam licet vt
voluit princeps. A. secunda primi doc. tertia secūs
do capitulo. Capitis secundum plurimum suarum dispositio-
num sunt egritudines per societatem stomaci: q; tamen vt col
ligitur ab eodem specialius prima tertii in sermone vniuersali
de signis ostendentibus species sode ⁊ modos eius dicit ipse: ꝙ
facta per cōmunitatem contingit ⁊ destruitur ⁊ fit fortis ⁊ de-
bilitatur sm ꝙ accidit membro communi. i. membro cōmuni-
canti ex dolore ⁊ destructione ⁊ fortitudine. i. aut debilitate ⁊c.
¶ Et cum narrat eadem magnifica domina priusꝙ fiat dolor
capitis antecedere solet nocumentum in regione matricis de
commotione: timore: ⁊ gungulatione: ⁊ plerumq; tempore pur
gationis talis dolor inualescit: ⁊ facta tandē euacuatione quie
scit vel alleuiatur: Idcirco recte concludi potest talem dolorē
principaliter pendentem esse ex communitate vaporum eleua-
torum a matrice: concurrentibus etiam aliquibus vaporibus
ex stomaco: qui dictā dispositionē doloris conseruant: vt gene
ralis sententia fuit domini Auicen. vt supra visum est etiam:
quoniā eo tempore compatiente stomaco matrici fit nausea ⁊
destructio appetitus: vt eadem narrat. ¶ Et quoniaz vt idem
protestatur dn̄s Aui. prima tertii in regimine vniuersali sode
per cōmunitatem in principio capituli. Oportet vt sollicitetis
in omnibus speciebus sode facte per cōmunitatē mēbrorū de
illis mēbris ⁊c. prima intētio curatiua in omni soda per cōmunita
tē est sumēda a curatione mēbrorū: a quib⁹ depēdet: vt in ca-
su nr̄o principaliter a matrice cōcomitātur a stō. Quia tñ vt di-
xit Gal. x. terapeu. cura cognitionē et pronosticationē sequit:
op; intelligere prius qualis sit dispositio matricis: vt ea cogni
ta: ꝯsr ad curationē accedamus. ¶ Est aūt matricis sua dispō
impedimentū pēdēs ex materia flegmatica in cōcauitate ⁊ ve-
nis matricis existe: digestiuā ipsi⁹ matricis debilitāte: vt ex inspe

ctione vrinarū ⁊ reliqꝭ aliis plene cōstat: ⁊ sic indigestio in ma
trice ventositatē multiplicat: que tādē cū vaporib⁹ sursum ad
caput mouētur: ⁊ ad pāniculū maxime extrinsecū ⁊ cutim per
tingētes extēsionē causat ⁊ dolorē ꝯsr: ⁊ aliqū cutis eleuationē
vt eadē narrat. cui etiā euaporationi adiumētū prestat calidi-
tas cordis: etiā cerebri: cū sit naturaliter cordis calidi: etiā cere
bri: ꝙ ex animositate ⁊ multitudine vigiliarum: ⁊ reliquis mul
tis aliis declarari posset: nisi in longū nimis abiret sermo no-
ster. Et hec quantū ad casum principaliter sufficiant.
¶ Pro cura igitur erunt due principales intētiones attēdēde.
Prima. s. ad dispositionē matricis. Secunda principalis ad
ipsum dolorē capitis. Prima etiā intētio variis instfis. s. dige
stione materie ⁊ preparatione illius ad expulsionē: ꝯsr eiectione
eiusdē cū medicinis per superius ⁊ per inferius: tādē cū cōfor
tātibus ⁊ vigorātib⁹ digestiuā illius cōplebit eadē intētio. Se-
cūda vero intētio principalis duab⁹ specialibus intētionibus
perficietur. Prima erit nō facto dolore prohibere ipsius euen-
tū. Secūda erit remittere ⁊ remouere dolorē ipso iam facto.
¶ Pro prima igitur expediēda intētione: que est ad matricez
est obseruanda regula in isto casu necessaria. s. vt stāte materia
digeratur: neq; ad eā attendatur cū illa materia digerēda sit
cum subtiliatiuis. Et fuit singularis ⁊ preciosus canon in ista
materia. d. Aui. prima tertii in sermone vniuersali de signis so
de cum dixit. Et multotiēs sūt res subtiliantes cause sode: pro-
pterea ꝙ aperiūt viā vaporū ad cerebrum. Et si sint non cali-
de ⁊c. ¶ In hora igit̄ quietis applicent̄ remedia vt infra. Pri-
mo fiat syrupus: qui cōtinuet̄ quinq; vicib⁹ vt infra. ℞. syrupi
de sticados: syrupi de bisantiis sine aceto: mellis rosati collati:
aā. ℥.s. aquarum bethonice: matricarie: ⁊ buglose: aā. ℥.j. misce
duplicetur ⁊ aromatizetur cum modico nucis muscate ⁊ rasure
eboris pro duabus vicibus. Sumatur ita mane vt dormiatur
per horam post eos si fieri potest. Post quos quinq; syrupos
sumantur pillule: vt infra. ℞. pillularū aggregatiuarum: pil-
lularum fetidarū aā. ℈.ij. cum syrupo de sticados fiant pillule.
vij. Post quas adminus dormiatur per horam. Et post. vj. vel
vij. horas facta siue completa euacuatione sumatur laua tiuū
ex. vij. vnciis aque decoctionis cicerum rubeorum: aliqualiter
salite cum media. ℥. zuccari: ⁊ vltra mediaz horam sumatur
prandium leue: vt fieri consueuit. ¶ Sequenti vero mane su-
matur confectio: vt infra. ℞. tyriace antique trifere. aā. ʒ.s. silis
leos: rasure eboris: aā. ℈.j. mis. ⁊ parum sumatur aque arthe
misie: ⁊ buglose. Et tardetur prandium per. vj. horas. Postea
quietata natura per duos: aut tres dies laudo fieri mūdifica-
tionem materierum per regionem propriam cum appropria-
tis: primo faciendo balneum: in quo sedeat vsq; ab vmbilicu: ⁊
vt infra. ℞. calamenti: pulegii: camomille: mellilori: aā. M.j.
matricarie: maioris nepite: aā. ʒ.ij. yreos. ʒ.iiij. omnia bulliant
sufficienter in qua debite quantitatis sumendo quintam par-
tem pro faciendo balneo: vt supra bis: aut semel in die ieiuno
stomaco. Et si contingeret factam esse mundificationem men
struorum per quatuor aut quinq; dies esset conuenientius.
Quo facto balneo tribus diebus continuis laudabile erit ad vl
timatam mundificationem et confortationem si in nocte dua
bus noctibus continuis supponatur intra collum matricis
vna pillula parua facta ex duabus partibus metridati: et vna
parte trifere maioris cooperta panno lineo raro antiquo et
subtili. ¶ Postremo etiam laudo fieri suffumigationem sto-
maco vacuo sedente ipsa super cathedram perforatam appo-
sita vna pillula grossa de infrascriptis supra carbones intra ca
thedram: quarum descriptio fiet: vt infra ⁊c. ℞. ligni al. thus
ris: ana. ʒ.j. silileos: galliemus. rasure eboris: radicis: yreos: lin
gue bouis: ana. ℈.s. cum terbentina fiat pasta pro pillulis con
ficiendis. ¶ Laudo etiam fieri inunctionem ab vmbilico in-
fra cum vnguento: vt infra. ℞. olei de lilio. ℥.j. olei yrini. ℥.s. ci
namomi ligni al. sisileos. aā. ℈.j. galliemusca. ℈.s. cum modico
cere fiat vnguentum. ¶ Laudo etiam fieri confectionem
pro vsu ad confortationem dictarum partium: vt infra. ℞. sili
leos veriusq; ben. lingue bouis: rasure eboris: melisse: aā. ʒ.j.
nucis muscate. corticum citri: corallorum rubeū. aā. ℈.j. cum zuc-
charo dissoluto in duabus partib⁹ aq̄ buglose: ⁊ matricarie: ⁊
vna p̄te vini aromatici fiat ꝯfectio in morsellis duarū dragma
rū pro quolibet: ⁊ sumatur vn⁹ eoꝝ p duas horas ante cibū. Et
ita cū his erit cōpleta omnis intētio q̄ntū ad mēbrū mādans.
¶ Est tñ aduertēdū singulr ꝙ in tēpore magni estus ista reme
dia sua caliditate sunt aliqualiter timorosa: maxime cū ei⁹ cō-
plexio cordialis sit calida: vt supradictū est: idcirco cum caute-
la illo tēpore calido ⁊ artificiose istorum vsus. Et sic sit cōple-

a prima intẽtio principalis. ¶ Quarũ ad fin principale due versantur intẽtiones. Una.s.ad preseruãdũ ⁊ prohibẽdũ dolorẽ: dũ dubitatur de aduentu de proximo: qđ cognoscitur ex cõmotione ⁊ eleuatione portũ ventris: vt supradictũ est: scđa est minoratio doloris vel remotio ipsius postq̃ euenit. ¶ Prima igit intẽtio pficit primo cũ diuertẽtib⁹ materiã ⁊ vapores ad inferius. Perficit ẽt cũ cõprimẽtibus vapores in deorsum si q̃ eleuant sursum cãnt dolorẽ. ¶ Perficit ergo cũ confortãtibus cerebrũ ⁊ panniculos eius: ne recipiãt impressionẽ dictorum vaporũ ⁊ nocumentũ. Et sic gñaliter ꝓhibendo quecũq; ad euaporationẽ iuuamentũ prestãt. Primũ igitur instrumentorũ est nõ stãte lenitione nature fiat clistere cõe cum.℥.s.benedicte ⁊ cassie: añ. ⁊ decoctione cõi. Et vt fiat fricatio coxarũ ⁊ cruriũ cum panno scarlatino ieiuno stomacho. Et cum positione pedum in aqua calida. Et apparuerint vene saphenarum intumescere: que sunt in parte domestica pedis apud talum: si tũc fiat leuis flobothomia saltem de vena dextri pedis extrahendo duas vel tres vncias sanguinis erit multum conueniens. Et si forte saphene nõ apparuerint: sed vena grossa apud pollicem existens intumescat: vel notabiliter manifestetur: tunc illa loco saphene flobothometur: ⁊ non erit minoris iuuamenti. Ligature etiam coxarum ⁊ tibiarum aliqualiter dolorose: si aliquoties fiant conueniunt. ¶ Est notãdum singulariter: q licet fricationes ⁊ diuersiones horum membrorum inferiorum in preseruando conueniant: fricationes tamen superiorũ mẽbrorum vt brachiorum ⁊ spatularum: licet existente actu dolore conueniunt. In preseruando tamen ⁊ in timore euentus cõueniunt nequaq̃. Et sicut dictum est de fricationibus et ligaturis: idem intelligatur de ventosis siccis: quod posite in membris inferioribus valent: et in superioribus sunt apte nocere. ¶ Perficitur cõsequenter eadem intentio cum comprimentibus vapores deorsum: vt est masticatio granatorum muzorum: cõmestio citoniorum: ⁊ dyacitoniten sine speciebus. Comestio etiam coriandrorum pp̃.est maxime proficua. Sumere etiam vnum mirabol. conditum isto tempore. Potus etiam vini nigri debilis cum mixtione aque decoctionis sumac ⁊ coriandrorum est etiam in casu conueniens: precipue si aliquibus vicibus in ea fundatur frustum igniti calibis. ¶ Et sic cõsequenter prohibeantur quecũq; ad euaporationem faciunt: vt sunt aer calidus naturaliter vel artificialiter: ⁊ aer multi luminis: ⁊ exercitium vehemens: licet leuis incessus pedes sit cõueniens. Eo igitur tempore conuenit statio in aere temperato: vel ad frigidum declinante. Et in camera modici luminis vel obscura. ¶ Uigilare etiam superflue nocet: licet etiam multus en hoc somnus: ⁊ in principio doloris conuertendo materias ad interiora non sit iuuatiuus: magis tamen officiunt superflue vigilie q̃ multus somnus. ¶ Passiones quoq; animi maxime furor ⁊ ira propterea quod inflamant maxime nocent. Cibi quoq; vehementis caliditatis acuti et aromatibus conditi: vel alias acuti: vt cepe: porum: aleum: sinapis: et huiusmodi maximi sunt nocumenti. Amora etiam et vehementer dulcia vnctuosa etiam pingula omnia talia nocẽt. A vinis etiam potentibus maxime cauendum est: ⁊ generaliter ab albis.

¶ Sit igitur cibus temperatus: vel parumper ad frigidũ inclinatus. Et si ad stipticum parumper declinet: erit conueniẽs: est tamen necessaria dimissio cibariorũ inflatiuorũ ⁊ tarde digestionis: vt leguminũ: ⁊ carniũ grossorum animalium. ¶ Ualẽt hoc tẽpore carnes pullorũ iuuenũ: perdicis. et turturis singulariter: q: vltra cõplexionẽ manifestã ex proprietate cerebrũ confortãt. Ualent aues minute mõtane: valẽt carnes căpretorũ. Ualẽt pisces petrosi. Et generaliter sint omnia elixata ⁊ non assata. Et cauendũ precipue ab amigdalis: qm̃ sua euaporatione multũ nocent. Et ita discurrendum est generaliter. ¶ Jam circa vltimũ: quod est cõfortatio cerebri et circumstantiũ membrorũ ne recipiant: licet plerũq; compleatur hec intentio cum in vnctionibus circa caput factis: quoniam hec magnifica domina cum caliditate cerebri abundat etiã humiditate: cuius portio fertur ad membra neruosa. Unde nũq̃ incurrit tremorem vnius lateris proinde vt fuit canon. d. Auic. prima tertij in regimine vniuersali. In omni soda: cui associatur reumatismus non declinans ad infrigidandum ⁊ humectandum caput cum oleis ⁊c. ¶ Cõplebitur igitur hec intentio cũ aliquibus odoramentis. Fac ergo ad hoc si fiat odoramentũ: vt infra. ℞. florũ nenufaris rosarum sandalorum citrinorum añ.ʒ.s. gariof.℈.j.omnia infundantur in aceto sic puluerizata: postea exiccata ponantur in pecia pro odoramẽto. Et cũ istis fiat completa omnis intentio circa preseruationem a dolore ⁊c.

¶ Circa vltimum: quod est remissio doloris vel eius remotio cum affuerit: primum pro regula obseruetur: vt fiant diuersiones nõ tñ ad crura: sed ad spatulas omnibus modis: quibus supra de fricationibus: ligaturis: ⁊ ventosationibus: ⁊c. Reliquũ etiã regimẽ: quod pri⁹ dictũ est: in preseruãdo etiã in hoc tẽpore fere cõuenit: sed opꝫ vt sit maior paucitas comestiõis: ⁊ potus ⁊ proprie vini: q: in totũ abstinẽdũ: vel minimũ etiam dãdũ. ¶ Sõnus etiã est prolõgãdus magis maxime cũ precesserit dolor notabili tẽpore. Et si fuerit vigiliarũ instantia propter dolorẽ est prouocãdus omni studio somn⁹ maxime in ꝓcessu: quo casu laudo exhiberi in nocte.ʒ.j.filonij dissoluti: cũ aqua ysopi: vel.ʒ.j.dyaolibani: ⁊ est in casu singularis. Et si ẽt ad resolutionem dictorũ vaporum: qui sunt causa doloris: fieret sacculus ponendus capiti ex floribus camomille aneti: ⁊ sticados dimissis fortioribus erit cõueniens. Pro hac etiam intentione adimplẽda: vꝫ si intra aures imponat parũ olei cum lana: vt infra. ℞. olei camomille.℥.j.olei aneti olei de lilio.añ.℥.s.mis. Ad hoc etiã facit si in ꝓcessu doloris fiet odoramentũ vt infra. ℞. nigelle infuse in aceto ⁊ torefacte.ʒ.j.s.nucismu.ligni al.sandalorum citri.añ.ʒ.s.mis.ponantur in pecia pro odoramento: vel cum laudano ⁊ modico cere fiat pomũ ad odoramentũ. ¶ Pro resolutione etiã dictorũ vaporũ in processu valet si fiet leuis calefactio capitis cũ panno tepido ⁊ pectinatio leuis: vt dictũ est ab antiquis philosophis: si pecten fiat ex cornu dextro arietis. Sed pro corrigẽdo aliud accidẽs interdũ cõtingẽs de tremore laudo fieri inunctionem ad nucham ⁊ ad brachium cum vnguento: vt infra. ℞. olei camomille.℥.j.olei costi.℥.s.olei spice ⁊ de lilio añ.ʒ.ij.acori: sticados: nucismu.piperis longi añ.℈.j.ligni al.℈.s.cum modico cere fiat vnguentum. Et his sum contentus.

¶ Pro parato ad melencolicam passionem.

¶ Consilium.vij.

Casus iste est proprie vigilie innaturalis: neq; fortẽ proprie debet dici sarra: quoniã non est egressus in vigilia naturali egressu multo: ⁊ proprius debet dici vigilia innaturalis q̃ preter naturã. Et sic nõ proprie sarra: qm̃ dixit. A.c.proprio. Sarra est superfluitas in vigilia.i.multis excessus ⁊c. ¶ Fiat autem huiõi egressus a naturali vigilia propter excussionem fieri in somno in virtute sensitiua panniculorum cerebri: ad quam excussionem passiue conuertit siccitas cerebri ⁊ panniculorum eius: ⁊ effectiue promouetur quidam vapor acutus eleuatus a materia melencolica radicali ⁊ aliqualiter adusta in partibus cerebri existente: vnde ab hoc vapore eleuato acuitate participante: impetuente tẽpore somni in panniculos cerebri: siue mitigas preterita virtute a nocumẽto male qualitatis vaporis fit excussio ad depellẽdũ nocumentũ: ⁊ inde fit motus spirituum: ⁊ caloris ad exteriora: ⁊ sic fit euigilatio: que per tp̃s cõseruat hora debita dormitionis ꝓpter plurimas ⁊ varias cogitationes ⁊ falsas extimationes: que etiã radicẽ habẽt a dictis vaporibus a materia illa aliqualiter adusta eleuatis: qui similitudinẽ gerũt dicte materie: ꝑmixtione quorũ cũ spiritib⁹ varius fit mot⁹ in cerebro: ⁊ varia diuersorũ represẽtatio in sensib⁹ interiorib⁹: ⁊ sic varie cogitationes: ⁊ aliqñ varia somnia ad timorẽ vt plurimũ aliqualr declinãtia fm qđ ydola: vel spẽs dictorum vaporũ naturalr nigrorũ rẽ nigrã represẽtãt. Et sic in virtute appetitiua irascibili sequit inclinatio ad fugã. Et qm̃ naturales virtutes obediũt aialib⁹: ⁊ illas subministrãt: fit ꝯr l virtute naturali expulsiua mot⁹ ⁊ excussio ⁊ euigilatio. ¶ Ad hec etiã cređo cõcurrere qđ forte ab illa materia eleuat vẽtositas tp̃e somni cõcentrato calore interius: que tandẽ ad pãniculos veniens ⁊ eos distendens dolorem causat: ⁊ euigilat: ⁊ hec de casu.

¶ Circa igitur regimẽ primũ in dieta sumatiua stringendo sit regula: q in omnibus declinãdũ sit ad frigidum ⁊ humidũ: nõ tamẽ intẽse sed remisse frigidũ. Sit igitur aer nõ calidus: neq; siccus: sed magis aliqualiter grossus ⁊ vaporosus modo nõ sit multũ humidus. Nõ laudo igitur camerã eleuatã: sed magis terrenã: ita tamẽ quod nõ sit nimis humida. Sit etiã tempore diei ⁊ debitarũ vigiliarũ luminosa ⁊ clara: sed tempore somni siue nocte: siue die in totũ sit aer dicte camere tenebrosus nullo mõ splẽdens. Et propter eãdẽ causam nõ moret multo tpe apud ignẽ tpe hyemis. Exercitiũ nõ sit calefaciens ⁊ exiccans: sed suaue ⁊ deliciosum: vnde magis declinãdũ est ad quietẽ q̃ ad exercitiũ. ¶ Studeatur vt sit somnus magnus q̃tũ possibile est. Stãdo multo tẽpore i camera obscura super lecto molli ⁊ suaui: tenẽdo oculos clausos: ⁊ post habẽdo voluntariã cogitationem: ⁊ etiã si nõ possit dormire: saltem multo tempore quiescat tñ

quiescat in aere humido: vt dictũ est. Et si nõ possit naturalr̃ hẽri humidus humectet̃ p̃ infusiones ꝛ repssiones aquarũ ꝛ stramenta rerũ infrigidãtiũ ꝛ humectãtiũ. Fricatio etiã leuis pedum ad somnũ incitat in quibusdã. ¶ Abstinentia ꝛ ieiuniũ sunt in casu inimica. ¶ Cibi eius debẽt esse humidi actu ꝛ potentia boni ꝛ facilis nutrimẽti: ꝛ si aliquali euaporatione participarẽt nõ inconueniũt. Ita tñ ꝙ nõ sint calidi ꝛ sicci: vitãda sunt omnia cibaria melãcolica vt legumina: ꝛ omne quod inflat. Cauẽdũ igitur a caseo maxime veteri: carnibus quadrupedũ magnorũ corporũ carnibus salitis ꝛ huiusmodi. ¶ Vitetur vinũ multũ magnum: etiã subtile acutũ inimicum est: maxime si sit potẽs ꝛ fumosum. Sit igitur vinũ medij coloris: medie potẽtie ad dulcedinem aliqualiter declinãs: oua elixata: ꝛ nullo modo assata in casu plurimũ conueniũt. Carnes autẽ mõtanarũ perdicũ precipue ꝛ fasianorũ: si elixentur maxime cõueniũt. Panis sit albꝰ bene preparatus vnius vel duorũ dierũ. Vsus etiã brodiorũ carniũ laudabiliũ maxime cõueniẽs est. Pisces aliqui petrosi: ꝛ aliĳ nõ plurime viscositatis satis cõueniũt. Si etiã in vltimo cene sumeretur vnꝰ bolus vel ouo de lactuca cocta sine pane est satis familiare somniferũ. ¶ In passionibus animalibus gaudẽdũ ꝙ̃tũ possibile est: ꝛ per idẽ cauendũ est a cogitationibus tristibus ꝛ humorosis. Standũ est cũ dilectis amicis. A coitu maxime cauere dꝫ qm̃ in eo propter magnã spermatis effusionem forte acquisita est in cerebro ꝛ mẽbris sibi cõiũctis siccitas: que nõ parua est nocumenti causa: ꝛ his sum contentus ꝙ̃tũ ad regimẽ in dieta non cõmemorãs p̃sa propter ipsius hominis intelligentiam. ¶ Ad medicinalia igitur me conuerto: primo quidẽ ordinãdo que materiã illã melẽcolicã aliqualiter calidã respiciũt: eã equãdo cũ sirupis per interius. Postea per exterius cũ embrocis quibusdã aliqualiter somniferis. Deinde apponã quasdã cõfectiones in casu valẽtes: ꝛ particularia quedã: quibꝰ vtendũ erit tp̃e somni. Nõ curabo ponere medicinas euacuatiuas: qm̃ in illis nõ est vtilitas: sed in certo sirupo digerẽte apponã: quedã etiã appropriate dictũ humorẽ euacuãtia. ¶ Pro digestione igit̃ ꝛ equatione materie laudo sirupũ: vt infra. ℞. sirupi violati simplicis. ℥.ij. sirupi de fumoterre: sirupi de succo pomorum simplicis: añ. ℥.j. aquarũ lupulorũ: buglose ꝛ endiuie: añ. ℥.ij. pro duabus vicibus continuetur ad arbitriũ. Et si vis facere magistralẽ sirupũ fac vt infra. ℞. buglose: boraginis: capilliueneris: lingue ceruine: endiuie scariole añ. M.i. radicũ asparagi brusci. añ. ʒ.iiij. sandalorũ ru. violarũ: añ. ʒ.ij. pruna damascena numero. xij. poma odorifera numero. iiij. croci. ʒ.v. fiat sirupus cũ zucchario: ꝛ sic detur cũ sero caprino vel aqua decoctionis radicũ buglose erit conuenientior. Si etiã loco infusionis buglose ꝛ borraginis sumeretur de succo borraginis: ꝛ buglose erit melius. Si etiam tẽpore estatis adderetur se. papa. al. ꝛ semen lactuce ad prouocationẽ somni erit felicior: ꝛ isto sirupo põt vti multo ꝛ cõtinuato tẽpore. Et si voluerimus aliquid simul digerẽdo euacuare fiat sirupꝰ: vt infra. ℞. florũ borraginis: buglose: melise fumiterre ꝛ violarũ añ. ʒ.ij. liquiricie: corticũ citri: passularũ enucleatarũ se. bõbacis añ. ℥.v. scolopẽdrie: scariole: ꝛ cicoree: endiuie capilloueneris añ. M.j. maiorane. M.v. ani. ʒ.j.v. sticados arabici: sene. epithimi. añ. ℥.v. pruna numero. x. bulliant in aqua: ꝛ colentur ꝛ colature addatur succi buglose: ꝛ pomorũ. ỽ. añ. ℥.vj. ꝛ sirupizetur cũ zucchario al. ꝛ aromatizetur cũ croco: ꝛ sandalis rub. ꝛ citri. Si etiam infundantur. ʒ.ij. epithimi in sero caprino per noctẽ vsqꝫ ad. ℥.vj. ꝛ facta collatura sumatur tepidũ in casu cõuenit. ¶ Ad hanc intentionẽ interdum valet: si interdum sumatur a. ʒ.vj. vsqꝫ ad. ℥.j. de dyaprunis Nicolai non solutiuo. Valebit etiam singulariter cõfectio dyacatholiconis: si in eadẽ ꝙ̃titate sumatur. Et istis sum contentus quantũ ad syrupos digerentes ꝛ medicinas euacuantes. ¶ Iã restat ponere aliquas cõfectiones in casu appropriatas. Fiet igitur hec cõfectio: vt infra. ℞. florũ mellisse: boraginis: buglose: violarũ: ligni al. añ. ʒ.j. doronid. ʒ.v. margaritarũ: hyacintorum: smeraldi. añ. ℈.j. croci. gra. vi. omnia subtiliter puluerizentur: ꝛ cũ zucchario dissoluto in aquis buglose fumiterre ꝙ sufficit fiat confectio in morsellis. ¶ Ad hanc intentionem etiam laudarẽ mixturã: vt infra. ℞. dyaboriginati: dyabuglosati. añ. ℥.j. zucchari violã. ℥.ij. zucchari rosati. ℥.v. fragmentorum vt supra ligni al. añ. ℈.j. cũ foliĳs. iiij. auri fiat mixtura: de qua sumi potest vnũ coclear vsqꝫ ad duo in mane. ¶ Pro particularibus vero capiti fiendis etiã ad equationẽ dicte materie ꝛ cerebri ꝛ paniculorũ humectationem laudo fieri embrocationem capiti cum decoctione: vt infra. ℞. camomille: mellilotꝭ: lactuce: stipitum papaueris al. añ. M.j. aneti. M.v. seminis papaueris ꝛ lactucarũ. añ. ℥.j. violarũ. M.ij. florum nenufaris. M.j. omnia simul bulliant modica bullitione: ꝛ ex eis fiat embrocatio capiti.

Et facta leui siccatione fiat inunctio cum mixtura: vt infra. ℞. olei amig. dul. ℥.ij. ꝛ pinguedinis pulle: olei vio. spinalis medulle arietis. añ. ℥.v. misce: si etiam ex ea vnctione vngatur collum ꝛ spina cum dorso erit conueniens. ¶ Iam restat ponere quedã localia linimenta fienda vaso ad somnum prouocandum: ꝛ ipm̃ profundũ efficiendum tempore introitus ad lectum. ¶ Sit ergo istud commune ꝛ domesticum. ℞. olei de nenuphare ℥.j. olei violati: ꝛ de papauere: ꝛ aneti. añ. ℥.v. misce: ꝛ si volueris fortem facere: fac vt infra. ℞. dictorũ oleorũ: vt supra vini albi debilis: ꝛ olei amigdalarum dul. añ. ℥.v. opij. ʒ.v. croci. ʒ.j. misceantur omnia simul: ꝛ ex istis distilletur parũ i nares. Et si forte profundetur nimis somnus: ponatur spongia in aceto forti ꝛ excitabit: ꝛ maxime si cum ea dentes fricaueris ꝛ nares. De particularibus reliquis non curo propter peritiam patientis his igitur ꝙ̃tum ad hoc accidens principale sum contentus. ¶ Restat autẽ vnum tantum scilicet confortare vasa spermatica ꝛ ventositatẽ: que vilis ꝛ musculis circunstantibus multiplicatur: propter quã interdum membra atenuantur: ꝛ fit inde spermatis emissio. Corrigendo etiã aliqualiter substantiam eius liquidam existentem. Fit ergo inunctio partium genitalium cum vnguento: vt infra. ℞. olei mente olei absynthij ꝛ myrtillorũ. añ. ℥.j. omnia lauẽtur quatuor lotionibus in aqua plantaginis: postea addantur pulueres: vt infra. ℞. nucis mus: nucũ cipressi thuris. añ. ʒ.v. seminis agni casti. ℈.j. gallarum. ℈.ij. cum modico cere fiat vnguentum molle: ꝛ hec dicta sufficiant.

¶ Pro quodam notabili Iuuene parmẽse existente in principio melancolie cum timore ad ethicam.

¶ Consilium. viij.

ISta dispositioꝫ vt patet ex accidentibus in scriptis redactis probabiliter principaliter reponi potest: vt etiam coniecturatũ est per alios sub rubrica de melẽcholia: ꝛ in specie eius mirachia: sed non per cõmunitatem tantum a mirach: sed etiam per proprietatem in cerebro: ꝙ declaratur ex eo ꝙ ex curatione cũ appropriatis de vnctionibus ꝛ fomentationibus ꝛ reliquis circa mirach factis non sequitur iuuamentũ manifestũ. Unde dicebat Auic. in capitulo proprio in signis melẽcholie cerebralis etiam cum non apparet iuuamẽtum cum mẽbrũ id medicatur scilicet quod creditur esse lesum per proprietatẽ: vt in casu nostro de mirach: sed remanet sup. dispositio: vt non sint accidentia valde magna sup. non obstantibus remediĳs factis ad membrũ: communitate cuius dicitur ledi cererem: tunc sup. significatur quod nocumentum non est tantum dependens per viam cõmunitatis: sed etiã per proprietatem ipsius cerebri. Est etiã satis rationabile ꝙ non tantũ per cõmunitatẽ a mirach: sed etiam ꝛ a toto propter siccitatem toti communẽ: ꝛ ex antecessione diuturnitatis morbi communis toti de fe. ꝛ cetera facientis ad inspissationem humorũ ꝛ terrestrificationem eorũ ꝛc. ¶ Et ꝙ dicatur esse sub rubrica melẽcolie declaratur ex mutatione estimationis de cogitationis a cursu naturali ad timorem ꝛ tristitiam. Nam vt scribitur in casu: cũ solus relicta fuisset a suis in camera quod permultũ abhorruit: inuasit etiã tremor ꝛc. Credo tamen ꝙ sit in principio eius melẽcholie: ꝛ non adhuc in statu vel perfecto augmento: vt colligi potest ex sententia Hipp. vi. aphorismorũ aphorismo. xxiij. in illo scilicet. Si timor ꝛ pusillanimitas multũ tempus habent ꝛc. maxime si sine manifesta occasione patitur: vt dicit Gal. in commento: nã talia perficiunt melẽcoliam: etiam ibidem Gal. dicit. Multos in hac passione cecidisse vidimus propter iram: odium tristitiam: que huiusmodi passionis sunt initium: ꝛ maxime his quorũ corpora parata sunt passionibus huiusmodi: vt sunt corpora macra: sicca: vt in casu. Dico etiam ꝙ non est perfecta ꝛ in statu eius: quoniam vt dicit Rasis. ix. Almansoris. Cum alicui cogitationes male sine causa acciderint: ꝛ timor: ꝛ tristitia in eo preualuerint melancolie principium in eo erit. Et declarans ꝙ non est adhuc confirmata dixit. Cum autem res ad hoc deuenerit: vt etiam ea que cogitare cepit ore promat verbaqꝫ sua atqꝫ actus permisceat: tunc melẽcolia perfecta est. Cũ igitur in ea vsqꝫ hodie non sit peruentum: ad hoc vt promat ore falsas cogitationes vel estimationes neqꝫ opere permisceat actus suos formales cum operationibus non rectis ꝛ turpibus, quia de hoc nihil scribitur in casu: vt scilicet vane loquatur ꝛ non recte: neqꝫ quod fugiat; vel alios actus erroneos faciat iam significatur ꝙ non adhuc est confirmata. ¶ Credo quoqꝫ ꝙ vltra cõmunitatem a mirach: ꝛ vltra cõmunitatem a toto per siccitatem totius fit etiã communitas a corde principaliter; maxime propter tremorem continuum cordis. Nam dicit Auicen. Et fortasse non aduenit magnitudo scilicet nocumenti in cerebro nisi a corde. Et addus

cenerationem non dixit. Et non est mirum: nam spiritus vitalis continuus est spiritui animali: imo est de substantia eius ex quo generatur ab eo quia corrupta eius complexio melencholica corrumpit complexionem cerebri: ⁊ conuertit ad melencholicam. ¶ Credo igitur in summa rei de casu: quod ista dispositio fit melencolia in principio eius. ⁊ per proprietatem cerebri maxime: quia intelligo quod iste iuuenis erat ⁊ est notabilis discursus ⁊ optimi ingenij. Unde dicebat Rasis primo continentis. Uidi quod vna de rebus que magis generant melencolias est ociositas ⁊ premeditatio preteritorum ⁊ futurorum. Et dicit etiam quod homines subtilis ingenij disponuntur ad melencoliam propter exercitium ⁊ studium nimium. Et. A. dixit ex caussis vero fortioribus in generatione melencolie est superfluitas tristitie ⁊ timoris ⁊c. Et conseruatur etiam per dependentiam ⁊ communitatem a toto: ⁊ a corde: ⁊ ex mirach. Item antecessit causa manifesta de mirachia: quia propter longum morbum precedentem per indigestionem a debilitate digestiue debuerunt congregari superfluitates nutrimenti ipsorum membrorum in ipsis membris: que ibi retente multo tempore: ⁊ ad spissitudinem ⁊ grossitudinem deducte conuerse sunt ad naturam melencolicam. Et sic ab huiusmodi materiebus eleuantur vapores: qui sursum communicati spiritibus in cerebro reddunt eosdem spiritus animales illustres: vnde timere faciunt: ⁊ sollicitant. Et ita credo magnam esse causam huius nocumenti aggregationem dictarum materierum in mirach: per mirach intelligendo non tantum membra veri mirach: vt musculos: pinguedinem panniculos ⁊ cutim: sed etiam misenterium ⁊ meseraicas dispersas simul cum zirbo adipino. Nam in omnibus his membris vel in quibusdam eorum possunt esse aggregate superfluitates nutrimenti vel nutrimentorum propter impotentiam expulsiue vel resolutiue eorum: siue ille materie sint apparentes vel non: vnde consequenter ab illis materiebus eleuantur vapores ⁊ ventositates: que retente in illis membris: propter oppilationes in dictis membris contingentes a materiis taliter retentis faciunt dicte ventositates violentas impulsiones: ⁊ ita motus agitationis fortes circa illas partes. Credo tamen quod si huiusmodi motus ⁊ agitationes fortiores sunt tempore vigilie quam tempore somni: vt in casu scribitur: hoc non esse ex natura illarum materierum vel ventositatum inclusarum tantum: quarum occulte fiat resolutio tempore somni magis quam tempore vigilie: sed etiam ex parte flegmaticarum imaginationum ⁊ cogitationum: que habentur tempore vigilie de timore ⁊ tristitia magis quam tempore somni. ¶ Et propter istam causam credo quod bonum esset quod cohibeat tempore vigilie anhelitus cum multis interpollatis suspiriis: vt scribitur. Et quod causa agitationis ⁊ commotionis illorum membrorum mirach sit que dicta est de inclusione vaporum ⁊ ventositatum propter oppilationes: satis ad hoc facit illa febris satis intensa: que superuenit diebus superioribus proximis: quo tempore remissa sunt dicta accidentia notabiliter propter resolutionem illorum vaporum ⁊ ventositatum coadiuuatam a caliditate febrili. Nam remota fe. recessit motus vt scribitur. ¶ Quod autem scribitur de vrinis: quod sit in eis variatio in substantia ⁊ in colore non est mirandum in tali dispositione: sicut ⁊ in flegmatica sit de mente Auic. prima quarti. Nam propter apertionem oppilationum fiunt grossiores: et renouatis oppilationibus redduntur tenuiores ⁊ minus colorate. Sed quod me ad modum dubitare fecit est aliud signum complicatum de vnctuositate in superficie vrine: ne sit signum ethice saltem in principio. Nam siccitas toti communis membrorum facit ad passibilitatem inflegmonis eorundem: vnde ex hac causa aliquando fit ethica incipiendo: que si coniungeretur esset quasi desperatio ad curam propter prohibitionem restaurationis ⁊ resumptionis membrorum: que est prima radix in cura: vt omnes volunt autores. Nam de hoc dixit Rasis .ix. almansoris. Obseruandum est: vt impinguentur ⁊ carnosi fiant: ex quo enim pingues ⁊ carnosi fuerint illico sani erunt. Ad hoc tamen perficiendum multum iuuant: vt scribitur in casu: quod satis competenter dormiat: minus tamen vtile est: quod minus bene sumat de cibo quam consueuit. ¶ Hoc ergo supposito quod simus in principio melencolie: oportet maxime laborare ad curationem eius. Item dicebat Rasis primo continentis de mente Ruffi. Oportet vt melencolia euacuetur in prin. antequam confirmetur: quia post confirmationem erit eius cura praua ⁊ difficilis. ¶ Et ad hoc adducit quasdam rationes. Et idem Alexander voluit. Nam dixit cum natura cerebri antiquatur: mutatur ⁊c. Pro cura igitur: vt dictum est circa casum: tota nostra intentio sit ad humectandum ⁊ impinguandum euitando omnes causas ad siccitatem deserere potentes ⁊ facientes ad generationem melencolie. ¶ Et in hoc circa aerem vitetur aer calidus ⁊ siccus adurens conuertens humorem ad melencolicum. Uitetur etiam aer frigidus faciens ad inspissationem: nam vt sic est causa ad melencolicum ducens. Aer quoque turbidus ⁊ grossus adducit ad humorem melencolicum. Exercitium etiam siue per pedes factum: siue per fricationes resolutiuum non conuenit. Laudo tamen bis adminus in die fieri fricationes leues ad totum corpus hora transitus nutrimenti ad membra: ⁊ ad resolutionem aliquorum vaporum ⁊ ventositatum: ⁊ ad viuificandum attractiuam membrorum: ad conuertendum nutrimentum ad membra pro nutricatione eorum vt post .vi. horas ab assumpto cibo. Et si eadem hora fieret balneum commune toti ad istam intentionem resumptiuam membrorum cum aqua tepida dulci decoctionis rerum humectantium ⁊ qualitatiue ⁊ substantifice: non tamen infrigidantium: neque resoluentium: vt camomille: melliloti: fenugreci: ⁊ decoctionis capitum castratorum: ⁊ etiam cum butyro dissoluto in dicto balneo: credo multum conueniet etiam preseruando ab ethica de qua timor est. Si etiam post balneum cum ponitur in lecto fiat inunctio ad dorsum precipue cum oleo amigdalarum dulcium: ⁊ oleo violato erit in intentione hac multum proficuum. ¶ Uigilie etiam sunt in casu multum nociue: vnde studendum est dormitioni quantum potest ⁊ maxime in nocte: ⁊ etiam in die quando nocte sufficienter non dormiat. Et situetur dormiens non in loco nimis obscuro: ne propter tenebras incutiatur timor. Non sit etiam in loco nimis lucido: ne fiat resolutio ⁊ diuersio a somno. Et si tempore debito non dormiat saltem quiescat: quoniam quies est media somnus: ⁊ plurimum humectat: quod maxime in casu intenditur. ¶ In reliquo vero temporis continuo sibi assistant persone grate: quas etiam habeat in obseruantia: ne profundetur in falsis cogitationibus ⁊ timorosis: imo inducatur ad omnem iocunditatem animi quantum possibile est: cum promissionibus eorum: que appetere videtur: quoniam iocunditas animi est de maxime facientibus ad curam. Et semper occupetur in aliquo grato. Unde dicebat Aui. Et oportet vt melencoliam habentes in aliquo sint occupati quocumque sit: ⁊ vt eis sint presentes de quibus verecundentur: ⁊ occupentur etiam cum cantilenis ⁊ letis cantibus. Nam dicebat idem Aui. in de viribus cordis. ¶ Frequentia letandi preparat spiritum ad letitiam ⁊ tristandi frequentia ad tristitiam: ⁊ sic spiritu clarificato per iocunditatem ⁊ letitiam resistit corruptioni cerebri: ⁊ rectificat ipsum: ne trahatur ad melencolicum. Proinde dicebat etiam Aui. non tantum de spiritu: sed etiam de sanguine claro scias: quod sanguis cordis cum est tersus: subtilis: clarus: letificans resistit corruptioni cerebri ⁊ rectificat ipsum. ¶ Uitetur repletio superflua: cum in ea virtus digestiua sit debilitata: quoniam vt dictum est in casu retentio superfluitatum nutrimenti in membris mirach contingens propter debilitatem virtutis digestiue resolutiue est de maximis caussis huius nocumenti. ¶ Sed circa cibum ⁊ potum vitentur quecumque ad generationem humoris melencolici faciunt. Et in hoc Gal. iij. de interioribus c. viij. fecit pulchrum processum vt. s. vitentur omnes carnes animalium corporum magnorum quadrupedum. Carnes etiam omnes salite siue terrenorum animalium siue aquaticorum sunt de generantibus melencoliam: ⁊ caro leporum propter sup. magis efficit melencoliam quam alia caro: ⁊ hoc intelligatur de leporibus completis ⁊ antiquatis: quia lepores propinqui generationi sunt satis temperamento vicini. ¶ Caules etiam sunt maxime nocumenti ⁊ extreme teneritates arborum ⁊ herbarum cum condiuntur cum aceto ⁊ sale: vt sit in insalactis eis. Unde loco allegato Ga. expressit etiam de extremitatibus lupulorum: si cum aceto ⁊ sale comedantur: ⁊ tamen lupuli per naturam suam contrariantur melencolie. Unde multo magis intelligendum est de aliis herbis: imo omnes herbe videntur ad melencolicum declinare. Nam Auer. posuit generaliter: quod omnia olera preter lactucam ⁊ buglosam: ad melencolicum declinant: ⁊ maxime si condiantur cum sale ⁊ aceto. Ideo dicebat Rasis. ix. almansoris capitulo de melencolia: quod melencolicus vitet omnia olera nisi humefactiua. i. humectantia humiditate subtili: vt est buglosa: de qua Aui. xi. tertij in passionibus cordis dicit. Sis sudax super buglosam. Et Rabi moyses singularissime laudauit eam: ⁊ radicem eius specialius in quodam tractatu: quem fecit ad regem hispanie ad preseruandum a melencolia. ¶ Oliue etiam ⁊ cappares sunt in fine generationis melencolie: nam licet cappares soluant melencoliam per virtutem ⁊ proprietatem: tamen ex substantia sua prestant nutrimentum melencolicum. Caseus vetus etiam est de his: ⁊ omnia legumina faciunt ad hoc. Lentes sunt etiam in extremo generationis melencolie: ⁊ omnia amara: maxime que calido fiunt vt dicebat Auer. v. colliget generant melencoliam. Et ita dicatur generaliter de omnibus: vel ex natura siccis vel artificio factis. Unde assata nullo modo conueniunt: neque frita propter siccitatem ⁊ terrestreitatem. ¶ Uinum etiam grossum ⁊ nigrum et opacum: ⁊ omnia sapore amara nigra faciunt ad melencoliam: ⁊ non tantum ea que interius sumuntur: imo solus aspectus rei nigre est suspectus. Unde in camera sue habitationis non sint cooperimenta nigra

rane: ruthe: an. M. j. nucismuscate: cinamomi: gario. an. ʒ. ij. nigel-le. ʒ. ß. misce. et aliquot bulitionibus tribus vel quatuor simul bu-liant: et de hoc lixiuio fiat capiti embrocatio: prius facta mundi-ficatione a sordibus ex communi lixiuio. ¶ Post consequenter expedit confortare membra per ea: que interius sumuntur: et ex odore et medicinis. Et inter simplices medicinas laudauit Ra-sis masticationem acori de sua proprietate. Carpobalsamus etiam mirabiliter conuenit loco cum aqua vel iure cicerum et multa similia. ¶ Inter composita valet confectio vt infra. ℞. specierum pliris-sarcotico per. i. specierum dyamusci dulcis. p. v. cum zuchero dis-solutio in aqua maiorane et betonice: quod sufficit fiat confectio in morsellis: de qua confectione sumat per tres horas ante cibum morsellum vnum ʒ. ß. ¶ In isto etiam casu valent confectiones magne et tyriacales pro hac intentione: vt sumere. ʒ. j. metridati interdum per. vi. horas ante prandium: vel confectionis philoso-phorum et talium cerebrum et principalia membra a proprietate con-fortantium. Possunt etiam quedam a proprietate intra aures ad eandem intentionem poni: vt oleum de rutha vel de camomilla cum modico musci et nigelle. ¶ Circa odoramenta vero: que a princi-pio nequaquam conueniunt: et in declinatione maxime iuuant: vt tra-dunt auctores. conuenit nigella: et muscus: nux muscata. ¶ Lau-datur etiam euforbium et castoreum seducta acuitate odoris: vn-de non nimis laudo. Et si vellemus componere pomum ad odoran-dum fieri potest: sed id relinquo tanquam apothecariis notum: quia pomum de laudano communiter factum in hoc casu conueniret. Et hec sufficiant quantum ad principalem intentionem: que cerebro appropriatur. ¶ Et si pur appareret nocumentum intendi ex ac-cessione vaporum ex matrice eleuatorum post euacuationem: de qua supra: que etiam respicit materiam in matrice existentem conueni-ret diuersio facta cum aliquibus prouocatiuis materierum deor-sum per matricem: maxime cum suppositorio facto vt infra. ℞. myrrhe. ʒ. i. cassielli: cinamomi: croci an. ʒ. v. boracis. ℈. i. cum oleo de lilio formentur pessaria et supponantur. ¶ Et hec de presen-ti sufficiant ad laudem dei amen.

¶ De epilepsia pro vno Iuuene brixiensi. Consilium. xi.

Casus iste: vt scribitur: est epilentica passio periodi-ca cum interpolatione vnius diei eadem hora con-tingens: vt. xiiii. que ter vel quater inuasit a medio mense citra iuuenem etatis. xxi. annorum: comple-xionis melancolice: cum multa flegmatis permixtio-ne: vt scribitur: cui annectitur febris lenta extrinseca flegmatica: complicatis etiam doloribus ventosis in stomaco et in partibus mi-rach. maxime in regione splenis cum aliquali dolore et tremore regionis cordis: cui initium dedit causa primitiua: vt scribitur: sed non exprimitur que illa fuerit. Significatur quoque quod pluri-bus superioribus annis passus est vnicum paroxismum sane leuem: qui terminauit ad stupefactionem vnius brachii. Et simul cum toto casu coniungitur ad presens dolor occupans totum caput. ¶ Sed vtrum sint operationes animales sensuum obtuse: et vtrum paro-xismus sit feruorum accitium vel debilium: vt de spiritus. forti tortura: emissione superfluitatum per deorsum necne: de hoc non scribitur. ¶ Si etiam post euasionem a paroxismo remaneat liber in operationibus animalibus: vel per notabile tempus re-maneat obtusus: neque hoc manifestum est ex casu: que tamen ma-gnum darent iudicium in cognitione. vtrum morbus sit talis per essentiam aut per communitatem. ¶ Ex his igitur que probabili-ter concludi possunt existimandum est morbum talem pro ma-gna parte esse per essentiam: non absolui tamen a communita-te stomachi: maxime propter dolores stomachales ventosos si-mul cum tremore cordis: qui probabiliter per compassionem si-stomachi: licet ad nocumentum cerebri sensibile plerumque conco-mitetur nocumentum cordi. ¶ Neque hoc est mirabile: cum etiam vt voluit Aui. prima tertii capitulo de melancolia: spiritus ani-malis sit de substantia spiritus vitalis. Nam dixit et fortasse non aduenit magnitudo. scilicet cause vel nocumenti in cerebro nisi a corde. Et addidit. Et non est mirum: nam spiritus vitalis con-tinuus est spiritui animali: immo est de substantia eius: ex quo ge-neratur ab eo. Quia tamen fiat notabile nocumentum in stoma-cho de doloribus ventosis cum ventositate etiam in regione splenis probabile sit magis: quod cum passione stomachi fiat dictum nocumentum in corde. ¶ Et si contingeretur abomi-natio et nausicatiua satietas. precipue ante inuasionem pa-roxismi certior esset significatio: quod esset per communita-tem a stomacho. Et sic supposito quod partim sit per essentiam a materia flegmatica dominante in cerebro: sit etiam per communi-tatem a stomacho mediante ventositate sursum communica-ta: que vt plerumque sit causa immediata paroxismi: etiam et ma-xime propter continuum dolorem capitis: et non tamen in parte anteriori: sed etiam in parte posteriori: vt scribitur: etiam quoniam paroxismus olim fa-ctus terminauit ad stuporem brachii. nam hec declarant nocumen-tum per essentiam in ipso capite: et secundum sententiam Aristo. quam etiam videtur imitari. Auic. in. capitulo de epilensia: licet ipse vo-luerit quod in ipso cerebro dicta ventositas generetur: cum dixit. Quo-niam cum epilensia est in ipso cerebro tunc causa est in ipso ma-teria proculdubio faciens ventositatem retentam in meatibus sensus et motus etc. ¶ Et hoc communiter declarat cita inuasio paroxismi cum breui ipsius terminatione: tunc his suppositis il-le leuis febris coniuncta fortasse est in casu iuuans faciens ad di-gestionem materie flegmatice: et eius resolutionem simul et vento-sitatis: sicut etiam mutatio ad etatem iuuentutis: si accidat epi-lensia in puero facit ad curationem vt fuit sententia Ypocra. ii. aphorismorum. et quinta particula. In aphorismis epilenticorum iuuenibus quibus: epilensie ante iuuentutem etc. Tamen vbi suc-cedat debilitas propter febrem: tunc febris non esset causa iuuans quoniam faceret ad debilitatem digestionis et cerebri et stomachi. ¶ Ideo dicebat Aui. Et omnis causa epilensie cerebri compara-tur ad debilitatem digestionis in ipso. Et dixit Rasis primo con-tinentis. In omni epilentico contingitur debilitas cerebri: licet non conuertatur. ¶ Et quoniam queritur in casu regimen pre-seruatiuum et curatiuum: duo fient in cura. Primo ponitur re-gimen breue curatiuum corporis existentis in actu paroxismi. Se-cundo ponetur regimen: quod dici potest et preseruatiuum et cu-ratiuum in dicto corpore: taliter notabiliter lapso: licet non fuerit in actu paroxismi propter paratam ipsius passibilitatem ad la-psum. Et ista intentio complebitur cum regimine in dieta sex rerum non naturalium: postea cum medicinalibus appropriatis. ¶ In paroxismo igitur pro curatione conuenit vti conuersionibus membrorum inferiorum: vt cum fricationibus et ligaturis sicut etiam et in aliis morbis cerebralibus materialibus. ¶ Sed vbi arbitremur paroxismum pendere precipue a materia stomachali: conueniret inducere vomitum in principio paroxismi: maxime in corpore parato ad vomendum et consuetum mouere tempore quietis. Sed hoc fieri debet cum vomitiuo leui: vt. s. imponendo pennam in-tinctam in oleo de lilio intra guttur: prius tamen imposito ligno intra den-tes: et ita agitando dictam pennam inducetur ad vomendum. ¶ Va-let etiam precipue clystere in hac intentione factum cum aqua deco-ctionis radicum feniculi: ireos: et peonie. Exempli gratia: sumendo an. ℥. ij. de qualibet earum: ruthe: absynthii: saluie: sticados. an. M. i. bulliant in aqua debite quantitatis. postea addatur colatu-re: vt lib. i. v. eiusdem yerepigre. ʒ. vi. yerelogodion. ʒ. ij. vel. iij. secundum quod placet: olei ruthe: olei camomille. an. ℥. j. v. salisgemme. ʒ. iij. mi-sceatur. ¶ In paroxismo etiam dicit Azara. quod odor asse fetide si perueniat ad nares reuiuiscat epilenticum. Et Alexander ponit vnum experimentum Apolonii dixit. Cum ceciderit epilenticus appone naribus thymum: si surrexit ab epilensia sanatur. si autem non non sanatur. ¶ Et aliqui accipiunt licinia et circuinuoluunt casto-reo et in succo ruthe: et imponunt naribus: et est forte remedium ad excitandum a paroxismo. Sed ista magis fiant facto clysteri et diuersionibus deorsum. Et cum his et similibus velocitabitur exci-tatio a paroxismo: si deus voluerit. ¶ Sed specialiter caueatur et in paroxismo et extra paroxismum ab his: que per naturam suam mouent paroxismum: de quibus sunt suffumigatio cornu caprini et myrrhe galbani: nam talia excitant paroxismum: licet aliqui dicant de galbano propter textum. d. Auicen. ij. can. qui dixit: quod confert fedi: et epilensie: et quod odor ipsius reuiuiscere facit epilen-ticum. Ego alias dixi: quod in paroxismo forti potest iuuare: sed in cor-pore parato cadere inducit ad paroxismum. vt ibidem declaraui. ¶ Veniendo nunc ad regimen in dieta. Primo circa aerem: vite-tur aer grossus: et humidus: et paludosus: et propinquus stagnis. Sit ergo specialiter aer temperatus in actiuis declinans ad sic-cum: et sit luminosus: et clarus: suauis odoris: non tamen nimis inten-si. Nam dicebat Aui. quandoque odores boni sup. intensi indu-cunt epilensiam. Et in tempore frigido et humido rectificetur aer ma-xime non existente corpore pleno cum aromaticis: vt storace: ypo-pormatorena: rutha: et similibus. ¶ Circa somnum vitetur som-nus prolixus et meridianus: et tardetur somnus ob assumptione cibi per duas horas: et dormiatur capite bene eleuato: et extre-mis bene coopertis: et in obscuro: et non excitetur a somno repen-tine: vt cum voce forti: vel somno turbatum: vel aliquo huiusmodi. nam quandoque talia adducunt ad paroxismum. ¶ Exercitium leui-ter factum ante cibum per horam est conueniens plurimum: si fiat pedes diuertendo materias et vapores in deorsum: sed exercitium velox et laboriosum est nocens: et etiam velox exercitium oculorum inspicien-do res velociter motas: et maxime circulariter: et cacumina mon-

tium

tium ⁊ huiusmodi in quibus laborãt spiritus in comprehenden-
do nocet. ¶ Exercitiũ etiã membrorum superiorum: vt fricatio ca-
pitis nocet: conuertendo materias sursum: nisi simul moueantur
membra inferiora conuertendo in deorsum. ¶ Et de hoc posuit
cañ. dñs. A. dicens. Et studeat semper patiens: vt sit caput suum
eleuatum quantum possibile est: ⁊ caueat ne ipsum pendere faciat:
neqꝫ moueat plurimũ. quoniam multitudo materierũ ad ipsum trahe-
re inducantur sup. A. dixit. Et oportet vt moueantur inferiora cũ
ipse mouet superiora. ¶ Ideo bene cauendum est in casu isto: ne
fiant fricationes capitis ⁊ lotiones ⁊ pectinationes fortes: nisi
precedentibus fricationibus inferiorum: vel simul cum illis fa-
cta. Et ita etiam cauendum est in paroxismo: ne caput multum
agitetur: vnde semper est ſenda diuersio a superioribus ad infe-
riora. ¶ De inanitione dicatur sum autem: quod parcitas cibi ⁊ ina-
nitio multum conuenit: imo videtur innuere Auic. circa hoc: vt
sint contenti vno cibo tantum in die naturali. Et si non possunt
aliter sustinere: diuidatur tota summa cibi in tres partes: que sit
minor ea quam si corpus esset sanum: ⁊ de illis tribus partibus due
sumantur in prandio: et tertia in cena. ¶ Sed circa cibi ordina-
tionem specialiter etiam dicebat Auicen. maxime in epylepsia
flegmatica: ⁊ etiã conuenit in ea: que per cõmunitatẽ stomacho
⁊ splene frigidis. Et dicit. Vitent omnes cibos grossos: ⁊ legumi-
na omnia. Vitent carnes grossas ⁊ quadrupedum maxime. Et
super omnia humida viscosa: ⁊ difficilis digestionis. Et dicebat
Rasis in almansore. Nutrimentum preterea eius taliter statuẽ-
dum est: vt paucarum sit superfluitatũ: vel sup. naturaliter: vel
cum artificio. Inde assa vel frixa supp. sunt decitiora in casu isto
quam elixata: modo digeri possint. Et ita eligantur carnes natura-
liter sicce: vt auium montanarum. Turtures etiã ⁊ fasiani sunt
ad hanc intentionem carnes precipue. Et de carnibus quadru-
pedum singulariter valent carnes capriolorum iuuenum: ⁊ cu-
niculorum siluestrium: ⁊ leporum iuuenum. ¶ Cõmuniter etiaꝫ
laudantur ab auctoribus quibusdam ⁊ etiam scribentibus car-
nes hedine: quoniam ad siccum declinant: vt voluit Cõciliator.
cum passibilitate tamen digestionis. ¶ Sed ego non laudo eas
simpliciter: sicut neqꝫ Halyabas laudauit carnes caprarũ. Naꝫ
dicit Gal. quod vitanda sunt omnia animalia: que de se incidũt in
epilentiam. Exemplificat: vt sunt oues perdices ⁊ caprẽ: ⁊ hyr-
ci a proprietate excitat eam. Et cõsequenter etiam credo: quod car-
nes caprarum cum proprietate sua nocent in casu. Sicut etiam
suffumigatio ex vngulis capre: ⁊ corium capre excitat epilentiã.
¶ Et quoniam proprietates sequuntur speciem: credo similiter
esse dicendum ⁊ de capreis. Pipiones etiam allati ⁊ exercitati
abscissis capitibus etiam conueniunt. Pulli iuuenes gallinarũ
non laudantur. tamen Alexander ⁊ Auenzoar laudant galli-
nas. Vitentur omnes carnes aquatices ⁊ omnes pisces. Vitẽtur
omnes carnes pingues: ⁊ omnia multum vnctuosa. Et de dictis
carnibus: que sunt pro vsu: si non possunt conuenienter digeri cũ
masticantur pistentur: ⁊ reducantur ad formam potabilem.
¶ Ferculorum conueniunt: brodia cicerũ: ⁊ far: ⁊ triticum: cum
lacte pinearum preparatarum prius dimittendo lac amigdala-
rum propter nimiam euaporationem. Vitet omnes herbas fri-
gidas ⁊ humidas: ⁊ acetus singulariter. De herbis valent alique
bletes ad album declinantes cuꝫ saluia ⁊ ysopo singulariter. Nã
de eo dicit Alexander ysopus decotus. hec enim decoctio sup.
magnifice iuuare potest: ⁊ multi hoc apozimate vtendo frequen-
ter a totius egritudinis malitia sunt liberati. ¶ Item Serapio
asserit: quod curat epilenticum rosmarinus: etiam cum modico feni-
culo plurimum valet. Et idem intelligatur de aliis exiccantibus
nisi habeant plurimam euaporationem cum aliquali humidi-
tate coniuncta caliditate. nã talia non conueniunt. Unde. Aui.
vituperauit porros: alea: ⁊ pastinachias: sinapi etiam est huius
generis. Vitentur omnes quasi fructus preter auellanas tostas:
fisticos: ⁊ pineas cum aliquibus ficubus. ¶ De potu sit vinum
mo. secundum dicit Aui. antiquum: ⁊ ad ponticum aliqualiter decli-
nans: ⁊ maxime facta bona inundificatione. Sed stante corpore
im puro magis: valet aqua mellis in hyeme: ⁊ zuccheri in estate
cum modico aque decoctionis ysopi: vel saluie: vel nucis musca.
vel cubebis: ⁊ similibus. Et hec sufficiant quantum ad regimen
in dieta cauẽdo a passionibus animalibus tribus ⁊ incensiuis.
¶ Ad medicinalia veniendo supposita bina purgatione facta:
vt scribitur: in tali casu oportet frequenter euacuare: cum his ta-
men que virtutem non multum debilitãt: quoniã materia lędẽs
per indigestionem aggregatur. Idcirco oportet eam paulatiue
enumerari secundum quod generatur: nõ cum his que debilitant. Et inter
euacuationem ⁊ euacuationem est semper alteranda materia cũ

aliquibus digestiuis. Et si credatur materiam peccare in stoma-
cho communicantem cerebro. fiat prius euacuatio: nisi fuerit na-
tans per vomitum leuem: secundum quod dictum est supra: etiam si non
educatur cum medicina successiua confortatiua: ⁊ melior de eis
est yera simplex. Gal. de sex rebus: addito postea aloe ad triplũ
posita a Gal. vii. terapentice capitulo. xv. ⁊ si reducaf ad formaꝫ
electuarii cum melle magis placet. dando de ea. ʒ. vi. in forma bo-
li cum modico zucchari pro vice. ¶ De medicinis autem ⁊ ad di-
gestionem facientibus: ⁊ etiam ad euacuationem oportet vt eli-
gantur medicine appropriate in casu cum virtute speciali valen-
tes. de hoc posuit cañ. dominus Gal. in commento aphorismi.
v. particule. Quibus epilensie ante iuuentutem ⁊c. dicens quod me-
dicina in epilensia debet esse contraria sup. materie ⁊ congrua
cum proprietate confortatiua cerebri: ⁊ corruptiua ipsius epilẽ-
sie. Unde oportet vt eligãtur medicine: que a proprietate valent
contra epilensiam ⁊ non nocent. quoniam ⁊ si apium sit calidus
exiccatiuum contrarium materie tñ in casu quia mouet epilẽsiã
epilentico non conuenit. propterea dicebat Mes. in capitulo
proprio. Res quas eos semper oportet sumere sunt peonia: ⁊ se-
men eius piretrum sisileos: ⁊ aristologia rotunda. ⁊ Rasis ad-
dit agaricum ⁊ scolopendriam primo continentis. vbi dicit ca-
pitulo. v. Et iuuantia naturaliter hunc morbum ⁊ habentia mi-
rabilem proprietatem ad ipsum sunt peonia: sisileos: agaricus:
⁊ semen splendelidon: scolopendria: ⁊ radices aristologie rotũ.
Et Aui. addit polium montanum. ysopus est in hoc mirabilis.
vt dictum est: de quo dicit Serapio. quod decoctio ysopi est mirabi-
lis iuuamenti: ⁊ eius sola decoctione testatur multos curasse.
quia non dimittit in stomacho ⁊ pectore aliquid de superfluita-
tibus. Nam incidit materias viscosas: ⁊ eas educit per vrinam
vel secessum. ¶ Squilla etiaꝫ vel aqua eius: vel decoctio eius in
casu plurimum laudatur. Et de ea facit longum sermonem Ra-
sis primo continentis. Ideo de his medicinis tanquam matribus in
casu nostro possunt fieri syrupi digestiui: ⁊ cum agarico medici-
na euacuatiua: vnde possunt formari sirupi cum oximelle squilli-
tico ⁊ melle rosa. vt sumendo vtriusqꝫ añ. ℥. i. cũ quatuor. ℥. aque
decoctionis ysopi fiat syrupus ⁊ in materia grossa. ¶ Sed si ma-
teria flegmatica fuerit subtilis dicit Serapio valet decoctio ab-
synthii cum syrupo vt supra: ⁊ maxime in casu nostro stante no-
cumento stomachi. Preter syrupos valent alia digestiua in for-
ma confectionum singulariter. Valet piretrum conditum ⁊ nux
muscata: si condita reperiatur. Et dicit Rasis de piretro primo
continentis: quod si sumatur puluerizatum coclear vnum cum ea-
dem quantitate mellis multum iuuat. ¶ Pro solutiuis suma-
tur agaricus trociscatus pro duabus partibus cũ vna parte pillula-
rum aurearũ vel pillularũ de yera maiore. Et aliquotiens deueniẽdũ
est vsqꝫ ad pillulas cochias: maxime Mesue quas ponit in ca-
pitulo de soda. Nõ auderẽ ad alias fortiores medicinas pro frequẽ-
ti vsu necessario earuꝫ: semper etiaꝫ est seruãda vẽtris lenitio ⁊ di-
uersio per deorsum cum clysteriis ⁊ fricationibus inferiorum.
¶ Conueniunt etiam post purgationes multiplicatas cum pil-
lulis vt fiant purgationes particulares per emunctaria cerebri:
vt cum gargarismatibus ⁊ masticatoriis ⁊ caputpurgiis ex attra-
ctis appropriatis: de quibus pleni sunt libri. Postremo etiam
intendẽdo cum confortantibus cerebrum cum proprietate etiaꝫ
speciali sumendo interdum aliquid metridati vel diamusca. dul.
vel de pliris arcoticon. Etiam potest fieri puluis appropriatissim⁹
in casu quem posuit Girardus: qui fit de ossibus cõbustis crani
viri: ⁊ cum semine peonie essentialiter: ⁊ exhibeatur cum aliquo
liquore: vt cum aqua ysopi. ¶ Si etiam inter nares insuffletur
de musco de nigella: ⁊ cum modico asse singulariter valet. Et suc-
cus ruthe etiam cum mirabili iuuamento vt dicit Alexander.
Fit etiam puluis ad hanc intentionem singularis: vt infra. ℞.
galliterici. ʒ. v. visci quercini. ʒ. i. tormentille. ʒ. i. v. fiat puluis ⁊ ex-
hibeatur. ʒ. i. v. vsqꝫ ad. ß. pro vice. Cornu etiam cerui in hac intẽ-
tione multum laudatur. Et de hiis que extrinsecus applicãtur
omnes conueniunt in peonia apensa collo: sed debet esse recens.
Corium etiam frontis asini si teneatur tangendo etiam carnes
patientis versus caput per annum vnum integrum preseruat
ab epilensia. ¶ Restat etiam vt ponantur aliqua confor-
tantia stomacum ⁊ resolutiua ventositatis ab eo. Fiat sacculus
vt infra. ℞. spice. M. ʒ. aneti. M. i. masticis galange. añ. ʒ. ß. ci-
mini. ʒ. i. misce fiat sacculus: bulliat in vino aromatico: ⁊ suppo-
natur loco. Fiant etiam inunctiones stomacales ⁊ cerota secundum or-
dinem communem. ¶ Et hec sufficiant.

¶ Pro epilensia cerebrali per essentiam a materia flegmatica.

¶ Consilium. xii.

Probabiliter in iuuene quindecim annorum laudo fie
ri purgationē vniuersalē bis in anno: sumēdo pri⁹mi
noramētū cū pillulis. ℞. pillularū alsegerer: agarici
troci. añ. ℈. j. pillularū cochiarū quartā partē. iuice cū
oximelle simplici fiat pasta pro pillulis: de qua pasta
sumatur. ʒ. j. in pillulis tribus post cenam per tres horas. ❡ Et
post duos dies sumat syrupos digestiuos. ℞. syrupi de sticados:
mellis rosa. añ. ℥. j. oximellis squillitici: syrupi de ysopo: añ. ℥. v.
aquarum betonice: ⁊ endiuie añ. ℥. iij. misce: clarificetur: pro dua
bus vicibus cum quatuor granis peonie ⁊ cucubarum. añ. Et cō
tinuetur quinq; vicibus in horis debitis. Post quos syrupos su
mat pillulas: vt infra. ℞. pillularū cochiarum. ʒ. j. pillularū ag
grauatiuarū. ℈. j. boni pon. cū oximelle. s. formētur pillule quinq;
que sumātur ā̄te diē per horas: ⁊ tardetur prādiū per. vi. horas et
prius tamē sumatur lauatiuum cū aqua decoctionis or. ⁊ zucha
ro ros. ⁊ sumat prandium leue. Sequenti die sumat confectionē
vt infra p. ij. horas ante diem. ℞. metridati. ʒ. j. dyabuglosati. ʒ.
ß. misce. ⁊ iste purgationes fiant isto tēpore ⁊ in principio sepē
bis. ❡ Postea laudo omni hebdomada sumi tres pillulas. ʒ. j. de
pillulis scriptis in principio addendo tria grana peonie etiam
per. ij. horas vel tres post cenam. ❡ Laudo sumi etiam de pulue
re bis in hebdomada coclear. j. facto: vt infra. ℞. pulueris epatis
milui combusti: cornu cerui vsti: granorum peonie. añ. ⁊ exhibea
tur cum aqua mellis. ❡ Laudo etiam vt ex coagulo leporis cū
modico oleo cōmuni incorporetur pasta pro pillulis: de qua pa
sta sumat vnam pillulam vna die hebdomade: quando nō sumi
tur puluis. ❡ Laudo fieri caputpurgia. ℞. succi bietis depurati
succi galiitrici habentis florem aureum similiter depurati. añ. ℥.
j. v. nigelle puluerizate. ℈. j. trahatur per nares suauiter: purga
bitur caput per. ❡ Odorare etiam paucedinum cum pice in ca
su conueniens est.

❡ De epilensia per communitatem a manu pro vno iuuene de bobio. Consilium. xiij.

In hac dispositione: que est epilensia pendens per cō
munitatem a vapore male qualitatis eleuato a manu
ex impressione medicine venenose in manu eius facto
cauterio: ⁊ subito nimis curato. ❡ Circa dietā primo
vitentur quecunq; euaporationem facientes debilita
tem cerebri inducunt. Ideo in aere vitetur aer quilibet excessiue
caliditatis: vel excessiue frigiditatis. Et vitetur aer grossus humi
dus: ⁊ paludosus: ⁊ ꝓpinquus stagnis. Sit ergo specialiter aer
temperatus in actiuis declinans ad siccum: ⁊ sit luminosus: cla
rus: suauis odoris: non nimis intensi. Nam Aui. quandoq;
odores boni sup. intensi inducunt epilensiā ⁊ in tempore frigido
⁊ humido rectificetur aer: maxime existente corpore pleno cum
aromatibus: vt storace: ysopo: maiorana: rutha: ⁊ similibus.
❡ Circa somnum vitetur somnus prolixus. ⁊ nequaq; dormiat
in meridie: nisi forte euigilauerit per totam noctem. tunc tarde
tur somnus ab assumptione cibi per duas horas. ⁊ dormiat ca
pite bene eleuato: ⁊ extremis bene coopertis: ⁊ in obscuro ⁊ nullo
modo in aere libero. Et non excitetur a somno repentine: ⁊ cum
voce forti: vt somno tubarū: vel aliquo huiusmodi. nam quādoq;
talia adducunt ad paroxismum. ❡ Et exercitium leuiter fa
ctum ante cibum per horam est conueniens plurimum si fiat
pedes: diuertendo materias ⁊ vapores in deorsum. Sed etiam
exercitium velox ⁊ laboriosum est nocens. Exercitium ve
lox oculorum inspiciendo res que velociter mouentur: ⁊ maxime
circulariter ⁊ cacumina montium ⁊ huiusmodi. in quibus labo
rant spiritus in comprehendendo nocet plurimum. ❡ Exercitiū
etiam membrorum superiorum: vt fricatio capitis nocet conuer
tendo materias sursum: nisi simul moueantur membra inferio
ra: ⁊ maxime tunc cum fricatur caput: fricetur brachiū ⁊ manus
le'a conuertendo in deorsum. Et de hoc posuit cañ. domini Aui.
dicens. Et studeat patiens vt sit caput suum eleuatum q̄tum pos
sibile est: ⁊ caueat ne ipsum pendere faciat: neq; moueat ipsum
plurimum: quare multitudo materierum ad ipsum trahere in
ducatur: Et hoc maxime attendēdū est in casu nostro: ⁊ in omni
simili morbo facto per communitatem ex euaporationibus ab
inferioribus. ❡ De inanitione dicatur: quod licet repletio sem
per sit nociua ⁊ ventris lenitio semper sit necessaria: ⁊ maxime re
pletio serotina sit magis nocens: tamē nimia inanitio ⁊ ieiunia
⁊ tollerantia famis sunt in hoc casu multum verenda: quoniam
preparant ad euaporationes. ideo vitentur ieiunia: sed sit multa
parcitas in cena. ❡ Sed circa cibi ordinationē specialiter opor
tet vt vitentur omnia que difficulter digeruntur: ⁊ que de se sunt
euaporatiua. ⁊ sic vitentur omnes cibi grossi ⁊ legumina omnia.
❡ Vitentur etiam omnes carnes grosse: ⁊ maxime quadrupedū
⁊ sup. omnia humida: ⁊ viscosa: ⁊ pinguia: ⁊ difficilis digestiōis.
Et quantum ad artificium dicebat Rasis in Almansorem. Nu
trimentum preterea eius taliter statuendum est: vt paucorum sit
superfluitatum: vnde assata vel frixa sup. sunt electiora modo di
geri possint. Et ita eligantur carnes naturaliter sicce: vt auium
montanarum. ⁊ ita turtures: ⁊ fasiani sunt ad hanc intentionem
carnes precipue. Sed perdices hic accipiuntur ⁊ non admittun
tur: quia per naturam sepe incidant in epilensias. De carnibus
quadrupedum singulariter valent carnes capreolorum iuuenum
⁊ cuniculorum siluestriū: ⁊ leporū iuuenum. ❡ Communiter etiā
laudatur ab auctoribus quibusdā ⁊ etiā scribentibus carnes he
dine: quoniā ad siccū declinant: vt voluit Conciliator: cum passi
bilitate indigestionis. Sed ego non laudo eas simpliciter sicut
neq; Aliabas laudauit carnes caprarū: ⁊ quia vitari debent oīa
que inducūt ad epilētiā: vt voluit Gal. vt est cornu capre: ⁊ epar
illius: ⁊ suffumigatio vngularū earū: sit rationabilis credulitas
q; etiam tota capra debeat nocere: licet sensibilius. Ista particu
laria membra: ⁊ hoc a tota specie: ⁊ ita per ꝓprietatem cōsequen
ter capiti nocent. Pipiones etiam alati valent nisi in tempore
nimis calido: sicut etiam alie aues mōtane: sed in tēpore calido
vtendū est pullis gallinarum: vitentur omnes carnes quatice
omnes pisces: ⁊ carnes pingues: ⁊ oīa vnctuosa. ❡ Vitelli ouorū
cōueniūt: brodia cicerū: far: ⁊ risum: cum lacte pinearū prepara
tarum prius dimittendo lac amigdalarū propter nimiā euapo
rationē. Vitet etiā omnes herbas frigidas ⁊ humidas: ⁊ acetum
singulariter. ❡ De herbis valent alique blites ad album decli
nantes cū saluia ⁊ ysopo: singulariter saluia: ⁊ rosmarinus cum
proprietate confortātia cerebrū etiā plurimū valēt. Vitet singu
lariter porros alea: pastinachias: sinapi ⁊ huiusmodi acuta eua
poratiua. vitētur quasi omnes fructus preter auelanas tostas et
fisticos: ⁊ pineam cū aliquib⁹ ficubus. ❡ De potu sit vinum modi
cū antiquū ⁊ ad ponticum aliqualiter declināns: ⁊ maxime facta
bona mundificatione: sit tamē aliqualiter mixtū cū aquis: vt in
fra. Sed stāte corpore impuro magis valet aqua mell. in hyeme
⁊ zucchari in estate cū modico decoctionis ysopi: soluis: ⁊ nucis
musca. vel cubebis: ⁊ similib⁹ etiā cauēdū est a passionib⁹ aialib⁹
tristibus ⁊ incensiuis. Laudo tamē: q; in cibis suis ꝯtinuo super
aspargatur puluis confortatiuus cerebri factus: vt infra. ℞. yso
pi: polii: granorū peonie: seseleos: acori añ. ʒ. j. v. tormentille. ʒ.
v. cornu cerui. ℈. ij. piretri: nucis mus. añ. ʒ v. zuch. ad medietatem
ponderis. ʒ. huius fiat puluis. ❡ Itē laudo vt omnibus octo die
bus sumat tres pillulas. ʒ. j. de pasta: vt infra. ℞. agarici. ℥. v. pire
tri. ʒ. j. granorū peo. ʒ. v. cū oximelle squillitico fiat pasta pro pil
lulis: non vtatur fortibus pillulis: ne virtus cerebri debilitetur: q̄
in hoc casu est cōfortāda: cū hic nō sit materia peccās fm caput:
vt supponit. Laudo etiā ad preseruationē vt ponantur lapides
qui reperiuntur in ventribus pullorū hirundinū: ⁊ ligent in corio
vituli: ⁊ suspendant collo: bis in hebdomada: etiā sumere. ℥. vi. de
coctiōis ysopi est multū cōueniēs. Si etiā fiat puluis: de quo vta
tur bis in ebdomada factus: vt infra: erit multū cōueniēs sumē
do coclear vnū cū aqua decoctionis ysopi. ℞. de ossibus cranei
hominis masculi: ⁊ se. peo. equaliter puluerizatis: ⁊ tormentille
quartam partem de toto mis. fiat puluis. Laudo etiā teneri coriū
frontis asini ad tangendum caput sub biretro per annū vnū in
tegrum ⁊ die ⁊ nocte. Et cū istis deo dante preseruabitur a casu si
deus voluerit tenendo vlcus apertum adminus per mensem: qd
vt teneatur apertum fiat pasta que supponatur loco: vt infra. ℞.
ficus siccas numero. ij. mell. ℥. v. salis armoniaci. ʒ. ij. totū simul mi
sceatur. Quod si pur sentiret euaporationē a manu vel brachio
fiat ligatura in adiutorio brachii superi⁹ ne vapor superius ascē
dat: ⁊ apponantur panni calidi ad manum fricando circa extre
mitates eius. Et fiat linimētū ad frontē ad tēpora cū vnguēto:
vt infra. ℞. olei ro. ℥. j. olei mirtillorū. ℥. v. achacie. ʒ. ij. thuris. ʒ. v.
cū modico cere fiat vnguentū. Et his sum contentus.

❡ De malis dispositionibus neruorum editum pro spectabili vi
ro domino Archipresbytero de siccis de corandio.

❡ Consilium. xiiij.

Dispositio spectabilis domini archipresbyteri de siccis
est principaliter debilitas neruorum sequens malam
complexionem frigidam partim naturalem: partim
acquisitam: cum qua coniungitur per viam indigestio
nis aliqua accidentalis humiditas principalius ta
men nocens est frigiditas q; humiditas: quoniam est per se ledēs
cum naturalis suorum membrorum complexio sit melancolica.
Et cum hoc magis gradualiter labuntur dicti nerui ad frigidum
q; ad humidum. quod posset pluribus declarari euidentiis: quas ꝓ
presenti non adduco. Per talem itaq; dispositionē inclinatur ad
facilem

facilē casum in spasmum: stuporem. tremorē: ⁊ ꝯſir torturam: et hmōi. maxime ꝓpter debilitatē instrorū. Et pp hāc ēt cām cōiugat aliud accñs: vt guttas vocis ⁊ locutiōis: vicio musculorū partiū anhelit⁹. Is ēt ad hoc videat facere aliqualis dislocatio ad anterius spondilis sexti vel septimi: que dislocatio causata est ab humiditate. ¶ Et hoc sumarie de casu.

¶ Pro aliquali igitur reductione istius dispositiōis magis versus temperamentum. ⁊ preseruatione a casu in deteriores dispositiones duo principaliter fient. Primo ponetur ordo obseruādus in administratione debita rerum corpori nostro occurrentium. secundo ponentur medicinalia huic proposito conferentia. Can.primus in electione aeris. ¶ Primo itaq; eligatur aer ad calidum ⁊ siccum aliquo modo declinans. Cauendū est ideo a frigore tempore hyemis ⁊ ab humiditate qualibet tēpore humido ⁊ nebuloso ⁊ ventoso. Idcirco maxime cauendum tempore estatis: ne moretur in sero sub radijs lune. Tēpore ergo hyemis: quo aer est naturaliter frigidus ⁊ humidus: est primo corpus bene pannis cooperiendum: ⁊ maxime pellibus vulpium: que in hoc casu maximam habent proprietatem: est etiam aer camere rectificandus cum igne facto ex lignis quercus ⁊ lignis iuniperi: lauri: ⁊ similibus calidis aromaticis: aliquando imponendo stipites saluie: rorismarini. ⁊c. Vel saltem suffumigare cameram cum puluere posito super prunas: vt infra describitur. ℞. thuris: cinamomi: nucis musc. gariofilorum: macis añ. ʒ. ß. misce: vel si volumus potest fieri formula vna cum his ⁊ storace liquida: ⁊ magis valebit.

¶ De cibis vero ⁊ potu dicatur primo generaliter de cibis: q; omnes debent ad calidum declinare ⁊ ad siccum: minus tamen q̄ ad calidum: magis tēpore hyemis q̄ estatis. Idcirco cauēdū est ab omnibus frigidis viscosis: vt caseo: cibarijs de pasta pinguibus: viscosis piscibus: ⁊ maxime recentibus: squamis grossis carentibus: lactucis: portulacis: fructibus aquosis: vt cerasis amorenis: persicis: ⁊ huiusmodi. Et specialiter cauendū ab aceto in omni modo administrationis: quia vt omnes testantur: maxime nocet. Et exinde vinum etiam nocet: quia faciliter indigestum penetrans est ad neruos: ⁊ ibidem in acetum cōuertitur. Propter hoc igitur magis abstinendum a vinis albis ⁊ dulcibus: maxime in principio cibi: ⁊ stante maxima siti: ⁊ post forte exercitium: quoniam tunc maxime indigestū fertur ad neruos. Cauendum tamē est ab vsu aque frigide. ¶ Est etiā pro regula obseruandū: vt minus sit comedendum in sero q̄ in prandio: et cauendum a brodialibus ⁊ humidis in cena: ⁊ hoc generaliter. Specialiter vero sit panis ex frumento bene mundo non antiquato: ⁊ sit competenter fermētatus cum modico furfure subtili: ⁊ modico salis: magis tamen tēpore hyemis q̄ tempore estatis sufficienter coctus sit. Nō comedat calidus: neq; post tres dies. brodium carniū: ⁊ brodiū cicerū ru. ⁊ etiā orobi laudatur. Oua sorbilia laudātur etiā in viuarolo cū aliquib⁹ herbis de quibus infra sine caseo tamen. ¶ Inter herbas conueniūt saluia: maiorana: rosmarinus: ruta: betonica: ysopus: herba sancti petri: ⁊ hmōi. cum bletis ⁊ non cum spinachijs: nisi tēpore magni estus: ⁊ etiam modici caules cum carnibus vel buthyro non nimis cocti laudātur. ¶ Inter carnes quadrupedū laudantur castrati annales: maxime hyeme/⁊ vitulorū grossorū. In estate lepores etiā conueniūt: ⁊ specialiter cerebrū ei⁹. de quo oēs doctores faciūt singulare festū in hoc capitulo: ⁊ maxime assatum. vt dicit Auenzoar: quomodolibet valet: q: a ꝓprietate. Similiter ⁊ carnes vulpiū: ⁊ capriolorū siluestriū. ¶ In volatilibus valent tēpore hyemis capones non nimis pingues. Et columbi iā volare potētes valent mirabiliter in oī modo preter caput ⁊ collum: que debent abscindi: vt vult Auēzoar: imo ita iuuāt: vt vsus eorum cōferat oībus neruorū egritudinibus. ¶ In estate vero magis laudo pullos pannos iuuenes: castratos: perdices: fasianos: ⁊ talia. Bibat vina mediocria: ⁊ in competenti substantia: vel colore: mixta tamē in estate cū aqua modici melis. et in hyeme cū dicta aqua multe permixtionis cū melle ⁊ modico saluie vel ysopi: ita tñ q; satis prius comedat: si possibile est: anteq̄ bibat. ¶ Attendendū tñ: q; si de facto egrotaret aliqua egritudine de quib⁹. ē. de quo deus auertat: laudarē in totū esse abstinendū a vino: maxime in principijs: ⁊ vtēd. ydromelle loco vini. Vel saltem propter etatē ⁊ consuetudinem posset sumi modicū de vino cū multa permixtiōe ydromellis. In declinatione vero laudatur modicum vini boni puri: magis tamen sit hoc vt medicine: quam cibi ⁊c. ¶ In vltimo vero cene vel prandij conueniunt amigdale confecte bene masticate: passe pinee proprietate sibi ⁊c. Et ex his stante prostratione appetitus possent fieri aliqua menistra saporabilia. ¶ Et si expediret poni parum aceti: sit acetum passularum factum cū decoctione passularū vt capiēdo duas partes aceti ⁊ vnam partem passularū: ⁊ postq̄ steterit in infusione per noctem bulliant duobus vel tribus bullitionibus: ⁊ facta expressione illō acetū vsui reseruet. Et si sint necessarie species laudo cinamomum: nucem musca. macem cum modico piperis ⁊c. Et hec d cibo ⁊ potu. ¶ De motu ⁊ quiete breuiter dicatur q; continue debet exercitari ante cibum vt prandium vel cenam: facta iam eductione superfluitatum communium vel per naturaʒ vel p artē cū suppositorio aliquo: vel clisteri cōmuni: de quibus in sequētia pte dicet. ⁊ in hoc valet magis exercitiū factum pedes qđ si nō pōt fieri: fiat eques: lente tamē ⁊ faciliter. Qđ si neutruʒ fieri posset: fiant fricationes loco exercitij cū pāno lini satis aspero incipiendo a coxis inferius fricando postea subsequenter a superiorib⁹ ad īferiora semper descendēdo: ⁊ hoc etiā laudabili⁹ esset facta expulsione superfluitatū cōmuniū: vt ante dicebatur. ⁊ cōsequēter valet aliqualis capitis fricatio ⁊ pectinatio ⁊c. Et sicut tale exercitiū debito tpe ⁊ modo factū est valde cōueniens: ita quies oportune facta maxime laudat vt post cibū. Unde bonuʒ est non fortiter exercitari: sed iam transactis. v. vj. vel. vij. horis a prādio: vel saltē nō in primis trib⁹ horis: quū tale exercitiū multū nocet. ¶ De somno ⁊ vigilia dicat: q; superfluus somnus ⁊ superflua vigilia nocēt: vnde de nocte dormiēdū est vsq; ad. viij. horas. plus tamē ⁊ minus aliquo mō fm cōsuetudinē: q̄ in hoc maxime est cōsideranda. Qđ si pur non tantū dormire possit: qr est cerebri naturaliter sicci: saltē quiescat in lecto per. vij. vel. viij. horas. vñ nō oportet vt surgat nimis tēpestiue de mane ꝓpter ipsorū neruorū possibilitatē a frigido. Et idcirco qr est medici somni in nocte: non in totum vitupero aliqualem dormitionē diurnam maxime ꝓpter suā ꝯsuetudinē. qm̄ dñs. A. decima tertij capitulo de cura asmatis cōcessit somnū diei post cibuʒ in cōsuetis. quib⁹ nisi dormiant eis superueniet lassitudo ⁊ caliditas. ¶ Aduertendū tamē q; oportet vt interueniat notabile spaciū inter cibum ⁊ somnū: vt saltē duarū horarū: ⁊ cū hoc q; non sit nimis longus. neq; ꝓfundus: ideo laudatur q; nō cū omni cōmoditate recipiatur. ¶ De inanitione ⁊ repletione dicatur: q; repletio in isto casu multū nocet. Unde melius est declinare ad aliqualem inanitionem q̄ repletionē ⁊ maxime in sero. Non tamē laudo superfluā inanitionem vt multa ieiunia vt maxime in estate. Quod si contingat aliquo precepto ecclesie fieri deberet: tamen fiant satis copiose collationes: non bibendo vina potentia ⁊ maxime alba: vt communiter fit. ¶ In passionibus animalibus seruetur ordo q; omnia superflua nocent etiam gaudiū. tristitia tamē ⁊ alie passiones timoris magis nocent q̄ ira: vel gaudiū. ⁊ hec sunt: que dicenda erant de primo principali. ¶ Ad fm vero principale veniendo duo faciam. primo ponam regimen preseruatiuum per medicinas. ij. prope curatiuum: si sibi aliquod de precedentibus nocumētis incurreret. ¶ Primo itaq; laudo omni anno bis esse euacuandū: ne materia flegmatica in cerebro: ⁊ nuca ⁊ neruis: ⁊ mēbris neruosis multiplicetur. s. tēpore aprilis: vel in principio medij: ⁊ tēpore septēbris. post tamē est fienda leuis lenitio vētris cū medicina infrascripta. ℞. cassie nouiter extracte de cānis pinguis. añ. ʒ. x. vel. ℥. j. v. cū decoctione passularū: liquiritie: capilli veneris: betonice: acori añ parum fiat potio. ¶ Cōsequenter sequētibus diebus est vtendū infrascriptis syrupis. vj. vicibus. ℞. syrupi de sticados: oximellis rosati collati: syrupi de liquiritia: añ. ℥. j. aquarum betonice: saluie: feniculi: añ. ℥. ij. misce: clarificetur ⁊ aromatizetur cum modico nucis muscate: ⁊ cubebarū pro duabus vicibus. Et si esset tempus calidū vel cōiungerent dispositio calida: posset poni loco aque feniculi aqua endiuie: ⁊ nō aromatizare. Et ego magis laudarem istum fm syrupuʒ tēpore autūni ⁊ principiū tpe veris. ¶ Et si volumus facere syrupū magistralē fiat vt īfra. ℞. sticados arabici: passularū. añ. ℥. j. liquiritie radicū feni. ⁊ cinamomi. añ. ℥. v. acori. ℥. ij rorismarini xilobalsami. añ. ℥. ß. rute aromatice. M. v. capillus. calamēti. añ. tertiā partē M. j. radicū endiuie: ⁊ cicoree. añ. ℥. v. ponantur in infusione per diē in aqua sufficienti: ⁊ bulliant vsq; ad debitam cōsumptionem: ⁊ postea cū duabus partibus pulueris zuccari ⁊ vna parte mellis. ro. col. clarificetur: ⁊ fiat syrupus: de quo vti pōt non stante calore sumēdo ℥. ij. cū aqua mel. sumēdo. ℥. iij. aque: ⁊ in tpe calido cū aqua zuccari. Quibus syrupis sic per. viij. dies continuatis sumantur infrascripte pillule per. ij. horas ante diem: post quas differat lauatiuum per. vj. horas vel. vij. magis laudo stari per vij. propter a longinquis membris attrahi. ℞. pillularū cochiarum. ℈. ß. v. pillularum de agarico. ʒ. v. reformentur cum oximelle squillitico. ⁊ fiant pillule septem. ¶ Et post perfectam operationem fere detur lauatiuum vt infra. ℞. aque mell. ℥. viij. sumantur bene tepida. Post quam aquaʒ tardetur per horā ad pran:

diū ⁊ hoc magis laudo existēte tpe nō calido. Et in tēpore calido
debet sumi tāta q̄titas aq̄ ordei cū .℥.v. pulueris zucchari pro la
uatiuo. ¶ Aduertēdū singulr hic q̄ prādiū sequēs medicinā de
bet esse leue de cibis digestibilibus ⁊ de cibariis factum. de quib⁹
in pte prima dictū est. Quo facto: laudo vt sequēti mane suman
tur vt infra. ℞. metridati. ℈.iij. aque decoctionis passularum:
sticados: capilli ve. acori: ana. p. misce. Et si voluerit per se sumere
confectionē ⁊ postea bibere: nō esset cura. Immo forte vtilius est
nihil sumere post dicēte. A. c. ꝓprio. Et oportet cū aliquid isto: si
in potu sumat nō potēr aquā. i. liquidū. vt prolōgetur eius mora
in stomacho. ⁊ loquit in exhibitiōe taliū medicinaꝝ. ¶ Et hic no
ta q̄ licet a doctorib⁹ oibus laudet exhibitio tyriace: tñ ego ea nō
vtor: qm fere nūq̄ pfecta reperit. idcirco loco ei⁹ vtor metridato
qd̄ sm sententiā. A. v. cañ. nō minoris iuuamēti est in hoc casu q̄
tyriaca. ¶ Laudo tñ i hoc: q̄ ita sit immorādū post. vj. horas ab
assumptione metridati post cōmestionem sicut post pillulas. s.
Istud ita q̄ generale regimē fiat bis in anno: vt dictū est. Quo
facto: laudo pro cōfortatione cerebri ⁊ nuche vt per. vj. vel. viij.
dies cōsequēter sumat post quatuor horas a cena vna de īfrascri
ptis pillulis. ℞. sticados arabici par. ij. nucism⁹. par. v. acori. p.
j. ⁊ cū succo caulū fiant formule in morē pillularū. Et si consta
ret q̄ nō esset perfecta mundificatio per medicinā superiorē lau
do: vt istis pillulis addat ℈ vna agarici cū modico. ʒj. quoniā
ipsum. vt vult. A. multotiens ⁊ alij conueniūt: confortat neruos
purgando ⁊ calefaciendo. ¶ Laudo etiā pro cōfortatione dicta
rum partiū: vt vtat ante cibū per. ij. horas de confectione draco
ri posita a mes. circa quantitatē auellane grosse. Valent etiā pi
neate vel acori conditi sine alio. Valet ad hoc conserua facta vt
infra. ℞. foliorū saluie. foliorū herbe paralesis: yue: florū rorīs
ma. vel foliorū añ. partē. j. ⁊ cū zucchearo ⁊ melle fiat conserua si
cut cōserua rosarū. Et si volumus addere species: vt in tēpore fri
gido: possumus addere modicū. ʒj. nucis muscate: gariofilorū:
macis añ. parū. Et post hmōi cōfectionē pōt loco vini sumi in tē
pore frigido ex ydromel. de quo dictū est. s. ⁊ in tēpore calido de
aqua zucchari possent etiā fieri alique decoctiones capiti ⁊ nu
che confortantes ⁊ parū resoluentes vt infra. ℞. calamenti: ma
iorane: saluie: betonice. rorismarinū. añ. M. j. bulliāt in lixiuio facto
ex cineribus iuniperi: vel lauri: vel ficus: vel vitis ⁊c. ¶ Et si vo
lumus magis aromatizare possumus addere in fine decoctiōis
species alligatas i pecia vt infra. ℞. macis: gariofilorum: nucis
muscate: cubebarū: granorū iuniperi: añ. ʒ. v. misce: liget in pecia
lini. ⁊ de hac decoctiōe vti potest semp semel in ebdomada: nisi
aliud impediat. Et cum his ⁊ bono regimine domino iesu cōdu
cente preseruabitur. Quod si tamē propter aliquā accidentalē
cām caderet in aliquod dictorū accidētiū: maxime in spasmū ab
aliqua causa primitiua: vt frigore vel potu vini vel aceto: ⁊ hu
iusmodi: vel forte in paralesiz a materia aliquali humida subti
li in omnes partes musculi: vel musculorum fluxa. Ideo in casu
pro memoria noto: q̄ vbi a causa primitiua proueniret maxime
spasmus. prima intentio debet esse ad remotionē cause: vel si ab
intrinseco sumpta sit aliqua causa. dz ꝓuocari vomitus cū oleo
vel brodio pingui: ⁊ nō cū aliquo acetoso. Quod si fieri nō posset
detur aliqua potio lenitiua tantum p superius: vt dictum est in
prima pte. Vel fiat clistere lenitiuū: vt supra. Et postea addatur
in confortatione partiū neruosarū: quo ad medicinalia ⁊ ciba
ria: de quib⁹ dictū est. s. Et faciēdo aliqualē inūctionē ad nuchā:
nō cū multū calefactis: semper in hoc casu habēdo menti textum
dñi. A. ij. fen tertij de cura paralesis: vbi in fine dicit. Quandoq̄
iuuantur plures eorum cū eis: q̄ infrigidant ⁊ cōfortāt: ⁊ prohi
bent materiā. ⁊ cū medicant calidis augmentatur egritudo. ⁊ il
lud ideo qm materia subtilis dilatatur per ea plurimū: cum vero
membrū infrigidat: ⁊ cōfortatur frigore: minoratur q̄titas ma
terie. ⁊ peruenit ad hoc vt euanescant. Et nō oportet vt eorū ca
lefactione perueniatur. sed est necessariū vt sint medicine confor
tatiue cū aliquib⁹: que sint sicut camomilla: ⁊ mellilotum: ⁊c. Et
sit etiā aliquid infrigidatiōis: sicut succus liquiricie ⁊ se. endiuie.
⁊c. ¶ Et licet iste tex. videatur solūmodo pertinere ad paralesim
tamē bñ cōsiderāti maxime seruit in omni principio egritudinū
neruorum: vbi est timor de fluxu materie: ⁊ vbi virtus est satis
fortis. Istū tex. notāter posui qm medici sepe ꝯ istū tex. practicā
tes maxime errāt ⁊c. ¶ Qd si etiā accidēs duraret: vel fieret para
lesis. est aduertēdū: q̄ si apparēt signa paralesis totius: vel futu
re appoplexie: q̄ per medicos doctos cognoscant. licet textus bis
vel ter videatur negare medicinas fortes a pricipio i passionib⁹
neruorū. tamē in fine capituli de tortura in casu isto laudat a pri
cipio fortes medicinas. Unde imminēte periculo laudarem da
re pillulas vt infra. ℞. pillularū fetidarum: pillularū cochiarū
añ. v. cū oximelle squillitico fiant pillule. Vel detur in minori do
si: si virtus nō sit cōstans. Et si ꝓpter impotētiā trāsglutiēdi nō
posset sumere in forma pillularū fiat puluis dictarū pillularū: ⁊
cū ydromel. sumat. ⁊ ita facit dñs. A. in. c. de apoplexia. Verū qr
iste dñs vt spero erit in regimine dato obseruantissimus: ideo si
sibi subuenirent aliqua de dictis accidentibus: nō essent de pro
ximo nñca dictorū malorū. ideo aliter est subueniendū. ¶ Lau
do ergo vt in dictis casibus nō a principio sit euacuandū forti
ter exoluēdo: immo prius esset materia preparāda. ¶ Primo er
go potest fieri clistere lenitiuū aliqualiter a ꝓprietate educēs: vt
infra. ℞. cas. ℥. j. pulueris zucchari. ℥. v. yerepigre. ʒ. ij. olei cōmu
nis: olei de lilio. añ. ℥. i. v. cū decoctione maluarū bismaluarum:
aneti: camomille: furfuris: ⁊ modico sale fiat clistere. ¶ Cōsequē
ter pōt vti. v. vel. vj. diebus syrupo vt infra. Recipe mellis rosati
collati. ℥. j. syrupi de sticados: aquarū saluie: maiorane: betonice
Et si timeat calefactio loco huius: ponat de aqua endiuie: ⁊ aro
masticēt cū modico nucismus. fiat syrup⁹. Et post istū syrupū pōt
sumere de pillulis: de quibus. s. vsq̄ ad quantitatē. ʒ. v. Vel si vo
lumus potest vti pillulis vt infra. ℞. pillularum fetidarū: pillula
rū de opoponaco. añ. ℈. ij. reformētur cū ydromelle. ⁊ fiant pil
lule. vij. Et post istam euacuationem potest sumere. ʒ. j. metrida
ti: maxime tempore hyemis. Vel tēpore estatis potest sumi confe
ctio vt infra. ℞. zucchari rosa. antiqui. ℥. v. specierū plirisarcoti
con. ʒ. v. cum melle rosa. fiat confectio. Et post istas euacuatiōes
potest vti clysteribus fortioribus q̄ prius: in quibus intrent solu
tiua fortia: vt yeralogodion. colloquintida: ⁊ semen croci ortēsis
qd̄ i hoc casu multū laudat. tñ sua acuitate est aliquo modo suspe
ctū. ¶ Pōt igitur fieri clistere vt infra. ℞. vtriusq̄ malue mercu
rial. abrotani: sticados vtriusq̄ ruthe añ. M. j. succi betonice lib.
v. agarici. ʒ. ij. coloquintide in teriotis. ʒ. j. seminis ruthe silue
stris. ʒ. v. bulliant omnia cum lib. duabus aque: ⁊ facta colatura
addatur cassefistule. ℥. j. yerepigre ʒ. ij. yerelogodion. ʒ. j. olei de li
lio: olei ruthe. añ. ℥. j. v. salisgēme. ʒ. iij. misce pro clisteri. Et sic po
test aliquando vti semel vno: semel alio: ita dico de solutiuis. Sē
per tamen notādo qd̄ dicit. d. mesue. c. proprio cum dixit. Opor
tet vt inter euacuationē ⁊ euacuationem interueniat tempus: in
quo oportet occupari regimen confortatiuum. In quo medio
tempore laudatur assumptio tyriace in mane: vt dixit serapio.
¶ Et quia vt plurimū non reperitur perfecta: loco eius sumi po
test de metridato. vt supradictum est. Cuius exhibitio sm Gal. ⁊
ante digestionē ⁊ post cōuenit. Et tandem post datas euacuatio
nes possunt medici conficere cōtinuo syrupos fortiores ⁊ magis
a proprietate: ⁊ etiam solutiua cuiuscunq̄ generis. Unde fiat ro
tum vt infra. ℞. turbith: agarici electi. añ. ʒ. ß. pulpe colloquinti
de. ʒ. i. tamen aduerte ne ipsa noceat: ⁊ debet poni in pāno lineo:
in decoctione sene polipodij añ. M. v. anisi. M. i. masticis: bde
lij. s. añ. ʒ. i. fiat syrupus cum melle: ⁊ detur de quarto in quartum
cum aqua saluie calide duo coclearia: ⁊ plus ⁊ minus sm q̄ expe
dit. Possem etiaz ad hoc propositum syrupos infinitos: ⁊ etiam
solutiua: vel decoctiones ponere: ista sufficiant. ¶ Simplicia ta
men in hoc casu valentia ⁊ confortantia aliqua adducam. nam
opoponacum sm omnē modum administrationis valet: valet
etiam castoreū: valet piper: omnimodo administrationis: valet
similiter assa fetida: valet agaricus: vt dictum est supra: valet co
loquintida exsoluendo. Confortatiua magis. vt sticados: omni
modo acorus: yua herba paralesis: calamentum: thymum: be
tonica: ⁊ huiusmodi: de quibus supra. Posset plura ponere: sed
ista sufficiant. Et ex his cum dictis superius in prima parte pote
rit expertus medicus varias medicinas: componere: ⁊ alterati
uas: ⁊ eductiuas: secundum quod sibi placuerit semel vtendo
vna ⁊ aliquando alia: ne propter diuturnitatem natura assue
fiat ad vnam medicinam: vt non patiatur postea ⁊c.
¶ Completa hac intentione surgat alia intentio: que est ad op
positum diuersioꝝ quoniā talis intētio completur per gargaris
mata: caputpurgia: sternutatoria. ⁊ similia: gargarismata ⁊ ma
sticationes in hoc casu non laudo: qr in isto dño est aliqualis de
bilitas nocumentū in mēbris spiritualibus: in quo casu nō lau
dantur talia. ¶ Possunt ergo fieri aliqua caputpurgia: vt infra
℞. succi bete: succi maiora. añ. ℥. iij. misce: ⁊ de ipso tepido po
test fieri caputpur. in mane. Potest etiam fieri sternutatio cum
sternutatorio vt infra. ℞. piretri: pipe. longi: nigelle: condisi añ.
ʒ. v. nucismuscate: maiorane añ. ℈. ij. fiat puluis pro infundendo
in nares. ¶ Stat vltimo intentio medici in mente de resolutio
ne materie aliqualiter in membris imbibite: que perficitur cum
fricationibus: vnctionibus: emplastris: balneis: ⁊c. Fiat ergo pri
mo fricatio in postrema capitis leuiter: ⁊ extremitatib⁹ fortiter
⁊ pars extrema capitis fricetur cum radice lilij: ⁊ cum panno fa
tis aspero

tis aspero ⁊ manu calida: etiã si aliqua pricipaliter sit pars laxa:
cleuenir ⁊ deprimatur frequenter: dico hoc post purgationem.
Postea fiat inunctio posterioris partis capitis cũ oleo de lilio:
vel nardino: vel costino: vel laurino: vel de piperibus ⁊c. Vel vn
guento de bdelio. d. Mesue: qt multũ laudatur. Et ad hoc etiã
valet vnguentum vulpinum factũ vt infra. ℞. olei vulpini scd̃m
artem facti. ℥. ij. olei costi. ℥. v. se. ruthe: foliorum lauri. an. ℥. v. pi:
peris nigri: castorei. an. ʒ. i. euforbij. ℈. ij. cere parum fiat vnguẽ
tum. Ad hoc valet martiatõ agrippa: vnguentum aureum et si:
milia. ¶ Et si volumus facere euaporationes possumus cum ma
iorana auricula muris: folijs lauri: melliloto: ⁊ similibus. Et si
volumus facere cerota possumus: vt cum suprascriptis oleis et
pulueribus addendo gummas calidas: sicut cum galbano op:
poponaco: serapino: bdelio: mirrha: mastice: laudano ⁊c. ¶ No
tandum tamen hic de mente Aui. q appositio horum medica:
minum super mẽbra frequenter est aspicienda: quia aliquãdo vl
cerant: ⁊ nimis calefaciunt: ⁊ nõ sentitur tñ. Sed p hoc distigui:
intentionem: si pur esset necessitas: quod deus auertat: et quam
nunquam spero futuram esse maxime valent: si loca vacua infra

et post aures cum medicina vesicatoria rumperentur: et sic rupta
per temp⁹ conseruarentur: quia continuo ex his emanaret humidi-
tas et esset forte optimum diuersiuum in materia nostra. Posset
autem sic fieri.℞.cantaridum abscissis capitibus: et alis numero.vj.
ficuum siccarum numero.ij.fermenti parum simul pistentur et incor-
porentur et ad quantitatem auellane vel duarum auellanarum po-
nantur in dictis locis vacuis in mane et non nocte: ne impediat
somnus: et in sero erit facta vesicatio: que vesice incidantur cum
forpicibus: et super illis locis ponatur pecia noua linea alba: et
postea sequentibus diebus ponantur folia caulis rubea et acuta
cum modico butyri linita: et sic continuentur: quoniam continuo
faciet materiam fluere. ¶ Ad hanc etiam intentionem et postre-
mo pro fortiori valet apponere in collo posterius setanum ibidem
lateraliter perforando: et setanum imponendo singula quoque die di-
ctum setanum ad alteram partium trahendo: vt materia ad locum attra-
hatur. Ista remedia spero vt dixi non erunt necessaria: non tamen sunt
dolorosa vel timorosa: vt prima fronte appareret. Et ego in ne-
cessitate ista magis laudarem quam mineralia balnea. Et hec suf-
ficiant quantum ad hanc intentionem. ¶ Restat vltimo nota-
re quasdam medicinas membrorum lesorum confortatiuas et reliquiarum
materie: si qua portio mansit resolutiua preseruatiua quoque ne
multiplicetur. ¶ Pro primo igitur laudo quantum ad ea que interi⁹
sumuntur vt singula hebdomada sumantur in mane duo mira-
bolani conditi: si etiam haberetur nuxmuscata condita esset conue-
niens. Si etiam tempore hyemis sumeretur de acoro condito in casu pro-
ficiet. Triferra quoque minor esset etiam conueniens: si de ea sumatur co-
clear.i.per tres horas ante cibus. ¶ Ad confortationem precipue
oculorum: et clarificationem spirituum et exiccationem humiditatum
cerebri et confortationem stomachi valet: si fiat puluis in forma
piperate pro superaspergendo ferculis suis. Fiat igitur vt infra
℞.eufragie.M.v.sansuci: acori.ana.ʒ.ij.spice.ʒ.v.cinamomi ele-
cti.sene.ana.ʒ.ij.seminis anisi: carui: piperis longi.gar.galange
kebulorum.ana ʒ.j.v.terrantur et cribellentur et fiat puluis. Cui
addantur.℥.ß.zucchari albi electi: et reseruetur pro vsu. ¶ Po-
test etiam fieri electuarium in casu conueniens ad intentionem pre-
cedentis pulueris vt infra.℞.eufragie.℥.j.seminis feniculi.℥.v.
coriandri pp.cinamomi: piperis longi: nucismus.gario.℥℥.ana.
ʒ.ij.ligni.al.macis.ana.ʒ.j.spice.ʒ.v.kebulorum subtiliter trito-
rum: et infusorum in oleo amigda.dul.℥.ß.foliorum auri nume-
ro.xxx.succi eufragie et feniculi.ana.℥.iij.melle ro.lib.j.zucchari
albi lib.j.v.fiat electuarium: et de eo vtatur sumendo coclear.j.pro
vice. ¶ Iam restat ponere aliqua exterius applicanda et stoma-
cho et oculis per modum collyrij: primo igitur pro stomacho fiat
vnguentum vt infra.℞.olei spice: absynthij: et mastiche: et cito-
niorum.ana.℥.v.coralorum rub.ros.rub.spice celtice: squinanti
gario.ana.ʒ.v.gallienus.Mesue.℈.j.cere parum fiat vnguentum
pro vnctione stomachi cum leditur digestiua vel aliqualiter va-
let etc. ¶ Circa oculos fiat collirium vt infra.℞.succi feniculi par.
j.succi ruthe par.v.mellis.par.iij.succo depurentur: postea cum
melle despumato decoquantur, sepe despumando in vase eneo:
postea secum misceantur aliqua folia auri puri bene commixta
et agitata: postea iterato leuiter decoquantur: et postea collentur
omnia et in ampulla vitrea soli exponatur per.xl.dies. Deinde
in vase aureo vel eneo conseruetur ad vsum: istud est vtile in ca-
su nostro non apertum aliquo modo nocere. Dimitto fortiora reliqua
collyria quoniam in eis visus est aliqualiter timorosus. Et hoc
solo sum contentus.

¶ Pro paciente catarratam completam vnius oculi cum aqua descen-
dente ad alium oculum. Consilium. xxiiij.

In isto casu: qui est catarrata completa vnius ocu-
li cum aqua descendente ad alium oculum: sed non
completa catarrata: et est de albis siue cinericijs cum
dispositione capitis humida: vltra regimina alias
habita breuiter hic commemoratur: quod obseruandum
est precipue regimen in dieta conueniens secundum quod per alios iam edo-
ctus es. ¶ Nam cum bonitate regiminis: et vsu aliqualium leuium
purgationum etiam aliquoties sine vsu aliarum medicinarum cura-
tus est homo a catarrata etiam complete etatis: vt dicit Aui.in prin-
cipio de cura catarrate. Et dicit sic. Et ego quidem iam vidi ho-
minem de his: qui ad complexionem redeunt et intelligentiam.i.
perfecte etatis: cui aqua iam acciderat.i.catarrata: qui curauit
se ipsum cum euacuationibus sup. communibus: et abstinentia: et mi-
noratione cibi: et alienatione turium et humectantium et fuit con-
tentus assatis et frixis etc. ¶ Sunt autem vitanda omnia multi-
plicatiua humiditatum declinando ad siccum secundum omnem modum in
omnibus rebus non naturalibus dimittendo euaporatiua: et preci-
pue vinum multe quantitatis secundum alias ordinata, Specialiter cum desc

dendo ſm conſultationē habitā cum famoſiſſimo doctore dño
magiſtro Jo. de marliano compatre amantiſſimo cōe ıdıſ:qđ
ab oculo:in quo eſt manifeſta catarrata:fiat depoſitio catarra:
te per manū experti ⁊ docti in arte:facta tamen prius mundifi:
catione et totius ⁊ capitis ſpecialr cū pillulis de quib⁹ vt infra.
Et facta operatione caueatur per aliquot dies:vt patiens neq̧
tuſſiat:neq̧ clamet:⁊ iaceat per dies in loco obſcuro ſuperius cū
tenui dieta. Et ſi operatio recte facta fuerit:ſperatur de optima
viſione illius oculi. Sed ad preſeruationem alterius oculi:ne inſpiſ
ſet magis aqua imo minuatur:primo fiāt pillule:de qbus ſumat
omnibus tribus diebus ſemel. ℈.ij. pro vice in tribus pillulis cū:
do dormitum vt infra. ℞. pillularum aſſeiereci. ʒ.i.ſ. pillularum
ſine quibus eſſe nolo. ʒ.i agarici trociſcati. ʒ.ſ. cum ſucco fenicu
li fiat paſta pro pillulis. Poſtea ꝓ diuerſione principali: vt ma:
teria fluens ad oculos conuertatur ad alias regiones vltra frica
tiones tibiarum ⁊ ſuaue exercitium hora debita fiant ſingula
hebdomada:in diebus ſequentibus ad pillulas clyſteris appro
priata vt infra. ℞. camomille:melliloti:furfuris.añ. M.i. roriſ
marini: eufragie herbe:feni. ſticados. añ. M.ſ. fiat decoctio cū
aqua debite quātitatis: de qua ſumatur lib.i.ſ. facta colatura:
⁊ addatur caſſie extracte. ℥.i. pulueris zucchari: hyere pig. añ. ℥.
ſ. olei cōmunis:olei de lilio. añ. ℥.ſ. ſalis gemme. ʒ.ij. miſ. pro cly:
ſteri. ¶ Item ad eandem intentionem ſingulariſſime valet ſeta:
num factum poſterius vt fieri ſolet:⁊ teneatur apertum per ſex
menſes cum corda nodata. Vel fiat cauterium poſt aures in lo:
co vacuo apponendo ad quātitatem vnius ſextini ſm deſcriptio
nem vt infra. ℞. cātarides abſciſſis alis ⁊ capitibus infuſis i ace
to forti ſſimo per diem numero. vi. fermenti. ʒ.ſ. cum melle ana:
cardorum quod ſufficit fiat paſta:⁊ facta veſicatione ⁊ abſciſſa
vt remaneat vlcus apertum apponatur ſupra locum de paſta
facta ex ficubus incorporatis cum melle. Deinde ad confortatio
nem capitis ⁊ oculi ⁊ reſolutionem vaporum ne in aquam cōuer
tantur ⁊ prohibitionem generationis eorum ſimul cum intentio
ne ſubtiliationis materie aliqualiter ſpiſſate fiat electuariū:de
quo vtatur ſumēdo. ʒ.i. in mane diebus:quibus non ſumuntur
pillule factum vt infra. ℞. eufragie: betonice. añ. ℥.i. ſeminis fe:
ni. ʒ.ij. cubebarum:macis:cinamo. gar. añ. ʒ.i. margaritarum. ʒ.
ſ. puluerizentur ⁊ cribellentur:ſucci ruthe cocti ⁊ depurati. ʒ.vij.
mellis depurati. lib.j. coquatur ſuccus cum melle vſq̧ ad perfe:
ctionem:⁊ poſtea addantur ſpecies:⁊ fiat electuariū:de quo vta
tur vt dictum eſt. ¶ Item poteſt fieri piperata ſuper aſpergenda
ferculis vt infra. ℞. eufragie. M.ſ. maiorane: acori. añ. ʒ.ij. ſpi:
ce. ʒ.ſ. cinamomi electi ſene. añ ʒ.ij.ſ. aniſi:carui: piperis lōgi:
gariof. galange:mirabolanorum: kebulorum. añ. ʒ.ſ. terantur
⁊ cribellentur:⁊ cum tanta quātitate zucchari fiat puluis pro
piperata. ¶ Reſtat nunc venire ad extractionem ⁊ abſterſionē
aque iam inſpiſſate:⁊ hoc fit cum colliriis ad hanc intentionē ap
propriatis. Sed ad hoc valet primo collirium domeſticum factū
vt infra. ℞. ſucci feniculi depurati per reſidentiam eius ⁊ facilē
coctionem eius in vaſe eneo per. vnam:verbi gratia. ℥. quatuor:
folia auri puri numero. ix. diuidātur minuti in dicto ſucco:poſt:
ea addat mellis puri ⁊ clari tertiam partem vnius. ſ. ℥.i. ⁊ ʒ.ij.ſ.
bulliant iterum bullitione vna:poſtea colletur ⁊ ponatur in am
pulla vitrea ⁊ ſuſpēdatur in ſole in tempore eſtatis per. xxx. dies
permutādo oīb⁹ tribus vel quatuor diebus de vno vaſe in alio
vaſe abūciendo ſemper ypoſtaſim eius: poſtea deſtiletur de eo
in oculo parū. ¶ Valet etiam ad hāc intentionē ſi deſtilet mel:⁊
aqua diſtilationis eius ponatur in oculum ⁊ eſt leue. Pōt ēt cū
ꝓprietate fieri collirium ſiue puluis ponendus in oculo ex capi:
tibus yrundinum aſſatis:⁊ cum melle incorporatis ⁊ trociſcatis
tandem fiat puluis ſubtiliſſimus ⁊ ponatur inſufflando cum pē
na intra oculum. Et ſi addatur parum pumicis erit fortius. Si
etiā adderet parum. ℥℥. redderet puluis magis abſterſiuus. Ad
iſtā etiam intentionem valet ⁊ eſt fortius vt fiat colliriū vt infra
℞. fellis perdicis aut galli:mellis crudi. añ. partes equales ſuc:
ci feni. depurati partes duas miſce. Hic poſſent multiplicari re:
media ⁊ multo fortiora quā iſta. Sed quoniam timor eſt in fortio
ribus de extractione ſubſtantie oculi:ideo laudo ſtandum in mi:
tioribus. Sed cum eſt indigentia vſus colliriȷ mordicantis bonū
eſt ſi prius fiat ſtupha cum humectantibus: vt recipiendo eius po
rationem aque decoctionis fenugre. ⁊ paſſularum ⁊ altee. Etiā
obſeruetur q̧ talia collilia acuta paulatim ponantur ⁊ ſuperpo:
nant repercuſſiua circa oculū:⁊ ſi pur fiat dolor acutus:mitiget
cū lacte nouiter mulſo de mamillis intra oculū: deinde poſt duos
dies reiterent collirīa vtiā. Et his ſum contentus.

¶ Pro dño gaſpare de vice comitibus patiente priuationē vi:
ſus in vno oculo ex opilatione nerui optici. Conſilium. xxv.

Suppoſito debito regimine in dieta: de qua eſt diligē
tiſſime informatus ponam medicinalia ad caſum cō
ferentia:prius tamen annotatis quibuſdā punctis
circa dietam nullo modo omittendis. ¶ Ut quod de
aere communi ſue habitationis vitetur quilibet aer
groſſus lacunalis ſiue vaporoſus non clari luminis: Et ita aer cē
proprie camere ſit diſpoſitus: vt non ſit terrenus:ſed in alto cō
ſtitutus:non tamen ventis expoſitus:⁊ fugiat aerem nocturnum
imo ⁊ ſerotinum poſt occaſum ſolis. Et caueat omnino ne irra:
dietur radijs lune. Vitet etiam exercitium poſt repletionem ſto:
maci:⁊ maxime laborioſum:tamen exercitium hora debita factū
precipue pedes eſt in caſu multum conueniens: vt ante futurum
cibum per duas vel tres horas. Tardet tamen cibum per horā
poſt exercitium:⁊ ei conuenit magis exercitiū longum quā velox
⁊ inflāmatiuū. ¶ Vitet ſuperfluitatē ſomni. Sit cōtent⁹ ſomno
ſeptem horarū:⁊ omnino caueat a ſomno diurno niſi qñ pro cā
incidēti quaſi tota nocte vigilaſſet: ⁊ ſic dormiat in obſcuro mē:
bris debite coopertis. Et quōcunq̧ ſit non accipiat ſomnū nec
poſt prādium nec poſt cenam niſi tranſactis adminus duab⁹ ho
ris poſt cibum:⁊ tunc dormiat non ſupra faciem:ſed capite de:
bite leuato ſupra ſpinam vel aliquoties ſupra partem ſanā. Vi:
tet omnem repletionem cibi ⁊ potus maxime potus vini. abſti:
nentia enim ⁊ ieiunium maxime in caſu conueniunt: lz nimia
inanitio aliquoties noceat precipue inanitio ſequens coitum et
flōmias ⁊ ventoſas cum ſcarificatione. Singula tñ die habeat be
neficium ventris. Gaudeat ⁊ letetur moderate: et vitet furiam ⁊
tracūdiam vehementē: licet moderata ira nōnūq̧ ſit conueniēs.
Vitet cibaria flegmatica: vt fructus humidos:⁊ carnes pingues
precipue vitulorum ꝓpinquorum generationi:⁊ carnes porci:
nas:⁊ piſces:niſi paruos petroſos:⁊ caſeum ⁊ reliqua lacticinia
vitet omnia cibaria de paſta. Vitet omnes carnes autum degē:
tium in aquis: vitet olera omnia frigida precipue lactucas. Ui:
tet tamen cum hoc agrumina: vt porros:allea:cepe:⁊ hmōi. Vi:
tet acetum:⁊ acria:ſed in eſtate vti poteſt ſucco arāciorū dulcium
ſiue vino granatorum dulcium ꝓ in ſalaticijs. Vitet vina poten
tia omnia ⁊ dulcia: Bibat vinum mediȷ coloris vel album me:
die vinoſitatis notabiliter mixtum: maxime: in vltimo potu. Et
vtatur magis aſſatis q̧ brodialibus:⁊ ſemper poſt cibum ſumat
aliquid de dya citoniten ſine ſpeciebus: ſiue aliquos coriandros
cum zucchato non in multo numero. ¶ Iſtis igitur ſic ſuppoſi:
tis ⁊ obſeruatis: laudo alternatis diebus fieri lotionem ad crura
fricando deorſum ante cenam per horam adminus cum deco:
ctione vt infra. ℞. camomille:melliloti: eupatorij. añ. M.i. ma
iorane: ſticados: abſynthi. añ. M.ſ. bulliant in vna ſitula aque
cum dimidia vſq̧ ad conſumptionem quinte partis:⁊ de ea fiat
lotio. ¶ Item laudo ſemel in hebdomada non obſeruato preci:
ſe numero dierum ſumi pillulas vt infra. ℞. agarici trociſcati:
pillularū ſine quibus eſſe nolo. añ. ʒ.ſ. granorū peōie:acōri añ.
gra. v. cū oximelle ſimplici fiant pillule pro vna doſi. Item lau
do ſequenti die ſumi confectionem vt infra. ℞. metridati. ʒ.i.
dyabugloſati. ʒ.ij. miſce. Subſequēti aūt die faciat maſticatoriū
ſumēdo ad quātitatē fabe de paſta vt infra. ℞. maſtices:piperis
longi:cubebarum:corticū exteriorū ſiſticorum ſupra teſtas exiſtē
tium añ. ʒ.ſ. cere parū maſceleant oīa ſimul ⁊ fiat paſta. Sequēti
vero ſumat coclear vnū de electuario adminus per duas horas
ante cibum facto vt infra. ℞. eufragie betonice añ. ℥.i. ſeminis
feniculi. ʒ.ij. cubebarum: macis: cinamomi: gaf. añ. ʒ.i. marga:
ritarū. ʒ.ſ. puluerizentur:⁊ cribellentur ſucci ruthe cocti ⁊ depu:
rati. ʒ.vj. mellis deſpumati. lib.i coquatur ſuccus cū melle vſq̧
ad perfectionē:⁊ poſtea addantur ſpēs:⁊ fiat electuariū in bona
forma. Sequēti vero die ſumat mirabolanū vnum de kebulis cō
ditū: vel vnā radicē acori cōditi. Et ſi haberetur nux muſ. condi:
ta eſſet efficacis iuuamēti. Et ita ſm circulū procedatur:incipiē
do a pillulis vt ſupra:⁊ poſtea per ordinē deſcēdēdo: ⁊ aliquādo
cōtinuādo de electuario duobus vel tribus diebus continuis ſm
q̧ placet: vt nō obſeruet dies preciſus in aſſumptione pillularū.
Et hoc obſeruetur etiā per totū tps veris: q: in eſtate oporteret
minus de iſtis medicinis ſumere. Et ita per totū tps veris teneat
ſetanū ⁊ orificiū apertū factū in colo ſm artē: vt ſcis. Et ſi forte
ſingulis duobus menſibus ſumeret purgationē magis fortē pre
cedentibus aliquibus digeſtiuis: vt ſumendo tres vel quatuor ſy
rupos de infraſcriptis:⁊ poſtea pillulas ſuccedentes credo con:
ueniret. Syrupus fiat vt infra. ℞. mellis roſati collati. ℥. j. oxi:
mellis ſimplicis: ſyrupi de ſticados. añ. ℥.ſ. aquarū eufragie: fe:
ne. ⁊ bugloſe añ. ℥.i. dupliciter:⁊ aromatizetur cum granis cube
barum ruptis pro duabus vicibus. Pillule autē fiant vt infra.
℞. pillularū lucis: pillularum ſine quibus eſſe nolo añ. ℈.ij. ſuc
ci feniculi.

et feniculi.gra.iiij.misce:τ fiant pillule. Nolo obmittere puluerem qui superponendus est continue super serculo: qui fiat vt infra. ℞.scori:ziopi lucce:añ.ʒ.ij.nucismusca.cassie lignee.ʒʒ.añ.ʒ.j.piperis lon.seminis feni.añ.ʒ.v.croci.ʒ.j.zuchari ad pōdus omniū misce:τ fiat piperata. ¶ Jam circa localia veniēdo vbi est intentio aliqualiter subtiliandi humorē in radicē oculi existentē:τ conclusum in neruo obtico. ¶ Est etiā intentio spiritum illustrandi τ conuertendi spiritū visus:τ spiritus naturales cum nutrimento appropriato oculo ad ipsum oculū: vt magnificetur oculus τ confortetur: vt eo confortato reddatur potentior ad resoluendum naturam in neruo contentā. Et hec intentio completur cū duobus precipue ingenijs.s.cū stupha fienda oculo alternatis diebus:τ cū puluere etiā imponēdo intra oculum alijs diebus quibus nō fit stupha. Et ne propter stupham et vapores resolutos ab ea calidos attrahatur materia per vias frontis ad oculos apta nocere: laudo anteq̄ fiat stupha vt supra cerebrū ponatur vnū repercussiuū factū vt infra. ℞. cineris lane combuste.ʒ.j.ɾ.thuris ros.ʒ.v.cū albumine oui fiat mixtura: τ extendatur super petia et supponatur. Postea fiat stupha vt infra. ℞.palearum auene vel ordei tenuiter incisarū.M.j. melliloti:fenugreci añ.M.v.pillularum zafrani.ʒ.v.omnia simul bulliant modicis bullitionibus in aqua debite quātitatis: τ ex ea vltra tepidū parū fiat stupha. Si tamen haberetur frustrum epatis yrci vel capre:τ prius bulliret in aqua aliquibus bullitionibus anteq̄ reliqua ponerentur: esset efficacior stupha ad intētionem nostram. Puluis autē ponendus in oculū fiat vt infra. ℞.de epate yrci siue capre prius in frustra inciso: τ inter frustra superasperso pipere lōgo puluerizato: postea in veru cocto: deinde in furno exiccato simul cū humido quod distillauit ex eo: τ puluerizato tamē subtilissime.ʒ.ij.tucie preparate: zuchari cādi.añ.ʒ.j.margaritarū electarū.ʒ.v.misce: fiat puluis subtilissimus:τ insufletur modo in oculū. Et nisi cum his conualuerit laudo vt ad mediū madij fiat leuis flobothomia de vena cephalica ad cōmotionē humorū capitis. Postea recipiat balneū sulfureū τ encū cū nitro vel alumine stillatis supra cōmissurā anteriorem fm ordinem balneorū. Et cū his spero salutē: si de⁹ voluerit: semper tenendo setonū apertū etiā vltra per aliquot hebdomadas.

¶ Pro magnifico domino Matheo de coradis de diminutione auditus.

¶ Consilium.xxvj.

Casus talis est diminutio auditus et proxima surditas vnius auris cum nocumento sentiendi etiam mediocria sensibilia sed magis excellentia sensibilia alteri⁹ auris: vt patet relatu domini infirmi. Ex quo concludo non solum attendendum esse ad curationem vnius auris: et vsq̄ hodie per alios factū esse medicos: sed ad curationē vtriusq̄. Non enim cū diminuta sensatione auditus: vel fere surditate contingi potest nocumentū quod est nimis legi ex mediocriter sensibilibus ex parte eiusdē auris. Relinquitur ergo ꝙ hoc est ex parte alterius auris: vt non surde nimis intense sentientis: huius autē vtriusq̄ accidentis existimo esse ꝯfialem causam ad debilitatem virtutis auditiue: maxime propter passibilitatem a raritate contingentē. Non incōgruit enim vt cū debilitate virtutis contingatur nimia intensa sensatio: τ dolorosa: vt patet in corporibus debilitatis τ debilibus: qui multū patiuntur a caliditate τ frigiditate: τ subito rigent. Credo tamen cū hoc ꝙ in aure surda contingatur aliqua humiditas accidentalis per viā indigestionis mēbri que ventosatur: τ inde sonitus vel tinnitus cāusatur. Manifestatur aūt hoc vtriusq̄ accidens potissimū sequi raritatē texture mēbri: ex quo facilime: vt idem testatur: τ a calidis τ frigidis leditur. Et credo ꝙ hec raritas magis cū caliditate cerebri contingatur q̄ cū frigiditate ipsius cerebri: quod pluribus possēt euidentijs declarare: sed non est presentis propositi. Et ex hoc tanq̄ ex radice male intellecta fortassis cū remedijs multum calidis semper procedendo tardata est multū hec cura. Et hec de casu in generali. ¶ Pro curatione ergo due insurgunt principales intentiones. Una tamen alia principalior est: vt que respicit causam principalissimā.s.virtutis debilitatē. Alia est minus principalis: que est ad corrigendū accidens remouendo causam immediatā: τ ista diuersa τ quodāmodo contraria existit fm ꝙ causa est immediata vtriusq̄ accidentis vt diminute auditionis vnius auris τ nimis intense alterius quodāmodo contraria existit. ¶ Pro primo igitur expediendo pro regula obseruetur ꝙ in vi.rebus non naturalibus.s.aere cibo τ potu τc. vitentur omnes excellētie vt vitetur aer nimis calidus nimis frigidus nimis humidus nimis siccus nebulosus ventosus: melius est tamen declinare ad calidū τ frigidum parum q̄ ad alias qualitates: τ si aer non fuerit sic naturaliter artificialiter preparetur maxime aer calidere cum igne facto ex lignis vitis quercus τc. plus et minus fm maiorem vel minorē necessitatē. ¶ Ita dicatur de exercitio somno τ vigilia. ¶ Pro regula tamen obseruandū: ꝙ exercitiū vel somnus non congruit post cibi repletionem vel sumptionem nisi transactis ad minus duabus horis: τ tunc exercitari poterit moderate cū exercitio non perducente ad lassitudinē. Somnus etiā conuenit non transcendens.vij.vel.viij.horas: nocturnus τ nō diurnus τ capite bene cooperto nisi propter necessitatē male dormitionis nocturne vel propter consuetudinē quibus casibus esset de die dormiendū non tamen multū: τ hoc in loco obscuro: τ capite bene cooperto vt supra. ¶ De inanitione τ repletione dico: τ consulo τ est bene memorie tenendū: ꝙ est habendū maxime sollicitudo in euacuatione τ maxime cū medicinis a proprietate τ laboriose soluētibus: ne cū eis flat: quoniā ad vsum talium medicinarum sequitur virtutis debilitas: que est causa principalis huius nocumenti. ¶ Laudo tamen aliquādo fieri mundificationem cerebri saltē bis in anno cū medicinis appropriatis: vt infra dicetur etiā sunt conuenienter facte: vt dictuz est per medicos nostros priores. ¶ De cibis vero τ potibus τ regimine quorū maxime stat radix cure maxime cauendū est a cibis grossis multarū superfluitatū tarde digestibilibus: τ vaporosis τ ventosis: quales sunt cibi de pasta: caseus: legumina: pisces maxime grossi non squamosi: partes neruose animaliū τ pingues τ acuta vt pōri allea: τ acetum: τ huiusmodi spēs vina pomata τ similia. Utendū est ouis sorbilibus: carnibus: vitellinis: pullinis: fasianis: perdicibus: turturibus auibus montanis: et in cerebellis pullorum: τ leporis est proprietas mirabilis in hoc casu. Uinum sit mediū saporis τ mediū coloris inter albū τ nigrū ad dulcedinē aliqualē magis declināsq̄ ad ponticitatē parū tū mixtum cum aqua decoctionis zuchari. ¶ Ad fm veniendum vt ad medicinalia magis laudo bis in anno vt etiam ab alijs dictū est. Fiat primū digestiuum vt infra. ℞.mellis rosa.collati.ʒ.j.v.oximellis.s.syrupi de sticados: τ syrupi violati añ.ʒ.v.aquarum betonice: sa.τ endiuie.añ.ʒ.iij.misce: clarificetur τ aromatizetur cū modico nucismuscate pro duabus vicibus: τ isto vtatur vi.dieb⁹ continuis fm artē: de aqua in superioribus consilijs scriptū est: post quos syrupos sumat in sequenti die per duas horas ante diē pillulas vt infra. ℞.pillularū sine quibus nicolay.ʒ.iij.v.fiant pillule.vij.post quas pillulas dormiat per horā cū dimidia: postea surgat τ ambulet per camerā: τ aliquando quiescat in loco obscuro per.v.horas expectando operationem medicine. Postea sumat lauatiuum vt infra. ℞.aque ordei calide.ʒ.viij.zucch.vni⁹ cocte.ʒ.v. Et post mediā horā sumat prandiū leue cum aliquo de cibis superius dictis. Sequēti mane sumat confectionem vt infra. ℞.dyabuglosati.ʒ.iij.specierū cōfectionis diamusci dulcis.ʒ.v.cū syrupo de sticados formetur confectio. Postea laudo fiāt pillule quibus vtendum est semel in omnibus.xv.diebus sumendo.v.pro vice post cenam per quatuor horas. ℞.pillularum assayeret Auic.par.ij.pillularum elefanginarum par.j.cum melle rosato collato formentur pillule. Pro localibus vero remedijs laudo fomentationes inunctiones euaporationes ad aurem surdam cum rebus scriptis per alios medicos: semper tamen eligēdo de illis minus calidis. Unum tamen precipuū τ leue in casu ego laudo ꝙ sumatur facta purgatione de recenti de feculentia vel amurca olei oliuarum bene maturarū τ antiquati τ supponatur igni in scutella obturata: τ cū canula intromissa fiat embotum in aurem vel sic. ℞.gariofilorum τ seminum pori añ.ʒ.v. misceantur cum aqua ruthe: vel cum oleo amigdalarum dul. et instilletur in aurem: τ his duobus sum contentus. ¶ Quantum ad aurem aliā vnicum laudo vt habeat cottum infusum in oleo ro.τ imponatur in aure: τ si non suffecerit potest addi fortius infrigidans ad debilitandum sensitiuam ipsius auris vt modicū elebori de papauere: τ cum istis deo dante τ bono regimine τ cōuenienter est prouisum.

¶ Pro illustrissimo principe domino Marchione mantue pro dolore auris cum apostemate τ vlcere.

¶ Consilium.xxvij.

Casus illustrissimi principis domini Marchionis mantue est dolor auris sepe interpollate ipsum afflīgens a ventositate extensiua primum veniēs: deinde propter dolorem attracta materia: et per vias indigestionis superfluitatem multiplicādo est causa: vt apostema paruum ibidem generetur: vt plurimum tamen de materia frigida que cum ad putredinem conuertitur caliditatem acquirendo accidentalē: τ consequenter ebulliendo τ euaporando τ qualitate acuta materie imprimente mi

ringas ⁊ panniculos organi auditus etiã euaporatione extendẽs te: vehemens valde ⁊ acutus inducitur dolor: ⁊ quoniã vt voluit d. Auicen. iij. tertij trac. v. c. i. ad principiũ: ventositas, potissimũ generatur propter caliditatẽ digestiuã cum est debilis: et debilitas quelibet aut est naturalis: aut accidentalis: que tam en accidentalis aliquando propter diuturnitatem temporis fit velut naturalis et consequenti ab omni causa imprimente faciliter membrum fit inde passibile: vt dicit Gal. ij. techni de signis distemperantiarum naturalium cerebri. Quia etiã cause apostematum: vt dicit. d. A. iiij. primi capitulo. xxv. aut sunt antecedentes: aut primitiue: quoniã relatu dominationis sue cũ primum ⁊ etiã variis vicibus hec mala valitudo dominationẽ suam afflicerit maxime post impressionẽ aeris frigidi vel vẽti in loco frigido sit manifesta. Concludendũ est ꝙ principalis causa huius doloris fm ordinem fuit talis: q2 a frigiditate aeris imprimentis debilitata est virtus naturalis digestiue auris: pro cuius debilitata generata ventositate vnde fit sibilus ⁊ extendente ⁊ dolorẽ imprimente consequenter attracta aliunde materia: ⁊ maxime a cerebro ipsius excellenter humido. Cuius excellens humiditas maxime dependens fuit ab excessu in dieta multũ humida. vt comestione multorum fructuũ ⁊c. ⁊ potatione multe aque ipsius: quod tamẽ propter eius vigorẽ: vt transmitten to ad membrum tam debilitatum iuuat: propter etiam sitũ q2 auris est mẽbrũ propinquissimum emunctorio cerebri: propter etiam impotentiam mẽbri indebite digerendo: ⁊ superfluitates expellendo materie: ibidem transmittuntur ⁊ coaceruantur que apostemata facientes dolorem inducunt vt est dictũ supra: vnde persepe ad hunc dolorem viam defluxus materie ad maxillã dicte auri colligatam stante materia acuta fit corrosio. ⁊ consequenter dolor: qui dolor ꝙto membro principali est propinquior tanto suspectior est ⁊ timendus magis. Et hec de casu. ¶ Huic itaqꝫ male ⁊ timorose dispositioni omnibus possibilibus remediis occurrendum. Quia igitur dominatio sua: ⁊ si nõ semper actu erga se tamen videtur in eo aptitudo facilis ad causam in dictã dispositionẽ: duplex apponetur regimen: vnum preseruatiuũ ⁊ aliud curatiuũ. Preseruatiuum quidem conuenit vt voluit. Gal. iij. techni textu cõmenti. xciiij. cum non erit sub actuali egritudine. Reductiuũ autem vel curatiuũ si forte: quod deus auertat: ⁊ nõ creditur cum actu egrotaret. ¶ Pro primo expediendo primo ponetur regimẽ in debita obseruatione. vj. rerum ineuitabiliter corpori nostro occurrentium: vt in regimine aeris ⁊ aliarum ¶ Et q̃tũ ad aerem sit hic prima regula in electione eius: eligatur aer ad calidum et siccum aliqualiter declinans: ⁊ consequẽter vitetur aer frigidus ⁊ humidus. Et proinde aer nebulosus ⁊ pluuiosus est cõtrarius: ab aere etiam ventoso quomodolibet etiam cauendum est: ⁊ potissime a vento australi ⁊ boreali: quoniam vt dicit Mesue in suo de appropriatis in cura de catarro. Auster enim rorum facit et replet capita: boreas vero constringit. Et ex hoc sequitur ꝙ maxime vereri debemus cum ad austrum sequitur boreas: quoniã dilatatio meatibus a caliditate australis venti cum subsequitur boreas sua frigiditate constringendo cerebrũ exprimit humiditates aqueas: que deorsum fluentes maxime in aure recipiuntur ipsa debili existente: nocet etiam ꝙ sua frigiditate occurrens ledit debilitando: ⁊ sua qualitate obturando: ⁊ propter istã causaꝫ maxime cauendum est tempore estatis: nõ morentur sub radiis lune. Et per idem post vehemens exercitiũ introeundũ loca multum frigida. Ubi igitur non sit vehemens necessitas in tali temporum constitutione standũ est in camera clausa: cuius situs sit inter duo solaria: ⁊ aspectus per fenestras ad oriẽs vel meridiẽ. Ubi etiam aer fuerit multum pluuiosus ⁊ nebulosus rectificetur aer camere cum igne facto ex lignis iuniperi: lauri et similibus: vel cum stipitibus saluie roris marini ⁊c. vel cum euaporatione facta ex thure sandaraca ligno aloes ⁊ modico galie muscate omnibus his cum modico picis ad formam lupinorũ reductis: vel cum storace liquida ⁊ prunis calidis supposito fumabili. ¶ Ad hanc etiam intentionem maxime conueniret euaporatio facta ex parte masse eiusdem aromatice: quam nobis pro clementia sua hoc mane cum a. d. d. suam visitandam accessimus ostendere dignatus est. Quod si necessitate vrgente fuerit expediens eandem. d. suam aeri intemperato se exponere adhibenda est precipua cautella in regimine capitis ⁊ auris: prius tamen in aurem misso aliquantulũ olei amigdalarum amararum cum lana succida: vel aliquo de linimentis de quibus infra fiet sermo: ⁊ sic clauso meatu auris vel ambarũ aurĩũ vnctius supponatur caputiũ duplũ ad tutelam ⁊ defensionem: prius etiam arromatizato capite vt dictum est. Et in hoc est habenda precipua ⁊ diligẽs obseruantia: quoniam ex hoc plus iuuamenti ad preseruationem consequitur sua dominatio ꝙ ex debito regimine quorũcũqꝫ infra ponendorum: q2 aer vt voluit Gal. iij. tech. textu commenti. xxviij. plus immutat corpora nostra ꝙ quecunqꝫ alia res nobis occurrens: quod etiã manifestat inuasio paroxismorũ huiusmodi doloris semper facta a precipua aeris immutatione. Et hec quantum ad regimen per aerem dicta sufficiãt. ¶ De cibo ⁊ potu breuiter dicatur pro regula quod in preuisione ab hac mala dispositione debẽt omnes cibi ad calidum declinare ⁊ ad siccum: ⁊ magis tempore hyemis quam estatis. Quia tamen cõsuetudo sue dominationis fuit in dieta ad humidũ ⁊ frigidum declinare: ⁊ vt voluit damascenus in aphoris. Mutare consuetudinem nociuum ⁊ molestum est: ⁊ maxime veterem: quã etiam sententiam voluit. d. Hyppo. secundo regis acu. textu commenti xx. vbi expsse dixit. Mala namqꝫ dieta cibi vel potus que fm simile consuetudinis fit securior est in omni tempore tueri sanitatem ꝙ ea que melior est si in eam subito fiat mutatio: tamen quia vt expresse. d. Auicen. voluit tertia primi de regimine eius quod co. ⁊ bibitur. Ille vero in quo mala digeruntur nutrimenta ob hoc non decipiatur: quoniam post dies in ipso mali generabuntur humores egritudines facientes ⁊ pernecites. Ideo laudamus a dicta dieta frigida ⁊ humida paulatiue: ⁊ cum ordine esse declinandum minorando de humido ⁊ formaliter ⁊ potentialiter tali: ⁊ declinando ad siccũ formaliter ⁊ potentialiter tale. Idẽ dico de frigido ad calidum. Neqꝫ fiat argumentum. In hoc domino nostro multiplicatur ⁊ humor acutus ad tibias ⁊ crura per assumptionem calidorum. ergo in toto vel in totius ambitu est excessus collere super flegmatica: qm̃ vt expresse voluit Gal. secundo regiminis acu. cõmento. xxx. vidit ipse sacerdotem cuius vincens super formã eius corporis esset flegmatica: veruntamen collera rubea ⁊ clara natabat in stomacho: ita ꝙ ei necesse erat vomere in principio diei quantitatẽ paruã ⁊c. hec sunt verba sua. Concludendũ igitur magis declinandũ esse ad dietã calidam: ⁊ siccam aliqualiter ꝙ ad frigidam ⁊ calidã: cum mensura tamen ⁊ ordine vt dictum est. ¶ Specialiter igitur descendendo cauendũ est ab omnibus frigidis ⁊ viscosis vt caseo: cibariis de pastis pinguibus vl feosis: vt partibus animaliũ lacertosis neruosis: ⁊ piscibus etiã maxime recẽtibus corporũ grossorum: ⁊ maxime modicas squamas habentium: ⁊ hic precipue vituperãtur anguille ⁊ alia huiusmodi ¶ Olera etiã frigida ⁊ humida: vt sunt lactu. spinachia ⁊ reliqua frigidorum ⁊ humidorum debent cum mensura exhiberi: ⁊ ab eis paulatine diuerti. Quod si propter appetitum ⁊ consuetudinem offerantur in ferculo. f. vel pro insalatucio rectificetur malicia cõplexionis frigide ⁊ humide cum aliquibus olerũ calefacientium exiccantium ⁊ cerebrum confortãtium: velut saluia: rosmarino: isopo: ⁊ huiusmodi modicomente: cicoria etiã in casu non inconuenit. Attendendum tamen ꝙ in casu acetum est maxime nociuum. Quod si pur ipsius sit necessaria administratio: sit acetum non nimis acrũ neqꝫ album. Quod si in eodem decoquantur passule: ⁊ consequenter expresso dicto acetoꝛ passulis pro vsu reseruetur in hoc maxime remouebitur ipsius nocumentum. Uinum quoqꝫ eius sit vinum mediocris substãtie: mediocris coloris: mediocris vinositatis: quia tamen consuetudo sue. d. fuit ad vsum aque vinate: ⁊ non ad vsum vini aquati eligatur primũ per tempus vina aquosa magis: deinde paulatine in tempore accedendo ad vina qualifica disposita secundum ꝙ dictum est. Quod si pur dominatio sua aliquando vellet vti mixtione vini cum aqua propter nõ sibi offerri neqꝫ posse bibere vina de quibus est intentio nostra eo casu sit aqua cocta simplici decoctione: quia ipsius decoctio vt dixit. d. Aui. secunda primi capitulo primo de dispositionibus aquarum decoctio rectificat aquas. Aqua enim cocta sicut testificati fuerũt sapientes minoris est inflationis ⁊ velocioris descensionis. Idcirco est cauendũ a potatione aque frigide per se: ⁊ etiam a mixtione nouiter facte in vino: quoniã vt dicit conciliator differentia. lxxvij. si talis permixtio fiat per tempus vt tempore vindemiarum erit conueniẽtius. Uel si non fiat eo modo saltem fiat per tẽpus. vj. horarũ ante ipsius assumptionẽ vt dixit Haliabbas primo practice quoniã si fiat illa hora qua bibitur: vt etiam voluit Gal. secundo regiminis acutorum cõmento. xxxiiij. in fine mollificat stomachum ⁊ debilitat: ⁊ in intestinis vẽtositatem generat. Est etiam in casu pro regula obseruandum vt minus sit comedẽdum in sero ꝙ in prãdio: ⁊ cauendum a brodialibus ⁊ humidis in cenis: idcirco elixata minus conueniunt: sed assata magis. Sed specialiter etiam magis descendendo sit panis eius factus ex frumento bene mũdo non antiquo ⁊ competenter fermentatus cum modico furfure subtili: ⁊ modico salis: magis tamen tempore hyemis ꝙ tempore estatis sufficienter coctus. Nõ cõmuniter datur calidus: neqꝫ

post

post tres dies: vt dixit Auenzoar. Oua sorbilia et etiam leuiter cocta in viuarolo posita: vel alio modo preparationis in hoc satis cõueniunt. Brodium quoque cicerũ rub. brodium carnium brodetũ: ⁊ huiusmodi laudantur. Sit tamen modus visus casei: vt dictũ est supra: ⁊ ipse sit caseus pecudum. vj. mensium mediocriter salitus ¶ Inter carnes aũt quadrupedũ primo laudantur castrati annales maxime tẽpore hyemis: ⁊ vitulorum. In estate lepores etiam conueniunt: ⁊ maxime cerebrum earum propter quod proprietatem habet singularem in confortatione cerebri: vbi reliqua fere cerebra omnium quadrupedum nocent. Carnes quoque capreolorum in estate nõ maxime propinquorum generationi precipue sunt. In hoia autem valent tẽpore hyemis capones: non nimis tamen pingues. Columbi etiã iam potẽtes volare conueniunt. imo cerebrum confortant: vt dixit Auenzoar: preter tamen caput ⁊ collum ipsorũ que abscindi debent: vt ibidem refert. Aues etiam montane: ⁊ maxime de iunipero nutrite: quas dresias appellamus. Perdices etiã vel fasiani proprie conueniunt: sed generaliter omnes aues parue mõtane in rubis viuentes preter sturnum: qui excipitur ab Auerr. v. colli. sunt laudabiles. Aues autem aquatice vt anates: ⁊ aues huiusmodi sunt in totum dimittende. Inter fructus conueniunt vue passe pinee a propterore: ⁊ fistici: etiã tempore vindemiarum si sumatur vua que fuerit appensa in sole per quatuor vel. vj. horas non erit multum nociua. Pruna etiã bene matura: ⁊ amarene bene mature cum quibusdam persicis bene maturis: si ante cibum per parum sumantur non nocebunt. Idem dico de melone bene maturo ⁊ aliquibus ceresis. Nam huiusmodi si parce sumantur: ⁊ tempore vehementis caliditatis cum vehementi desiderio: ⁊ ante cibũ porrũ per tẽpus quarti hore stomacho vacuo existente non nocebunt. Si vero persica essent nõ bene matura: sed dura aliqualiter non ante cibum: sed post offerri debẽt Idẽ intelligatur de prunis: ⁊ coctanis: vel citonijs: quia talia omnia post cibum sumi debent. ¶ Sed hic aduertendum: ꝙ istorũ quantitas exhibendorum post cibum debet esse multo minor ꝙ̃ quantitas fructuum: de quibus supra ante cibũ sumendorum: quoniã tales fructus stiptici existẽtes post alium cibum sumpti iuuant: comprimendo cibum ad fundum stomachi: ⁊ os stomachi valendo ⁊ aggregando si in modica sumantur quantitate: ex consequenti prohibendo euaporationẽ cibi ad caput. Si autẽ sumerentur in magna quantitate comprimunt cibum deorsum ⁊ ita comprimunt vt eum precipitare faciant ante digestionem extra stomachũ: ⁊ sic plurimũ nocent. cũ ergo sumuntur in modica quantitate sumantur: ⁊ hec sufficiant de regimine cibi et potus. ¶ Circa motũ ⁊ quietem in hoc sit regula: ꝙ exercitium debito modo factũ: ⁊ maxime exercitiũ progressiuũ in hoc casu esset multũ conueniens. Et ex opposito quies nociua. nam per huiusmodi exercitiũ viuificato calido naturali dissoluuntur materie superflue ex digestione membrorũ decise: que nisi dissoluãtur tandem multiplicate virtutem aggrauant: ⁊ corpus ad operationes inhabile reddunt. Iuuat etiam quia per huiusmodi exercitium progressiuum diuertuntur materie que caput euaporãt deorsum: ꝙ est maxime in casu isto eligendũ. Conditionatur autem exercitiũ vt sit conueniens: quando. s. iam completa est digestio stomachi: ⁊ pro parte etiam illa que est epatis: ⁊ hec est hora vt plurimũ antecedens prãdium: vel cenam per duas horas. Et tale exercitiũ in dispositione huiusmodi flegmatica debet esse non velox ⁊ acutũ: sed suaue satis ⁊ prolixũ. Est tamen aduertendũ: ⁊ post tale exercitiũ non immediate est comedendum sed per tempus quiescendũ vsque dũ mẽbra sint quietata. Et hoc sit regulare post quodlibet exercitiũ: siue sit factũ mere libere: siue alio modo violenter. Fiat etiã primo facta eductione superfluitatũ cõmunium: vel per naturã: vel per artẽ cũ aliquo suppositorio ⁊ huiusmodi. Quod si fieri nõ possit pedes: fiat equos faciliter ⁊ suauiter. Si tamẽ neutrum fieri posset: loco exercitij fiant fricationes cũ pãno lini satis aspero: incipiendo a coxis inferius fricando: postea consequenter a superioribus ad inferiora semper descendendo. Et ad hanc intentionem valet exercitium quod est fricatio capitis ⁊ pectinatio: que etiam conuenienter fiet post expulsionem superfluitatũ: vt supra. ¶ De somno autem ⁊ vigilia dicatur: ꝙ superfluus somnus ⁊ superflua vigilia nocet: minus tamen malũ est in casu nostro ad superfluã declinare vigiliã ꝙ̃ ad superfluũ somnũ: quia sõnus extionẽ superfluitatũ retinet: ⁊ corpora humectat: vt volũt sapiẽtes: vigilia autẽ exiccat ⁊ resoluit. Cõmunis tamen mensura dormitionis nocturne est spacium. vj. horarum: vel vij. de nocte. In hoc tamen multum spectanda est cõsuetudo: quia etiã minus tẽpus quibusdã corporibus est sufficiẽs. Quod si conuenienter tẽpore consueto nõ dormiat nocte: ⁊ si sit consuetudo ad dormiendum de die laudabile est aliquã in die aliqualiter dormire ⁊ imo etiã si sit cõsuetudo illa satis attendẽda est. ⁊ ⁊ huic consentit Gal. in secũdo regiminis acutorũ. ⁊ Aui. x. tertij in. c. de asinate. Et tamen attendẽdũ: ꝙ non est intrãdum ad lectum nisi post duas horas sumpto cibo: ⁊ est dormiendum capite multum eleuato ⁊ bñ cooperto: vt dicit Aui. ij. canti. ⁊ Auer. in commento ⁊c. ¶ De inanitione ⁊ repletione breuiter dicatur: quod repletio in casu isto multum nocet: ⁊ precipue serotina. Vnde melius est ad aliqualem declinare inanitionem quã repletionem. Non tamen superfluã laudem' inanitionem: vt multa ieiunia: ⁊ maxime in estate. Quod si contingat aliquo precepto ecclesie fieri debere vel deuotione: fiant copiose satis collationes: non tamen bibendo vina potentia ⁊ alba: vt communiter fit. Quia etiam coitus est de genere inanientium dicatur pro regula: ꝙ visus talis si temperate fiat salubris est: quia. s. sic dixit Gal. tertio techni textu cõmẽti xlv. s. ex interuallis tantis vt corpus dissolutionem ⁊ debilitates non sentiat: imo leuius corpus reddatur: ⁊ melius dormiẽs. Tẽpus vero visus est facta iam prima secũda. ⁊ pro parte digestione tertia. Et est cõiter tẽpus per octo horas ab assumpto cibo. Cibus tamen antecedẽs debet esse leuis satis: Fiat etiam corpore non multum calefacto: nec infrigidato: nec repleto: nec inanito. vt dictum est. ¶ De accidẽtibus autem anime breuiter obseruetur ordo: quia oẽs animi passiões superflue sunt nociue: gaudiũ tamen aliqualiter excedẽs mediocritatem: et ira aliqualis in casu dissoluẽdo: resoluendo aliqualiter iuuãt. Et hec sufficiant quãtum ad regimẽ sex rerum nõ naturaliũ. ¶ Expedito pro parte regie preseruatio ex debito vsu vj. rerũ nõ naturaliũ. Restat per medicinas hãc vltimate cõplere intẽtionẽ: que perficit principaliter in cõfortatione virtutis auris: ⁊ aliquali resolutione ventositatis perficietur. Et secũdo in seruãdo ipsum totũ corpus mũdificatũ: ⁊ precipue ipsum cerebrũ ⁊ aurem ne superfluitates in his multiplicentur. ¶ Pro primo igitur expediendo preter visum eorum que dicta sunt in prohibẽdo causas aurem debilitantes: laudatur distillatio olei de amigdalis amaris omni hebdomada semel. Et si cum debilitate coniungatur sibilus addatur oleo de amigdalis tertia pars olei anetini. Est tamen pro regula obseruandũ: vt id quod distillatur in aurem non sit vehementis caliditatis: nec frigiditatis: sed ad tepidum aliqualiter declinet. ¶ Ad eãdem intẽtionem valet si fiat leuis vaporatio cum sacculo facto ex floribus camomille: et de folijs lauri: et modico fenugreci. ¶ Secundã intentionẽ primo perficient mundificationes ordinarie: que fiunt bis in anno: vt tẽpore veris: ⁊ autumni: exhibitis primum digestiuis vt infra. ℞. mellis ro. ℥. iij. syrupi de sticados. ℥. aquarũ maiorane. ℥. iiij. feniculi: ⁊ eufragie ana. ℥. j. s. misce: clarificetur ⁊ aromatizetur cũ modico nucismu. pro duabus vicibus. Et cõtinuetur. vj. diebus sumendo in aurora: et post dormiendo si possibile est: post quos syrupos sumantur pillule vt infra. ℞. pillularum cochia. ʒ. j. pillularum lucis. ʒ. v. cũ syrupo de sticados: formentur pillule. vij. Et si ad quinque possent reduci melius operarentur. Post quos dormiatur: vel saltẽ quietur in lecto per horã: ⁊ obseruetur regimen quod in medicinis solutiuis seruari conuenit. De hinc post sex horas perfecta iam operatione medicine sumatur lauatiuum vt infra. ℞. aque simplicis decoctionis cicerum rubeorum. ℥. viij. zuccheri vntus cocte. ℥. v. totũ tepidum simul sumatur. Quod si non placeret sumatur tantundem de brodio pulli macri cum zucharo. De hinc post horam vel ad minus dimidiam: sumatur prandium leue: ⁊ illa die non exeat domũ: nec laboret passionibus animalibus. Sequenti mane sumatur. ʒ. j. vel esdre: vel metridati per duas horas ante diem. Et tardetur prãdium vsque ad. iiij. horas diei. Preter tamen has euacuationes generales cõuenit: vt singula hebdomada sumãtur tres pillule. ʒ. j. de massa vt infra. ℞. pillularum elefanginarũ par. ij. pillularum sine quibus esse nolo. par. j. cum syrupo de sticados formentur pillule. ¶ Ad eandem intentionem, valent pillule lucis maiores si ipsarum sumãtur. ʒ. ß. in tribus pillulis. Pillule quoque stomatice mesue primo descriptionis in hoc sunt magni iuuamenti. ¶ Est tamen obseruandũ: ꝙ tales pillule ad hanc intentionẽ date debent exhiberi eundo dormitũ post cenã secundum sententiã damasceni in aphorismis: vbi dixit. Cum quis voluerit purgare caput: aut cerebrum aut instrumenta sensuũ pillulis maioribus. ⁊ post cenam eundo dormitum satisfaciendum est. Obseruetur etiam ꝙ si pillule fuerint veteres ⁊ exsiccate prius quam dentur: humectande sunt per noctem vt idẽ refert. ¶ Ad eandem intẽtionẽ. s. mũdificãdo valet: si interdum fiant caputpurgia vt infra. ℞. succi bletis depurati. ʒ. ij. aque maiorane. ʒ. iß. nucis muscate puluerizate. ʒ. v. misce: trahatur suauiter per nares aliqualiter tepidum: vt tandem nares purgentur ⁊ postea cum vino aromatico lauentur. Et fortius erit si sus

matur modicũ succi yreos cũ aqua maiorane. ¶ Ad eãdem in=
tẽtionẽ valet masticatio si fiat vt infra. ℞: macis: piperis longi:
cubebarũ. añ. ʒ. v. passularũ. ʒ. ij. mellis parũ ad incorporandum
misce: fiat massa: de qua sumatur ad quãtitatem auellane: ꝛ ma
sticetur super saliuam extra mittendo. ¶ Ad hanc intentionem
valebit si fiat caputpur. ꝛ erit fortiꝰ ex aqs vtriusqꝫ anacalis: p=
uocat qdẽ flegma plurimũ ex capite: ꝛ sedat dolorẽ mollẽ q̃ sepe
cõiungit in casu fm sniam. A. scdo cañ. capitulo ꝓprio. ¶ Ad
cõfortationẽ ẽt cerebri ꝛ auriũ singularissime valet ꝯfectio esdre
Nicolai: si sumatur ad quãtitatẽ auellane post fermẽtationem
eius per annũ maxime in tpe nõ multũ calido: ita tamen sumat
q̃ post. vj. horas nõ comedat. Et valebit siue per se sumat: siue
cũ modico vini: siue cũ aqua maiorane. ¶ Ad eandẽ intẽtionẽ
valet metridatũ: galgenia ꝛ tyriaca debite fermẽtata. Potest ẽt
fieri confectio in forma solida vt infra. ℞. specierũ pliris arcotis
con. ʒ. ij. specierũ cõfectionis de musco dulci. ʒ. i. cũ. ℥. vj. zucha=
ri dissoluti in aquis maiorane: ruthe qđ sufficit fiat confectio in
morsellis: de qua vtat stomacho ieiuno per tres horas ante ci=
bum sumendo morsellũ duarum vel triũ dragmarum. Et suffi=
ciant quantum ad regimẽ preseruatiuũ: cum quo deo dante pre
seruabitur dominatio sua a casu in dictam dispositionem.

¶ Quod si pur[illegible]curreret dictũ dolorẽ ex apate: quod deus auer=
tat: tunc prima regula: que occurrit: est regula que sumitur de
mente Haly in commento eiusdem: in quo ponuntur quatuor
principales intentiones. Prima. s. vt si cõiungatur cum aposte=
mate plectoria vel repletio totiꝰ. Primo fiat totius euacuatio.
Secundo fiat tractatus vel diuersio ad partem oppositã. tertio
fiat repercussio apostematis. Quarto remanentis fiat resolutio.
Quod si cũ dolore nõ cõiungatur corporis plectoria sicut veri=
simile est propter purgationes factas: tunc dicit plusq̃ commẽ=
tator in cõmento illius partis. Nõ oportet incipere ab euacua=
tione totius: sed preter hoc tenere ordinem qui dictus est: prima
igitur intentio stante plectoria est euacuatio: que conuenienter
primo perficitur cũ flobotomia de vena cõmuni facta: que cum
hoc q̃ erit euacuatiua erit similiter aliqualiter diuersiua. Sed
vbi dubitaremus magis de apostemate frigido ꝛ plectoria fleg
matica magis conueniret purgatio cum appropriata de quibꝰ
dictum est. Sed quoniã nõ est verisimile in hoc ipsi domino ple
ctoriam aggregari obseruato regimine debito dicto superius
prima intentio in executione est diuersio ad partem oppositam.
Hec autem diuersio completur conuenienter facta flõmia de ce
phalica manus sm cõmunẽ modũ operantiũ. licet sm varieta=
tem vt colligi potest ex dictis Aui. quarta primi. c. de flõmia: et
expresse de mente gentilis tertia tertij illa vena posita inter pollĩ
cem ꝛ indicem non est verus ramus cephalice: sed magis basili=
ce. Ideo conueniens fiat diuersio magis facta flobotomia in ce=
phalica magna brachij eiusdẽ lateris. Et ne fiat euacuatiua non
talis flobotomia: sed diuersiua tantum sit parua et modici san=
guinis extractiua. Cõueniunt etiam ventosationes humide pri
mũ posite in natibus deinde in spatulis. Conueniunt fricatio=
nes membrorũ inferiorum: ꝛ in hoc tempore cõuenit minoratio
cibi ꝛ potus: ꝛ potissimum vini. Qua sic completa diuersione li=
cet vt dictũ est ordinarie in principio in apostematibus deberet
applicari repercussiua: vt colligit de mente omniũ autorum: ve
rũtamen vt dicit. d. A. quarta tertij capitulo de apostematibus
auris in principio. Hec apostemata sunt de gñe apostematũ ac
cidentiũ in carnibus mollibus ꝛ carnibus glandosis. quasi in=
nuat: q̃ repercussiua nisi stante vehementi necessitate vt vehe=
mẽtissimo dolore sunt timorosa: sicut etiã ꝛ in emũctorijs. ¶ Est
igitur cũ cautela operandũ apponendo. s. a principio stãte do=
lore acuto aliqua frigida ad humiditatem declinantia. Et maxi
mi iuuamenti in hoc est lac nouiter emulsum ex vbere mulieris.
ꝛ eodem modo est conueniens decoctio seminis maluꝫ lini. Sed
si dolor non minuatur applicari debet oleũ rosarũ: in quo sit in
fusum acetum postq̃ tantum bullierit: q̃ acetum sit consumptũ
si etiã in oleo rosato bullierit vermes terrestres vel scarabei: et
ex eo tepido fiat distillatio in aure erit conueniens: oleum viola=
tum eiusdem preparationis conuenit. Et si non sufficiat oleũ: de
nenufare est conueniens. Sed quando ista remedia nõ contule
rint: ꝛ dolor adeo molestet: vt sit timor de casu l sincopi ꝛ ad mor
tem: conuenit ad narcotica ꝛ stupefacientia descendere: fiat ta=
men cum timore ꝛ cautella. Et in hoc casu valet primũ: si suma=
tur succus foliorum extremitatum papaueris: ꝛ tepidus impo=
natur. ¶ Ad hanc intentionem facit: si parum philoni dissolua
tur in oleo rosato ꝛ tepidum imponatur. ꝛ valet si philonium cũ
lacte misceatur. trocisci etiam stelle cum dicto lacte si miscean=
tur conueniunt. Sciel etiam mesite cum modico opio si teran=
tur ꝛ misceantur cum lacte vel oleo rosato ꝛ distillentur conue
niunt. ¶ Aduerte tamen: qđ nisi timeatur sincopis propter do
lorem horum applicatio est valde timorosa. Ideo si accidat ex
dictis medicinis nocumentum ex stupore scilicet operationum
animalium: ꝛ somno profundo: tunc sumatur parum euforbij
ꝛ castorei: ꝛ bulliant in oleo amigda. dul. ꝛ tandem imponatur.
Et hec sufficiant ad ea: que in principio applicanda sunt stan=
te apostemate calido. Quod si apostema foret frigidum: a prin=
cipio sufficeret oleum rosatum cum modico olei camomille. Et
si nõ sufficiat: fiat mixtura huiusmodi. ℞. olei camomille. ℥. i. pin=
guedinis vituli vel capre: et est melius. ℥. v. alkitran. ʒ. ij. omnia
simul liquescant: ꝛ totum in aurem tepidum imponatur. ¶ Ad
hanc intentionem etiam in apostemate calido ad curationem
valet si sumatur cepe: et perforato cepe infundantur oleum ami=
gda. dul. et super prunas calidas imponatur: ꝛ postq̃ per tem=
pus bullierit aliquid de eo imponatur. ad resolutionem vero vel
saniationem preparabit. Ad idem valet dyaquilon dissolutum
in oleo amigdalaꝝ dulcium. Ad idẽ facit si fiat cõpositio vt ifra.
℞. pinguedis gallie pĩguedis anseris: buthyri vacini antiq: olei
de lilio: ꝛ amigd. dul. añ. par. i. olei camõille par. ij. misce. ¶ Ad
eandem intentionem ꝛ fortius resolutiuuꝫ facit si addatur oleũ
de rutha: ꝛ oleum de keri. Si etiam in concaua radice affodillo=
rum ponantur dicta olea ꝛ bullierint: ꝛ consequenter de dictis
oleis ponatur in aurem. Domesticum tamen remedium est: si
de feculentia vel amurca olei oliuarum bene maturarum ꝛ an=
tiquari fiat embotum superposita ipsa in scutella cum igne sm
modum communem. ¶ Ad eãdem intentionem valerent fomẽ
tationes vel embrocationes facte. s. ex appropriatis humectanti
bus vel exiccantibus ꝛ magis vel minus calefacientibus: vel sa=
cellationibus factis. s. ex fenugreco: semi. li. rutha: abrotano: ca=
lamento: stica. ꝛ hmõi. Et hec sufficiant vel quãtum ad supera=
tionem apostematis vel resolutionem. ¶ Cũ si rumpat apa: et
ad saniẽ adducatur duplex surgit intentio. prima. s. mũdificatio
ꝛ abstersio. ij. consolidatio. Est tñ hic aduertendũ: q̃ exeunte sa=
nie semper dormiendũ est super partem lesam. Primã tñ inten
tionẽ perficit applicatio aque mellis vel vini cum melle vel im=
posito cocto in extremitate stili: ꝛ fiat abstersio. Aliqui etiam in
genia[n]tur vt infundant dictum abstersiuum cum instrumento
dicto schitarollo: ꝛ est instrumentum cuꝫ quo pueri eiciũt aquã
infundendo de dicto abstersiuo in aurẽ: deinde extrahat. Quod
si dolor dicatur esse vehemens: non inconueniet cum oleo rosa=
to: ꝛ succo depurato foliorum oliuarum: si addatur de sciel me=
mithe: ꝛ totum simul imponatur: ꝛ tandem mundificetur. Fa=
cta autem mundificatione ad consolidationem valet medicamẽ
vt ifra. ℞. spume maris: sarcacol. mirrhe: thuris: sciel: memithe
añ. par. equales puluerizentur: ꝛ super licinium inuolutũ super
stilum infusũ in melle ponatur in aurẽ. Ex fortibus tamen me
dicinis in hoc capitulo est scoria eris cum melle: aut erugo ferri
frita ꝛ contrita sicut puluis post frequentem frictionem multo=
ties factam cum aceto vini donec fiat sicut mel: ꝛ distilletur in au
rẽ. Possemus multa reliqua ad hanc intentionem adhibere. sed
iste ad perfectionem deo duce facient. Et eedẽ Et medicine vale=
bunt in casu vlceris maxille: si pur contingeret: qđ deus auertat.
Hoc tñ semper nota: q̃ fortiora exiccantia ad consolidationem
ꝛ sigillationẽ conueniũt in vlcere maxille q̃ auriũ propter ma=
xillã esse magis humidam. Et sit hic finis.

¶ Pro catarro acuto fluxibili prefocatiuo ꝓ spectabili doctore
dño Stephano de comitibꝰ pedemõtano. Consilium. xxviij.

Vt favore diuino mediãte occurrere possim periculo=
so fortassis materie catarralis motui prefocatiuo ad
partes pectoris: in quem nisi prouideretur forte inci
deret spectabilis doctor dominus Stephanus de co=
mitibus: sicut ꝛ ipse hactenus dubitauit: tres pro cu=
ra ꝛ reparatione insurgũt principales intentiones prima. scili
cet ad causã ipsius catarri. Secunda ad ipsam materiã. Ter=
tia erit ad motum ipsius ꝛ fluxum Et vt per accidentia compre
hendere potui cause huius catarri ꝛ materia in qualitatibus nõ
cõicant: imo ꝯtrant: cũ materia sit frigida: ꝛ cause sint calide: qđ
vtrunqꝫ multis signis declarari posset. Nec hoc inconueniens
reputet: qm̃ de facto est sepe contingens: vt a caliditate solis: vel
balnei calidi: vel odoramentis calidis liquescat aliquando ma=
teria frigida. Et sicut hoc est possibile in causis primitiuis: ꝛ ma
teria eadẽ: apud intelligentẽ non reputabitur incõueniẽs in cau
sis corporeis: vt. s. stãte caliditate mẽbrorũ: ꝛ ẽt capitis tñ mate=
ria catarralis multiplicetur frigida non intense frigiditatis: vt
in casu huius spectabilis doctoris contingit: cum materia sit fri=
gida: ꝛ

gida ⁊ fluxibilis sapore priuata: vel ad dulcem aliqualiter decli-
nans: cum totius habitudine capitis calida: quod sic posset mul-
tis declarari euidentijs. ¶ Quia tamen huic nostro proposito
id magis curiosum quam vtile foret illis omissis ad vtilia tantum
descendam. Et quando vt dictum est: tria sunt circa que principa
liter vertitur intentio. s. causa. materia: ⁊ motus. ¶ Ad causas
igitur cum preuisione occurrendo ordinanda est dieta: ⁊ regimen
in vita obseruandum. scdo ad materiam ponenda erunt que ipsam ede
quant ⁊ abscindant ⁊ diminuant tertio ad motum materie vel flu-
xum erunt ordinanda: que materiam ad partem non timorosam diuer-
tant: Ponenda etiam erunt que fluxum minuant vel sistant. ¶ Circa
igitur primum vitetur aer excessiue calefaciens: ⁊ excessiue frigi-
ditans. Et proinde non occurrat aeri tempore estiuo sub radijs so-
laribus capite discooperto: nec quomodolibet nisi instante ne-
cessitate ita intelligatur de aere quomodolibet excessiue calidi-
tatis: vt de aere stuphe vel balnei. ¶ Statio etiam sub radijs lu
ne maxime nocet propter frigiditatem: ⁊ maxime cum intrant
per locum angustum: vt per fenestram: solent enim per angustum in
trantes magis imprimere. Et ex hac radice fugiendum est a vento
australi meridionali calefaciente: vel boreali infrigidante et
precipue cum austrum sequitur boreas: quoniam vt dixit Auic. v.
tertij: ⁊. Mes. in capitulo proprio. Auster rarefacit ⁊ implet ca-
pita: ⁊ septentrio vel boreas restringit ⁊ exprimit. Vitetur etiam aer
qualiscunque nebulosus: humidus: siue frigidus: siue calidus. Et
proinde stantibus his stationibus temporum non est exeundum
ad aerem liberum si possibile est: sed standum est in aere camere
situate inter duo solaria habentis fenestram ad oriens si possibi
le est: vel aliqualiter ad meridiem declinet. vnde generaliter aer
conueniens sibi sit aer temperatus in actiuis ad siccum tamen ali
qualiter declinans: ⁊ si forte ad frigidum remissum aliqualiter
declinaret: non esset inconueniens. Et est hoc singulariter obser-
uandum: quia stante peccato vel lapsu equali in qualitatibus ae-
ris: plus sequitur nocumentum quam ex equali lapsu in multis de
alijs rebus non naturalibus: vt fuit sententia Gal. tertio techni
textu commenti. xviij. Ubi igitur aer fuerit excessiue frigidus ⁊ hu
midus: rectificetur aer camere cum igne ex sermentis calidis et
siccis: vt iuniperi: rorismarini: lignorum ficuum: quercus: et hu-
iusmodi. Uel fiat suffumigatio ex thure ⁊ sandaracha: mirrha:
ligno aleos: storace: calamita: omnibus in vnum reductis cum
modico glutinis aborin: ⁊ factis formulis planis in forma lupino-
rum ⁊ suppositis carbonibus. Ita ex proposito stante excessiua
caliditate rectificetur aer ad frigidum cum irroratione aque et
aceti per cameram: vel irroratione aque rosate cum aspersione
foliorum vitis ⁊ salicum: ⁊ cum floribus violarum vel rosarum
vel nenuferis. Uel fiat suffumigatio superpositis corticibus po-
morum redolentium super prunas. Uel ponatur vna de formulis
factis vt infra. Rx. sandalorum citri: ⁊ alborum corallorum ru. se
mi. acetose ana. ʒ. v. sandarache. ℈. ij. camphore. ʒ. v cum mucilagi
ne dragaganti fiant formule. ¶ Est tamen pro regula notandum:
quod stante repletione capitis: ista odoramenta augent repletionem:
vt voluit Mesue in cura sode. Et ideo in isto casu stante dubieta-
te fluxus magis laudo alterari aerem cum calefacientibus vel
infrigidantibus tantum: quam cum aromaticis huiusmodi. Et hec
de aere sufficiant. ¶ Circa somnum ⁊ vigiliam sit pro prima re-
gula: quod somnus cum prolongatur replet caput humoribus.
vt tradunt auctores: ⁊ ideo declinandum est ad paucitatem som-
ni ¶ Secunda regula. Sit somnus nocturnus: ⁊ nullomodo diur-
nus: quia talis vt dixit Aui. prima tertij ad reumatismos prepa-
rat. Et sit factus maxime distanter a cibo per. ij. horas. Fiat etiam
capite notabiliter cooperto ⁊ super puluinar eleuato: membris
etiam notabiliter coopertis ⁊ calefactis: quoniam ipsorum frigiditas
vt fuit sententia Aristo. secunda problematum problemate. xxvi. ma-
ximum concitat nocumentum cerebro. Et ideo ibidem iubet tales par
tes extremas vt pedes maxime coopertas esse in somno: non fiat
tanta tamen ex pannis coopertura: vt membrorum suorum princi
palium fiat superinflammatio: quia illud in ipso addit multum in
causam ipsius catarri. Sed si propter necessitatem esset diurnus somnus
necessarius fiat sedendo capite notabiliter cooperto: vt voluit Aui. in
scda parte sue canonice. Fiat etiam somnus super altero laterum maxime
super dextrum ad digestionem stomaci vigorandam. Et nullomodo supi-
nus iaceat: quia per talem situm calefacta vena chilis per spinam
transeunte sit vaporum pluris quantitatis eleuatio ad cerebrum.
¶ De inanitione et repletione breuiter dicatur: quod repletio est
in hoc casu multum nociua: ⁊ ex opposito inanitio iuuatiua. Si
tamen maior vacuitas et sobrietas in sero quam in mane. Sit quo-
que in potu ⁊ in brodijs ibus omnibus maior parcitas quam in cibo.
Et vniuersaliter ieiunium: nisi perducat ad inflammationem mem-

brorum: que vitanda est in hoc corpore maxime iuuat. Et pertinet
de dicit Aui. c. proprio. Sitiat ⁊ tamen patiatur ⁊ vigilet quan
tum potest. ⁊ infra manu ista nocumenta: quoniam sunt initium
cure. De inanitione autem per artem facienda dicetur in secundo
principali. ¶ De exercitio ⁊ quiete dicatur: quod exercitium mem
brorum inferiorum maxime confert. Non fiat tamen super repletionem:
immo fiat iam euacuatis superfluitatibus prime ⁊ scde digestionis in
mane. Et si fiat in sero fiat distanter a prandio p. v. vel. vj. horas so-
quor de exercitio laborioso. Nunquam tamen fiat adeo laboriosum quod
membra intense multum calefiant: quoniam vt sepe dictum est: hec
caliditas membrorum inferiorum est maxime radix in generatione
huius catarri. ¶ De exercitio membrorum superiorum vt de fri-
catione capitis ⁊ aliorum membrorum proprius determinabitur
cum tractabitur de diuersione materie inferius fluentis. ¶ Sed
generaliter dicatur pro regula: quod fricatio laboriosa capitis et su-
periorum in hoc casu non placet: quia verisimiliter stante tali mem
brorum dispositione sicut supponitur maior fiet materierum ad ca-
put attractio: quam de materia coniuncta resolutio: vel diuersio.
¶ Coitus etiam cum exercitium sit aliquale nonnunquam in hac habitu
dine confert. sit tamen moderatus ⁊ non superfluus et fiat celebra-
ta iam scda digestione in epate: ⁊ pro parte tertia. ¶ De passio-
nibus animalibus sumatim dicatur: quod letari: gaudere conuenit.
Irasci autem ⁊ tristari nocent. ¶ Circa cibum ⁊ potum sit regula
vt supra quodammodo dictum est: quod cibi diminutio et potus est
conueniens: ⁊ maxime potus. Specialiter tamen descendendo cauendum est
ab omnibus cibis inflammabilibus ⁊ vaporabilibus: ⁊ proinde omnes species
calide sunt vitande: quecunque etiam multum dulcia: pinguia: ⁊
vnctuosa. multum etiam frigida vitentur. ⁊ maxime cum quibus iungi
tur maxima humiditas: vt sunt omnia genera fructuum: bleteor
⁊ spinachia: lactuce ⁊ huiusmodi: nisi tempore estatis inflamationis: ⁊ post
exercitium in quibus casibus propter dispositionem naturalem membro
rum suorum aliquid de talibus sumere non inconueniret imo iuuaret. Ui-
tentur etiam quecunque amara ⁊ salsa: acria etiam ⁊ acetosa: viscosa etiam
⁊ cartilaginosa sunt huiusmodi generis: ⁊ sic caseus: pisces: ⁊ omnia
lacticinia sunt euitanda. Pisces tamen parui ⁊ arenosi maxime
estate non inconueniunt. Grana quoque leguminum sunt prohibita
sua facili ventositate: ⁊ ex consequenti euaporatione: vitetur panis recens
calidus. Inter cibaria conueniens panis duorum vel trium dierum
preparatus conuenienter: far ordei: flor de spelta plurimum va
let. ¶ Oua etiam in aqua cocta ⁊ aliqualiter alterata conueniunt car-
nes quoque non sint nimis propinque generationi: ⁊ sint in hyeme
carnes castrati: ⁊ in estate carnes vituli: carnes etiam paruarum
auium montanarum: vt perdicum ⁊ similium. Laudantur carnes pullo-
rum ⁊ turturum: sed turtures in hoc precipuam habent vtilitatem: vitentur pi-
piones. Inter olera cum blitibus ponere aliqua folia maiorane et
saluie conueniens est. Non sint tamen nimis in frequenti vsu. quod dis
co notanter: quia si huiusmodi herbe sint cerebrales tamen sua virtuali
caliditate ad euaporationem iuuamentum prestant: que euaporatio
in casu nostro est maxime radix nocumenti. Et hoc menti tenen
dum est: quia multa conuenirent sumpta indicatione a materia: que
tamen sumpta indicatione a causa nocent. ¶ Inter fructus conue
niunt quedam passule: ⁊ aliquando amigdale: et pinee tempore
hyemis concedi possunt: non tamen in frequenti vsu propter
causam dictam euaporationis. Pira etiam ⁊ cociana si parce
sumantur ⁊ post pastum precipue si cocta fuerint sunt notabilis
iuuamenti. ¶ De vino dicatur quod quodlibet vinum potens
est dimittendum: vt omnes testantur auctores. vinum etiam me
diocre caput replet. Sit igitur absolute parcitas in potu vini: ⁊
sit ipsum vinum in colore ⁊ substantia mediocre vel album remis-
se vinositatis. Magis tamen placet medium in colore vt citrinum
⁊ sit aliqualiter mixtum plus ⁊ minus secundum diuersitatem
vini ⁊ temporis consuetudinis: ⁊ nullo modo bibatur postquam in-
ceperit digestio: ita quod distanter post cibum per horam vel me
diam non bibatur: sed simul cum alio cibo ad permixtionem su-
matur: diuidendo potum in multis vicibus: ⁊ hec de regimine
in dieta obseruando sufficiant: ⁊ consequenter de premissione
ad causam ¶ Quantum ad secundum. s. ad materiam sit ista
prima regula. In tali casu euacuatio materie minoratiua est
necessaria etiam si materia non fuerit perfecte digesta. Ista re-
gula patet per hec: quoniam si non fieret paulatiua euacuatio:
⁊ ipsa in tempore aggregaretur existente per naturam sic debili:
dubium esset ne ipsa multiplicata ⁊ natura grauata subito in mul
ta quantitate flueret ad membra spiritualia: ⁊ sic forte esset timor
de prefocatione. Ad euitandum igitur periculum suffocationis
conueniens est ipsam continuo minorare. Uerificatur etiam re-
gula ex alio: quoniam ad euacuationem talis materie etiam si non
sit perfecte digesta: cum non sit multum resistens euacuationi

non sequitur in virtute labor vel angustia: que sequerentur vbi esset vel grossa: vel viscosa: vel calida multum subtilis et inhibita. ¶ Secunda regula. In adequatione huius materie que est frigida si non tamen competunt ad digestionem subtiliantia et diuidentia. Et sic regula quã communiter ponunt auctores in hac materia precipue mesue non est vniuersaliter intelligenda. Declaratur sic regula. nam ex quo materia est satis liquida: si vlterius intendatur subtiliatio ⁊ diuisio fiet consequenter fluxibilior: ⁊ sic magis periculosa. In hac ergo cõueniunt pro digestione que aliqualiter calefaciunt: tamen inspissando: ⁊ hoc non inconuenit reperiri in medicina: puta si fuerit remisse caliditatis ⁊ aliqualiter stiptica: nam stipticitatem medicine adunantis adinuicem materia redditur ipsa cõstantior: ⁊ minus fluxibilis: tamen obedientior erit virtuti expulsiue ad expellendum: qr fiet obiectum expulsiue magis proportionatum. ¶ Tertia regula sit. In euacuatione magis completiua non conueniunt in casu laborioso multum exsoluentia. Regula declatur: tum quia materia de se non est multum resistens euacuationi: tum quia talia exsoluentia ad inflãmationem deducunt maxime corpora inflãmationi parata quale est huiusmodi. Ex his tribus regulis tãq̃ ex principalibus fundamentis declaratur presens intentio: que est ad materiam. ¶ Prima igitur regula completur in operatione exhibendo singula ebdomada. ʒ. v. vel. ℈. ij. pillularum assaieret positarum ab Aui prima tertii. c. generali ⁊ aureo. Cum materiam euacuare volumus: que si non sufficerent in hac dosi exhibeatur vsq; ad. ʒ. i. Ordo earum est si fuerint. ʒ. i. fiant tres pillule grosse tantum: ⁊ si fuerit dimidia fiat tantũ vna pillula grossa: ⁊ sumatur post quartam horam. Est tamen obseruandum quod sequenti materie nisi stante necessitate non exeat domum: ista tñ operatio forte tardabitur vsq; ad sero. ¶ Secunda regula est. De digestione materie ⁊ equatione eius completur cum infrascriptis syrupis. ℞. melle rosa. co. ℥. ij. syrupi de duabus radicibus sine aceto. ℥. i. aquarum acetose buglosse ⁊ maiorane. añ. ℥. ij. ⁊ hoc tempore mediocri: tempore estatis loco aque buglose ponatur aque endiuie ⁊ tempore hyemis loco eiusdem ponat̃ aqua saluie. clarificetur iste syrupus: tempore frigido cũ modico macis vel nucismusc. tẽpore calido vel mediocri cum. iiij. granis coriandrorũ: ⁊ cõtinuet̃ iste syrupus. v. vel. vi. vicibus: ⁊ sumatur in aurora post q̃ dormiatur per horam. Et cum his completur intẽtio sc̃de regule: que est adequatio materie. ¶ Pro implenda tertia regula laudo q̃ exhibeantur pillule vt infra. ℞. pillularũ de agarico pillularum assayeret. añ. ℈. ij. misce: fiant pillule cũ melle ro. Et sumantur per. ij. horas ante diem in die non suspecta: quia non in coniunctione luminarium vel oppositione. Et dormiatur per horam post. Exercitetur per cameram in aere obscuro interdum quietando: interdũ pãnos tepidos vẽtri supponendo: ⁊ expectet̃ completa opatio per. vj. horas a principio assumptionis: postea sumat̃ lauatiuum cũ aqua decoctionis ordei sumendo. ℥. vi. vel. vij. cum. ℥. v. zuccha. albi: ⁊ sic vitra tepidum parum calefactum. Et post per mediam horam sumatur prandiũ leue ex cibis facilis ⁊ boni nutrimenti ⁊ illa die non exeat domũ. ¶ Et si forte ista media propter debilitatẽ nõ conuenienter opata fuerit alio tpe cõuenienti loco pillularum de agari. ponant̃ pillule cochie almãsoris in eadẽ dosi cũ pillulis assayeret vt supra. ¶ Primus tñ modus magis mihi placet ꝑpter causam positaꝫ in regula. Sequenti materie post purgationẽ sumat̃ confectio vt infra. ℞. metridati. ℈. ij. dyabugiosati. ʒ. ij. misce. Tardetur etiam prandium post assumptionẽ per horas sex: ⁊ ista purgatio fiat bis in anno ordinarie: vt ventẽte vere in principio marcij ⁊ in fine septembris. ¶ Et post purgationes sumatur octo diebus continuis ⁊ ad cõfortationem capitis membrorum naturalium de confectione: vt infra. sumendo morsellum vnum pro vice duarum. ʒ. in mane. ℞. specierum dyaradon abbatis specierum plirisarcoticon. añ. ʒ. i. v. cum aquis cicoree: endiuie: ⁊ maiorane: quod sufficiat: fiat confectio solida: nam in vigore eius confectionis confortatis membris si aliquid remanserit de materia post purgationem a virtute resoluetur. Et ex his est completa consequenter secunda intentio principalis: que erat ad materiaꝫ euacuãdã ⁊ equandã. ¶ Iam restat vltima intentio q̃ ad motũ materie ⁊ ad fluxũ: que perficitur cũ diuertentibus ad partem diuersam non timorosam: cõpletur etiam cum minuentibus fluxum vel sistentibus. ¶ Pro primo igitur expediendo laudo in casu nostro stante timore fluxus ⁊ formaliter fluxu fiat diuersio cum flobothomia cephalice brachij: euacuando tres vel quatuor. ℥. sanguinis: sit etiam ad prouisionem. ¶ Et in primo principali tempore veris fiat leuis flobothomia de basilica dextri brachij: euacuando. v. vel. vj. ℥. sanguinis. credo conuenire maxime singulis duobus annis vsq; ad. xl. annuꝫ. ¶ Completur etiã hec nostra intentio cum ventosis positis super spatulas ⁊ super nates ⁊ coxas. Et si repleantur sanguine maxime ventose spatularum non erit inconueniens: vt ipsius fiat eductio. Ligature etiã adiutoriorum brachiorum ⁊ coxarum dolorose valent in casu. Ad hanc similiter intentionem valet leuis fricatio capitis: et calefactio leuis: maxime supra commissuram coronalem. Si etiã fiat sacculus ex milio sale ⁊ sandaracha ⁊ calcietur est conueniẽs. Gargarismata etiam in hoc casu ab auctoribus multum laudãtur que cum stipticis fiũt. Uerũtamen quia materia solet ad pectus declinare: ⁊ in gargarismatibus necessario sequitur motus illarum partium non in totum mihi placet quoniam vt dicit mesue. Suspectum est ⁊ est timor cum est suspitio catarri ad pect'. Caputpurgia tamen ⁊ suffumigationes ⁊ odoramenta in hoc casu conueniunt. Fiat igitur caputpurgium vt infra. ℞. succi bletis depurati. ℥. ij. aque betonice. ʒ. iij. vini albi. ℥. i. nucismuscate ⁊ cubebarum. añ. ʒ. v. misce: ⁊ trahatur per nares tepidum duab' vel tribus vicibus euacuando superfluitates per nares. Postea facta purgatione lauentur nares cum vini albi duab' partibus: ⁊ aqua ros. partes. ij. Fiat etiam odoramentum: vt infra. ℞. sandalorũ al. ⁊ ru. añ. par. v. costi: nigelle torrefacte añ. par. i. ponãtur omnia in pecia lini ⁊ teneatur pecia ad nares. ¶ Ad hãc etiã intentionem valet si sandaracha comburatur ⁊ infundat̃ in aceto: ⁊ cum modico thuris superaspergatur carbonibus: ⁊ exinde fiat suffumigatio. Potest etiam fieri pomum ad odorandum in hunc modum. ℞. olibani: masticis: costi: spice. añ. par. i. boliarmeni par. v. camphore quartam partem cum mucilagine dragaganti ⁊ cere fiat pomum. Pro hac etiam intentione ⁊ fortius valent que per interius sumuntur ⁊ retenta in ore. ¶ Et pro hoc facit si teneat̃ vna pillula ad omnes morbos catarri descriptione posita a mesue in distinctione de pillulis: potest etiã fieri pillula plana vt infra. ℞. mirrhe par. iij. thuris masculi. par. ij. ⁊ mediam iusquiami ⁊ croci añ. par. v. confice cum mucilagine diagaganti: ⁊ teneantur in ore ⁊ expuatur saliua: ⁊ nihil degluciat̃. ¶ Ad hanc intentionem ⁊ est fortius sumatur. ʒ. i. dyaolibani ⁊ ℈. v. de dyacecur. Metridatum etiam in hoc casu conuenit maxime si fuerit recens. Et tamen aduertendum quod ista opiata cũ suspitione sumuntur neq; stante repletione debent sumi quomodolibet: neq; etiã aliter nisi imminente forti necessitate. Domestici cũ assũ ⁊ familiare prohibitiuũ fluxus est vt sumantur boliarmeni. ℈. ij. ⁊ in introitu lecti cũ vno coclearí syrupi de papauere recipiatur. Et cum istis completa erit vltima intentio. Potuissem multiplicare remedia: sed ista electiora in presentiarũ sufficiãt. Ad laudem dei amen.

¶ De catarro ⁊ sputo sanguinis ꝓ quodã notabili Ianuẽse domino benedicto saluagio. Consilium. xxix.

Casus iste vt ex accidẽtibus scriptis cõiectura verisimili cõiecturari põt est materia: catarrali: ꝫ nõ subtilis in substantia neq; in liquiditate: tñ ad acuitateꝫ notabiliẽ est declinãs qđ declarat̃. Nã si subtilis ⁊ liquida foret ad pectus vel pulmonẽ descendẽs subito difficultatẽ in hanelit' causaret: ⁊ magis tpe calido stante plenitudine corporis q̃ veniente tpe frigido: cuius oppositum scribit̃ in casu. Nã in estate bene se habet: ⁊ veniente hyeme incipit hanelit' difficultati. Et tñ ipsa participans acuitate qđ declaratur ex punctione percepta circa partes gutturis descendente tali materia ad guttur: ⁊ assumptione rerum quãtũcunq; modice acuitatis sit talis materia catarralis acutior ⁊ quasi illarum partium excoriatiua etiam: qr tunc iuuatur a frigidis si in ore teneantur: ⁊ ex calidis nocetur precipue. cum plerumq; incidat in febrem: vel simul cum dicto fluxu febris complicetur.

¶ Et ad hoc etiã adiuuat: q̃ in hyeme pterita vt scribit̃ cuꝫ tantum catarrus descenderet siue pro notabili parte descendisset successit in gutture quoddã impedimẽtũ ⁊ cũ rascatiõe ⁊ quadã tussicula emisit sanguinẽ per superiuoad quãtitatẽ quasi tertie partis vnius ciati rubicũdi vt asseritur. vñ rõnabiliter talis exitus sanguinis fuit dependens ex rasura ⁊ solutione facta de venis substantie trachee artarie pulmonalis: ⁊ non orsi propter acuitateꝫ ⁊ punctionem dicte materie catarralis: q̃ si fuisset liquida ⁊ subtilis substãtie ꝓbabiliter debuisset descẽdisse ad profunduꝫ pectoris vel pulmonis: ⁊ ibidem lesionem causasse. qđ non fecit propterea q̃ talis sanguinis emissio ex profundo nõ fuisset facta cũ rascatione ⁊ tussicula vt scribitur: sed cum vehementi tussi: vt est omniũ medicorũ clara sniã: etiã hoc declarat impedimentũ perceptum in partibus gutturis ante emissioneꝫ dicti sanguinis nõ percepto nocumento circa partes deorsum pectoris vel pulmonis.

monis. ¶ Et declaratur quod ex canna euenerit talis sanguis
propter facilē eius factam cōsolidationem cum curationē mēbri il-
lius a quo emanauit dictus sanguis: quia vulnera cāne facilius
curātur quā aliarū partiū pulmonis: vt etiā oēs sentiunt. Est igit
materia talis catarrizā ex materia flegmatica satis spissa: acuta
tamē et nitrosa. Vñ probabiliter pōt dici flegma salsum ex mixtio
ne colore cum flegmate factum et vaporatione vaporum colericorum
ad cerebrum qd in specie cerebrorum debet esse frigidum.
Sed eras sis siue cōpilatio mēbrorū inferiorū debet esse calida co
lerica: qd etiā declaratur ex macie naturali toti⁹ corporis cōiun-
cta viuacitate in operationib⁹ quibusdā animalib⁹ discursiuis
et motiuis. ¶ Vñ arbitror ipsum habere epar cor et renes calida:
quorū caliditate multiplicata materia colerica et sanguine cole
rico facto in ipso humido mēbrorum dissolubili simul cū calidi
tate influente fit macrefactio totius habitudinis et ob eadē ma-
teria colerica vaporibus acutis igneis simul cū materia flegma
tica cerebrali mixtis per naturā frigidā et cerebri frigiditate: et sic fa
cta spissa aliqualiter dicta materia ad sursum inclinat. vñ fit mor
dax et acuta: et ita descēdēs deorsum precipue ad mēbra pectoris
vel cannā eius causant accidētia: de quib⁹ scriptū est in casu: que
sigillatim ex his q̄ scripta sunt pōt clarus intellectus verificare.
Et hec de casu dicta sufficiāt. ¶ Ubi sic habenda intētio partim
ad catarrū talē satis spissum: sed qualitatiue acutū et caliditate p
ticipantē: primum ad tussiculā et difficultatē anhelit⁹ in q̄ accidētia
incurrere solet veniēte hyeme nō omittēdo etiā intētionē ad pre-
uisionē solutionis cāne et emissionis sanguinis ab ea vt alias factū
est: et si forte qd deus auertat incideret in sputū taliter sangui-
neū est ponēda cura. Verū quia quecūq sanat presentes egritu-
dines: hec et anteq̄ fiant prohibēt consistere: vt voluit Gal. ideo ad
oēs tales dispositiones primo vertat intētio preseruatiua a casu
in eam: deinde de curatiua si pur occurreret. Duplex autē est ipsa
rum gñale remediū: primū erit circa regimē in dieta. Sm erit cir-
ca medicinalia. ¶ Circa igit aerē eligat aer in actiuis tēperatus
sed ad siccū etiā formaliter et virtualiter inclinatus. ¶ Nā exces-
siua caliditas liquefaciēdo nocet et frigiditas cōprimēdo. Unde
dicebat Aui. quinta terrū auster et supple quilibet aer calidus ra
rificat et implet capita: et septētrionalis vel boreas cōstringit et ex
primit. Videt ergo aer nebulosus humidus grossus et frigidus:
quo tēpore stādū est in camera cōstituta inter duo solaria habē-
tes fenestrā ad oriētē: nō tamē sit lectus in loco illo sup quē cadit
aer fenestre in directū. Ideo in illo tpe rectificet aer contrari⁹. Nō
tamē fiat cū suffumigijs: vt fieri solet quia fumus in casu plurimū
est nocēs. Melius igit erit rectificare aerē tenēdo notabilē quan
titatē aromatū in camera vt cornicū: citri lignū aloes: ambram:
et huiusmodi cū modico musci. Et hoc nō stāte capitis plenitudi
ne. Et si vellet videre ignē sit ignis clarus maxime et iunipero fa-
ctus et lignis lauri: et arboris emittentis terbētinā. Nā ad siccum
aliqualiter alterant: et ex proprietate mēbra pectoris confortāt.
¶ Sed ipse difficultatis angelitus et tussis non calefiat aer. sed
sit tēperatus tantū. Nā propter opilationē in vijs pulmonis stan
te necessitate refrigerij: nō nisi magna quātitas aeris sufficit ad
refrigeriū stante aere calido. Expediret ergo anhelitū magnifica
re et frequētare. Tēpore autē estatis rectificetur aer ad frigidum
cū aspersione rerū frigidarū: nō tamē stipticarū: vt cū florib⁹ vio
larū nenufaris et folijs salicū: vitis et similiū: vel irroratione per
camerā cū aqua sublimationis suprascriptorū. ¶ Circa motū et
quietē pro regula obseruetur q̄ tēpore tussis est vitādus motus
et omnis agitatio fortis: possunt tamē leues fieri fricationes ad
crura: sed tēpore quietis omni die expulsis superfluitatibus com
munibus naturaliter vel cū artificio. Laudo leue exercitiū pedes
factū: nō tamē superinflamās: et postea quiescat circiter p horā
anteq̄ sumat prandiū in loco tēperato nō frigido: et idē intellige-
tur ante cenā fieri debere digestione stomaci cōpleta. Et sicut ta
le exercitiū toti cōmune est maxime cōueniens ita etiā et quorun-
dā mēbrorū exercitiū particulariter maxime cōueniens: precipue vt
capitis et pectoris: quia leuis fricatio capitis: et pectinatio poros
rarefaciēdo: et sic ad vaporū resolutionem preparādo: et calorem
naturalē cōfortādo sequēs exercitiū cōmune: de quo supra mul-
tum in casu iuuat: nō tamen fiat laboriosum: neq̄ cū fricatione
pānorū multū calidorū: ne caliditate attrahātur materie de mē
bris ad superiora et caput repleāt vel materie ibi actu cōtente li-
quefiāt deorsum. Exercitiū autē pectoris fiat locutionib⁹ placidis
et suauibus: ac voce satis alta. ¶ Circa somnū et vigiliā sit regula
vt tardetur somnus post cibū ad minus duabus horis. Et non
dormiat de die nisi ad hoc antiquata consuetudo perduxerit: vel
quādo de nocte propter aliquod accidēs dormire nō potuisset. Et
dormiat semper in obscuro capite notabiliter eleuato: et corpo-
re cū extremis decenter cooperto: nō supinus vel supra ceruicē:
sed super altero laterū dextro vel sinistro sm suā consuetudinem.
Sed quomodocūq sit nō sit somnus prolixus neq̄ cōtinuus p
multas horas: immo non transeat ad plus spatium septem ho-
rarum. Et si in tēpore medio per naturam aliquotiens excitaret
expurgētur superfluitates rascando: et per nares educēdo. esset in
casu multum conueniens. Nā longus somnus est in casu maximi
nocumenti. ¶ Circa ciborum et potuum repletionem et inanitio-
nem simul sit regula generalis: vt in sero sit maior parcitas: puta
ta in cena q̄ in prandio. Et non sint cibaria actualiter humida
in sero saltem aquea humiditate si stomacus mediocria in substā
tia digerere potest. Dimittātur omnia euaporantia calida acu-
ta precipue si humida fuerint. Et proinde vinum potens est ma-
ximi nocumenti. ¶ Vitentur etiam omnia viscosa et pinguia et
vnctuosa. Et sic a carnib⁹ porcinis: vitulis: et ouinis multū pro-
pinquis generationi cauendum est. Et inherendū est carnib⁹ ca-
stratorū in hyeme vnius anni et capratorū in estate: licet etiā pre-
dictorū aialium musculose: neruose: et multum pingues vituperen-
tur. Et de volatilibus valent carnes pullorū gallinarū in estate:
et caponum in hyeme. Carnes etiā in montibus degentes: quia
sunt rariores q̄ carnes alie terrestres. Sed paludose et aquatice
sunt in totum abijciende. De carnibus autē quadrupedū in ne-
moribus degentium: que ibi in patria repertuntur me remitto ad
iudiciū dñorū medicorū ibi astantiū. ¶ Omnis cibaria de pasta
dimittantur: et pisces: nisi forte in estate: et tunc rarissime: tamen
potest vti aliquib⁹ piscibus petrosis minutis cū multo oleo assa-
tis: et cum succo aranci dulcis: et amigdalato preparatis pro cō-
seruando appetitu. ¶ Oua sunt in casu precipui iuuamenti co-
cta cū testa tenera vel elissata per infusionē in brodio: vel aque
decoctionis cum buthyro recenti etiam contusa in brodio nō dis-
conueniunt. Nam sunt plurimi et optimi iuuamenti vt voluit
Auerro. scdo canticorū. ¶ Inter olera valent maxime tempore
hyemis alique bletes cum modico ysopi et betonice cū buglosa.
Non multum laudo feniculum vel petrosiliū: ne dilatando mea-
tus et cerebro et materiā subtiliando ad fluxum nimis dispone-
rent. ¶ In estate autē magis laudarētur borago cum aliquibus
lactucis reliqua fercula ornatu ordinanda per dños medicos ibi
existentes. ¶ Inter fructus caueātur oēs fructus acres vt limo
nes: arantia acria: agresta et hmōi. Fruct⁹ etiā plurime humidi-
tatis vt ceresa: persica: melones nisi moderatissime in estate: sub
da sumi debēt fructus etiam stiptici vt pira: nespila: et similia no
cent. Amigdale autē et ficus: vue passe sine granis cum pineis et fi-
sticis sunt in scda mensa precipui iuuamenti. ¶ Non est tū in
sero multis amigdalis vtendū: quia sua euaporatione multū ca-
put replent: maxime propter vnctuositatē eius innatā. Pro ma-
gna autē parte remouet: si amigdale prius depilate infundant
in aqua tepida decoctionis zuccari per tres horas: deinde agi-
tentur cū virga: et tandē exiccent cū panno lineo calefacto: et de
istis vtatur. Idē intelligat et de pineis. ¶ Potus etiā sit vinum
mediū coloris: medie vinositatis mixtū cū aqua zuccari: copio-
sius tamē in sero q̄ in prādio in estate se in hyeme cū aqua mel
lis. ¶ In hoc tamē attēdēdū est satis cōsuetudini et tēporis qua
litatibus cōsistentis. Nā in estate maior mixtio fienda est q̄ in
hyeme. Et si non tederet conuenientior esset decoctio facta cum
liquiritia rasa et modico capillis cum zuccharo: et hoc q̄tum ad
cibū et potū pertinet. ¶ In alalibus autē passionibus cauendū est
ab intemperātia oim anime passionū: quia exterminant ab ea: q̄
sm naturā sunt cōsistentia: vt voluit Gal. iij. tegni. sed inherendū
est gaudio et letitie moderate: quia vt dixit Aui. in de viribus cor-
dis propter frequentiā letandi nō imprimunt tristitiā nisi fortia
sint debilia: tamē letificantia imprimunt tc. Et sic calor confor-
tatur et multiplicatur. Et inde prohibetur a casu et tremorē cordis
vt ex verbis Aui. declarari ibidem posset. Et hec de his que ad re-
gimen in oībus rebus nō naturalibus sufficiant. ¶ De coitu se
temperatissime regat. ¶ Ad medicinalia veniendo. primo sunt
memorāda quedā vtilia ad vtramq̄ dispositionem. s. pectorales
et cerebralem cōtrarius habitudine valentia: deinde ad membrum
mandans erit specialis sermo cōuertēdo materiā fluentē ad aliā
regionē q̄ fluere consueuerat: sistēdo etiā fluxū eius in loco suspe-
cto deinde in confortando cerebrū: et prohibendo a multitudine
superfluitatum in ipso. Postremo ad membra anhelitus enu-
cuando materiā expectorare et ea confortando et si sanguinis spu-
tū accideret: est ponēda eius curatio. ¶ Circa igit primū expedit
dum laudo singulis tribus mensibus fieri leuem mundificationē
de toto particularē: tamē educēdo ex cerebro materiā ipsam sem
per digerendo: et expulsioni preparando. ¶ Sed in hac euacua-
tione materie est notandum: quod licet materia sit grossa satis

subtiliatiua tamē intensa nō cōueniūt: qm̄ stāte cerebri repletione: ꝛ fortiter subtiliata materia dubiū foret: ne ꝓcipitaret in multa q̄titate simul ad pectus: ꝛ induceret timorē prefocationis: tū qꝛ etiam tales subtiliantes medicine vtplurimum caliditate acuta participāt: ꝛ sic ad materiā nitrosam in acuitate adherēt etiā tertio existētibus mēbris naturalibꝰ ad caliditatē naturaliter excedentibus adderetur malitia cōplexionis: que esset causa maioris euaporationis ꝛ nocumenti. ¶ Laudo igitur pro digerendo materiam sumi syrupum vt infra. quinqꝫ vicibus. ℞. sirupi de liquiritia mel. rosati collati añ. ℥. j. sirupi viol. sirupi de sticados añ. ℥. v. aquarum buglose: maiorane: ꝛ endiuie: decoctionis liquiritie: ꝛ capillorū veneris. añ. quod sufficit fiat sirupus pro duabꝰ vicibus. licet in hyeme posset dimitti sirupus violatus: ꝛ sumatur in aurora: ꝛ dormiatur per horam post eum. Deinde exhibeatur medicina soluens in die non infelici propter aspectum malū luminarium vt infra. ℞. agarici electi. ʒ. i. v. spice. ℈. añ. ℈. v. incidantur subtiliter ꝛ infundantur in oximelle simplici aquis betonice ꝛ buglose: decoctionis passularum añ. quantū sufficit. Item reubarbari electi. ʒ. ij. spice. ℈. j. infundantur in aquis endiuie et cicoree añ. q̄tum sufficit cum modico vini albi. ꝛ post. x. horas factis ambabus expressionibus addatur collature dyacatoliconis ℥. j. dyafeniconis: dyaprunis solutiui añ. ʒ. j. misce. ꝛ fiat potio: et exhibeatur per duas horas. ante diem: dormiendo per horā post eam si est possibile: quod si nō saltē quiescat in lecto: ꝛ in obscuro postea surgat per cameram ambulando cū remississimo lumine cum attentione: ꝛ imaginatione ad ascellandū. Tandem post sex horas completa euacuatiōe: vel quasi exhibeatur pro lauatiuo de brodio macrioli pulli. ℥. vj. cum. ℥. v. pul. zucchari vel melius in tempore frigido de aqua ordei cum zucchoro. ¶ Et post medicinam vel circiter horas sumatur prandium leue: ꝛ tota die quiescat: ꝛ sequenti die etiam per duas horas ante diem sumatur cōfectio vt infra. ℞. metridati ad minus duorū annorū. ʒ. i. v. zucchari viol. ʒ. j. specierum confectionis de gēmis. ℈. i. misce ꝛ tardetur cibus etiā per. vj. horas. Si tñ tederet sumere medicinam in forma potabili: posset exhiberi in forma pillularū cū pillulis vt infra. ℞. agarici trocisc ati pillularum de agarico ꝛ agregatiuarum aña. ℈. j. cum oximelle simplici fiant pillule. v. vel ad amplius. vij. ꝛ sumatur cum eo ordine quo dictum est de medicina potabili. Si tamen medici sui habuissent ex expirentia aliquam particularem medicinam: siue potabilem: siue pillulatā: siue in pulueribus habentem intētionem ad omnia mēbra: vt supra cū qua conuenienter sine lesione cōsueuit solui illā: ego magis laudarem: qm̄ vt est sentētia dñi Aui. decimatertij. Inter medicinas ꝛ corpora sunt proportiones: que nō comprehenduntur nisi cū experimento. Cum ergo experieris consequeris: qđ magis iuuatiuum sit. Et corpori inest proprietas sic pati ab vna: quod non ab altera. quarta primi ꝛc. ¶ Idem intelligendo de dosi medicinarum obseruandum esse: sm̄ ꝙ a medicis suis cognitum est faciliter vel difficulter solui. Quia propter debilitatem mēbrorū maxime cerebri continue multiplicatur materia illa catarralis per indigestionem. Idcirco laudo vltra dictas euacuationes singula hebdomada: nō tamē eundem ordinem seruando aliquas sumi pillulas ad minorandum materiā: ne multiplicetur. ¶ Et in hoc incipiemus secundā intentionē que erit ad membrū mandās: licet etiā simul sit habēdus oculus apertus ad aliquid euacuandū ex pectore: fiet ergo conuenienter sumēdo pillulas vt infra. ℞. agarici trocisc ati: pillularū a sececet domini Aui. prima tertij. añ. ℈. i. cum oximelle simplici fiant pillule. v. vel tres ꝛ erit melius. Et sumātur post cenam per tres horas vel quatuor in introitu lecti nisi stomacus abhorreat illa hora. ¶ Deinde veniendum est ad diuertendum materiā ad alias regiones: ꝛ hec completur cōuenientissime educēdo per nares tanq̄ per ꝓpriū emunctoriū. ¶ Fiat abit cōueniēs eductio ad attrahendū per nares caputpurgiū in mane expulsis superfluitatibus factum vt infra. ℞. succi radicū bletis depurati: succi maiorane similiter preparati. aña. ℥. i. v. aque mellis. ℥. ß. cubebarū: nucismuscate: nigelle puluerizatorū. añ. ʒ. v. misce. ꝛ trahaℓ ipsius pars tepida per nares. Et si voluerimus aliqualiter magis fortificare possumus addere vini albi aromatici. ℥. j. Nō adderē ad fortionē propter nobilitatē ꝛ passibilitatem cōplexionis eius. ¶ Si etiā ponerētur interdū ventose sicce in spatulis ad eandē intentionē valerent. ¶ Lotiōes etiā tibiarū ad minus semel in hebdomada cū aqua decoctionis saluie: maiorane. ysopi: calamenti: camomille: sticados esset cōueniens. Nō laudo masticatoria: vt fieri solet: ad conuertendum per palatū: immo sunt in totū abscidēda. Nā si gargarismata etiā stiptica vituperauit. D. Mes. in cura catarri: vbi est timor ꝛ suspitio catarri ad pectus ꝛ pulmonē fluere consueti. multomagis est prohibendū masticatoriū attractiuum propter suspitionē fluxus ad dictas partes. ¶ Pōt etiā fieri diuersio ad cutem resoluendo insensibiliter. ꝛ cū hoc fiat simul confortatio cerebri ad prohibitionem ipsius generationis materie catarralis: faciendo biretū ex sindone de grana duplicato: in quo ponantur species vt infra. ℞. maiorane: calamenti: rorismarini: corticum citri. añ. ʒ. j. vernicis. ʒ. ij. rof. ʒ. ß. v. macis: gar. nucismuscate. añ. gra. ij. misce: ꝛ fiat puluis pro sacculo. Et hoc maxime tempore frigido: quoniam in estate non laudo. Et singula die ponatur super caput facta prius pectinatione et fricatione leui: vt supradictum est. ¶ Iam succedit alia intentio de prohibitione fluxus: incipiendo tamen semper a debilibus: conueniēs ergo est repercussiuū factū vt infra. ℞. boli armeni electi. ʒ. v. spice. ℈. v. syrupi viol. parū misce. exhibeatur in introitu lecti. Nā bolus armenus est in hoc mirabilis medicina. nam vltra hoc ꝙ sistit materiā fluentē ad pectus: etiam in difficultate anhelitus laudatur. Unde dicit Serapio capitulo proprio de simplicibꝰ. Et qui nō iuuatur hac medicina nunq̄ iuuabitur alia. ¶ Possunt etiam fieri pillule bichichie tenende sub lingua fm̄ cōmunem modū vt infra. ℞. thuris masculi: spice: nardi: dragagātis: gumiarabici: succi liquiritie añ. ℈. j. ꝛ cū mucilagine seminis citoniorum fiāt formule parue. Ad eandē intentionē valet vbi illa non sufficiant si in introitu lecti sumatur. ʒ. j. auree alexandrine cum modico vini vel aqua mellis: vel tantundē de metridato recenti post sex menses: sed ipsum metridatū antiquū vltra duos annos ad minus est maximi proficuū in resolutione ꝛ exiccatione superfluitatum cerebri ꝛ confortatione eius. ideo si semel in hebdomada sumatur. ʒ. j. eius in nocte multū proficiet. ¶ Non multū laudo ad exiccationē ꝛ diuersionē remedia fortiora que sunt cum ruptorijs diuertendo post aures: ꝛ aliquando in sincipite capitis: vel cum cauterio actuali: vt sepe fieri solet: propter delicatā cōplexionē eius ꝛ suspitionē eius: ꝛ suspitionē operationis taliū instrumētorū. ¶ Nō laudo balnea mineralia de pitriolo: neqꝫ de la poreta propter siccitatem habitudinis sue: et acuitatem catarri. sed si reperiretur minera balnei sulfurei et ferrei cum modico ere: ꝛ posset sine incōmoditate ire ad ea non vituperarem. Et si non haberentur naturaliter possent fieri artificialiter cū appropriatis distillando ab alto. ¶ Potest etiā fieri confortatio cerebri cum odoramentis: vt tenendo peciā lini: vel serici cū speciebus intus ligatis: vt infra: ꝛ sepe odorando: sed non post cibū. ℞. nigelle prius in aceto infuse ꝛ torefacte. ʒ. j. macis: cubebarum: nucismuscate: gal. sandalorum: citrinorum añ. ʒ. v. misce. Et ex similibus potest fieri pomū cū notabili parte laudani: ꝛ cera: ꝛ si addatur in compositione eius parū ligni aloes ambre ꝛ musci: vel galliemuscate Mesue erit magis excellens. Si etiā intra nares interdū ponatur aliquid de oleo de lilio: ꝛ spice ad confortationē cerebri iuuabit. ¶ His expeditis postremo primo veniendū est ad ea: que materiā ex pectore eductioni habilitant: ꝛ mēbra anhelitus habilia ad dilatationem faciunt. Primo igitur laudo stāte materia in pectore: vt expurgetur per sputum fiat loch vt infra. ℞. loch. de pino: loch de pulmone vulpis. añ. ℥. j. Et si esset materia ingrossata multū addaℓ loch de squilla. ʒ. i. zucchari violati. ℥. v. propter mēbra calida cum syrupo de liquiritia fiat loch. Et si materia foret nimis resistens addatur syrupus de ysopo: nā est abstersor bonus cōgregati grossi: vt dicebat Auic. potest etiā fieri loch domesticū vt infra. ℞. passularum absqꝫ ossibus. ℥. ß. fenugreci loti in aqua calida. ℥. v. ꝛ parū croci: ꝛ syrupo de liquiritia fiat loch. Pro hac intentione etiam faciet si fiat decoctio ad lambendū: vel paulatine degluttiendū: vt infra. ℞. liquiritie: rase mundate: radicum feni. añ. ℥. v. cinamomi. ʒ. j. fenugreci. ʒ. ß. capillorum ve. ℥. j. v. ysopi sicce: violarū añ. M. v. bulliant in debita q̄titate aque primo radices: postea flores ꝛ folia cum capillo ve. deinde facta collatura in dicta decoctione ponatur mellis ꝛ zucchari añ. q̄tum sufficit ad dulcorandum: ꝛ iterato bulliant despumando vsqꝫ ad perfectam decoctionem: ꝛ pro vsu reseruetur.

¶ Potest etiam interdum vti ꝛ erit domesticum ꝛ familiare lābendo de syrupo liquiritie cum modico syrupi de ysopo secundū intentionem vt supra. ¶ Dyapenidion etiam ꝛ dyairis aliquotiens secundum varias intentiones exhiberi possunt. ¶ Ad eandem etiam intentionem ꝛ confortationem etiam pulmonis laudarem puluerem superaspergendum suis ferculis continue: vt infra. ℞. liquiritie: rase: capilli ve. non musidorum añ. ʒ. i. v. cinamomi ani. añ. ʒ. j. pulmonis vulpis. ʒ. ß. croci. ℈. j. zucchari al. ad dimidium pōderis: mis. ꝛ fiat puluis: postremo exterius fiat inunctio ad pectus cum vnguento vt infra. ℞. mucilaginū: fenugreci: et altee añ. ʒ. iij. olei de lilio. pinguedinis galline añ. ℥. v. olei

v.olei de ytreos.ʒ.ß.croci.℈.j.et cere parum fiat vnguentum. Sed aduertatur ne fiat inunctio super regionē cordis propter nocumentū notū intelligenti:et singulis duobus diebus,cum pāno lineo leniter calefacto fiat abstersio ipsius pectoris:et postea inunctio. Non inconueniret etiam aliquoties:vbi inunctio esset ad tediū:vt infundatur filtrū,vel pannus grossus in decoctione supra facta calida:et exprimatur et supra pectus ponatur et supplebit loco vnctionis. ¶ Ultimo si pur accideret:q̄ deus auertat: sputū sanguinis propter causas supradictas. Primū fiendū est vt fiat flobotomia leuis trium vel quatuor.ʒ.sanguinis de vena basilica:vel cōmuni dextri brachij eligendo illā:que manifestior erit:post exhibeatur post quatuor horas.ʒ.j.filonij persici dissoluti cū aqua plātaginis et portulace:deinde inducat regimē conueniens:vt stet in aere frigido:et in loco in quo recipitur aer frigidus:et dimittat locutiōes et passiones aīales maxime:et vtatur dieta glutinatiua per duos vel tres dies ad minus: vt pultibus ordei pro duabus partibus:et siliginis pro vna parte:et pultibus amidi semper apponēdo de dyadraganto ad dulcorandum:et dimittat vinū. ¶ Et si pur est necessitas ad ipsum:sit vinū grossum participans de dulcedine mixtū cū notabili quantitate aque extinctionis ferri:et in ea aqua decoquantur sebesten:et iniube:et illo characte:et vtatur etiā aliquali gelatina facta sine aceto et vino nigro et aqua ferrata decoctiōis vt supra cū pedibus vituli in eadē decoctione vltima decoctione decocta et aromatizata:et colorificata cū corallis rubeis. Postea in medicinalibus valet si cōtinuo quasi lambendo aliquid sumatur de aqua ferrata decoctionis vt supra nō calida:sed frigida:imo omne totū quod exhibetur sit frigidū. Et tēpore quo haberi possunt portulace recentes masticatio earum deglutiendo saliuam est maximi proficui. ¶ Ualet etiam singulariter confectio facta vt infra. ℞. zuccari rosati antiqui:dyadraganti frigidi añ.ʒ.j.boli armeni:gūmi arabici:succi liquiritie añ.ʒ.j.ß.cum syrupo de myrtis fiat confectio:et si non sufficiat addantur trocisci de charabe:nam in virtute opij sunt plurimi iuuamenti. ¶ Inter syrupos precipue valet syrupus de myrtis cum syrupis de iuiubis cum aqua decoctionis vt supra:vel cum aquis portulace et burse pastoris:et ita cum similibus continuando diuersiones cum lotionibus pedum:et fricationibus tibiarum:et ventosationibus supra nates:et sub curuaturis genuum cessabit sanguinis emanatio:et postq̄ per tres dies nihil apparuerit de sanguine puro:tunc minuēda sunt illa glutinatiua stiptica:et cum parte horum sunt admiscenda lenitiua:et faciliter abstersiua vt dyapenidion inter confectiones.et syrupus de liquiritia inter syrupos cū aqua zuccharis passularum:et ita procedendo vsq̄ ad perfectam mundificationem minuendo stiptica:et addendo abstersiua. Potuissem multiplicare remedia:sed ista excellentiora:et inter reliqua vtiliora hic annotaui etc. Et his sum contentus ad presens.

¶ De catarro pro correctione quorundam positorum in cōsilio precedenti pro dño Benedicto saluagio Ianuense. Cōsiliū.xxx.

Licet alias dederim consiliū in casu spectabilis dñi Benedicti saluagij circa fluxum catarralem in canna et in pectus sm̄ significata in scriptis missa iudicio meo satisfaciens. Tamen quoniam certior arbiter est occulū quoddā: vidi presentialiter duo:que aliqualiter sunt diuersa a notatis in dicto consilio:sed vnum eorum est precipuum. ¶ Nam ibi notandum est illum catarrum esse spissum aliqualiter:licet calidū:qd̄ per quasdam euidentias declaraui ex qualitatibus transmissis:in casu tamē iam cōcepi: q̄ catarrus est liquidus:et q̄ cerebrum eius est quasi temperatum in actiuis licet humidū:et proinde oportet quedam modificare de his:que dicta sunt in dicto consilio:illa ergo tantū cōmemorabo que digna correctione videbūtur:et ex his intelligetur:q̄ reliqua scripta in casu sunt obseruanda. ¶ Secundū punctum principale quod est in eo principaliter cognoui est:q̄ virtutis multum dissolubilis siue resolubilis:et q̄ habet naturam:siue ventrem multum obedientem:et sic medicinas difficile tolerantem:etiā de his medicinis loquēdo que dicuntur benedicte.pro hoc igitur oportebit etiā quedam moderari descriptiones in cōsilio. ¶ Ut ergo detur ordo discurrendo per dietam enumerabo puncta:in quibus est addendum vel diminuendum. Circa igitur aerem vbi dicebatur:q̄ debet esse temperatus in calido:licet ad siccum declinans:dico q̄ si forte parum ad frigidum declinet erit conuenientior omni tempore:et ita debet vitari etiā hyeme statio apud ignē et maxime post cibū conuersa facie ad ignē. Et in eo qd̄ dixi q̄ debet calefieri camera cum aromatibus calidis hyeme. Laudo cū eis commisceri ros. sandalos citrinos:flores nenufaris ad eandem quātitatem:sicut sunt aromatica calida. Reliqua illius capituli de aere sunt obseruanda sm̄ q̄ iacent.

¶ Circa capitulum motus et exercitij vbi pro regula ponitur q̄ tēpore tussis:est vitandus motus etc. Intelligantur non tantum tēpore tussis:sed etiā tēpore cū incipit fluere materia:et cū incipit apparere punctiones circa nasum vel guttur:nā tūc maxime debet euitari oīs agitatio et aer calidus:immo etiā et tēperatus:q̄m tūc est melius aerē inclinari ad frigidū partē per non humidū sed siccū. Reliqua in illo capitulo posita sunt obseruanda. ¶ Capitulū de somno et vigilia in totū debet obseruari. ¶ Circa capitulū cibi et potus in tēpore non fluentis materie oīa sunt obseruanda vt iacent. Sed in principio fluxus materie multa sunt corrigenda:vt q̄ in sero dimittantur carnes:in totum etiam oua saltē in sero:et amigdale precipue dimittantur:sed sit contentus pultibus ordei cū dyadraganto dissoluto in modum zucchari:et ita etiam pro hoc tēpore dimittantur ficus:et vue etiam passe:et fisticei:et pinee. ¶ Et circa potum dimittantur vina:sed bibatur aqua or.excorticati cū zuccharo saltē per vnū diē:et tūc sit omnino parcitas in cibo et potu:postea accedatur ad vinū vue nigre cum maiori mixtione aque cocte in primis duobus diebus:et postea poterit minus de aqua in processu. ¶ In animalibus passionibus obseruandum est in toto:vt in capitulo est scriptū. ¶ Circa medicinalia laudo singulis tribus mensibus:vt etiam scribitur in consilio:vt sumantur etiā syrupi scripti ibidē etiā semper ponendo syrupum violarū hyeme cum reliquis:et hoc intelligatur nisi sit materia in fluxu et percipiant ille pūctiones:q̄m tunc nō laudarē etiā illos syrupos:sed in casu tūc cōueniret syrupus vt infra. ℞. syrupi de iuiubis.ʒ.j.syrupi rosati:et mellis rosati añ.ʒ.v. aque decoctionis myrtillorum:masticis:et cubebarū.ʒ.iij.misce. Et nō existente fluxu materie post syrupos scriptos in cōsilio laudarē medicinam in consilio positam:q̄m licet illa esset in corpore mediocris facilitatis in soluendo conueniens:tamē propter suā maximā facilitatem esset fortior:vnde laudarē medicinā aliā sicut iacet remotis solutiuis:vt dyasenicone:dyaprunis solutiuo. Sed vbi esset fluxus materie:tunc exhibeantur tres pillule assayeret.ʒ.j.post cenā:et similes pillule vel aliquarū earum possent sumi de.xv.diebus in.xv.dies addendo duo vel tria grana agarici trocisicati:si esset aliquale nocumentum de oppilatione in causa alias in canna vel difficultate in anhelitu incorporādo cū modico oximellis simplicis et sumēdo post cenā per duas horas sm̄ cōsuetudinē suā. ¶ Circa aūt diuersiuum per nares laudo ipsum positum in cōsilio:sed loco aque mellis ponatur aqua zucchari:in qua etiam decoquantur viole:postea trahatur parū de oleo tepido per nares. Non auderem ad fortiora fluente etiā materia et in principio fluxus:et in processu laudo alia genera diuersionum posita in consilio de ventosis de lotione tibiarū:sed in decoctione addantur reliquis malue et rose.non laudo gargarismata neq̄ masticatoria:vt ibidē etiā dicitur. ¶ Ad Confortationem capitis et aliqualem resolutionem laudo biretum factum ex syndone de grana:siue sacculum capiti superponēdū:vt in cōsilio scriptum est:sed addatur.ʒ.j.v.sandalorū citrinorū. Laudo etiā ad tenendū in ore repercussiuum scriptū ibidē etiā et pillulas bechichias ibidem scriptas. Laudo reliqua oīa ibi scripta:sed si exhibeatur mitridatum addatur parum de zuccharo rosato. In odoramento autē laudo si cum sandalis citrinis addatur.ʒ.v. rosarum:et hec omnia ad intentionē materiei influentis. ¶ In intētione vero materie fluxe si contingeret anhelitū difficultari. laudo electuarium siue loch ibidem factum:sed simul cū reliquis addatur.ʒ.iij.zucchari rosati.et illud primū loch siue electuariū sufficiet dimittēdo secundū:et decoctionē sequentem. Et reliqua sequentia placent in ista intentione vsq̄ ad vnguentum pectoris:in quo addantur.ʒ.ß.olei viole. ¶ Circa intentionem vero sputi sanguinis si contingat laudo flebotomiā:per quā euacuetur sanguis notabilis q̄titatis:postea post.x.horas circiter laudo tantum.ʒ.v.philonij persici dissoluti vt ibidem. Et laudo regimen ibidem positum:et etiam que sequuntur de syrupis et electuariis:quando sanguis iterato flueret mundificando sm̄ ibidem scripta vtiliter ad istum casum. Et sic sit finis.

¶ Pro quando et patiente fluxum catarralem deorsum pro maxima parte ad musculos pectoris cum debilitate splenis:et cū macie et aptitudine casus in febres. ¶ Consilium.xxxj.

Casus huius nobilis circūspecti viri Lazari de Casali maioris:vt ex presentia sue,pprie habitudinis simul cū significationibus sumptis ex lesione operationum:et ex casibus maxime pulsu et vrinis est principaliter. ¶ Accidentaliter tamen fluxus catarralis materie satis spisse:non tamen extranealiter salis dulcis vel insipide pro ma-

xima parte deorsum fluentis principaliter ad musculos: & nō ad pulmonem: neq; ad panniculos intrinsecos: q̄m omnino tussiret: stante tamen difficultate motus membrorum pectoris cum grauitate eorundē: immo dolore circa illas partes ad tactū quasi percepto vbi nō sit negandum: quinetiam aliqua portio deorsum fluat in membra contenta in pectore. que tamē nō est acuta neq; maloqualitatis: & ita non redditur vlceratiua. Et proinde quantum ad hanc radicem de catarro non credo nisi aliter varietur dispositio catarralis esse imminēs periculū de ptisi futura. ℭ Cōcomitatur etiam huic accidenti debilitas splenis indebite mundificando massam sanguineam ab humore melancolico propter indispositionem attractiue illius: & inde infrigidatur epar ex nimia presentia melancolie circa ipsum: & ita etiā ex sanguine grosso ad membra transmisso fit opillatio in mēbris naturalibus: que opillatio maxime ex vrinis manifestatur simul cum debilitate in motu progressiuo: & ex membrorū macie cum hoc: q̄d in eo est resolutiua in toto fortis ex caliditate & siccitate cordis supra totum influxis: que complexio cordis ex pulsu facto veloci & frequenti simul cum animositate ad operationes etiam ex natura difficilis declaratur: vnde & ex parte dispositionis cordis & opillationum sequentium radicaliter ex mala dispositione & debilitate splenis: non tantum in attrahendo: sed etiam in resoluendo redd. tur tale corpus paratum incidere in febres omnis generis effimeras. s. humorales vel ethicas. Idcirco ad preseruādum a lapsu & a nocumentis pectoris: & a probabili casu in febrē ad quem casum etiā disponit defluxus materie ad musculos pectoris. Nam difficultatem motuū membrorum pectoris sequitur difficilis attractio aeris ad refrigerium cordis & difficilis expirasio vaporum capinosorum per anhelitum: & ideo preparatur ad casum in febrem. Et hec de casu sufficiant. ℭ Ad precisionem ergo a lapsu in nocumento apta sequi ex catarro & etiam ad nocumenta apta sequi ad oppillationem membrorum naturaliū insurgunt due principales intentiones. Una. s. ad catarrum & fluxum & etiam fluxum. Alia intentio ad rectificationem splenis: & hec vtraq; intentio completur dieta conuenienti & medicinalib⁹ ℭ Sed dieta potest ad vnuʒ ordinem reduci vt vtriq; conueniat dispositioni in euitatione principaliter frigidorū & opillantium. Et in hoc primo deseruietur aer quilibet nebulosus: turbidus & ventosus: & maxime a vento australi. Et caueat a statione sub radijs lunaribus & solaribus. Et sic camera sua constructa inter duo solaria habens respiraculum ad orientem: quod si naturaliter vt tempore hyemis sit aer multum frigidus humidus rectificetur artificialiter cū igne facto ex lignis rorismarini: & iuniperi: & alijs aromaticis. ℭ Circa motum & quietem conuenit exercitium mediocre: si ante cibum fiat ad minus per mediam horaʒ suaue non repētinum: & post cibum quiescat. ℭ Ualent etiā fricationes maxime partiū inferiorū anteq̄ ex lecto surgat: prius tamen facta euacuatione materierū cōmuniū per secessum & per vrinā quibus factis cōuenit etiā capitis leuis fricatio cū panno calido & pectinatio. ℭ Circa somnū & vigiliā vitet somnū plurimū & maxime diurnū & maxime supra cibū & repletionē: & nō intret ad dormitionē etiā de nocte nisi post duas horas a cibo sumpto. Et perduret somnus septē horis ad plus: & in dormiendo teneat caput eleuatū & conuenienter coopertum declinando super alterum laterū magis sinistrū q̄ dextrum: & in loco obscuro a frigore tuto. ℭ Circa passiones animi. vitet omnē subitā animi passionē siue sit tristitia: siue furor: siue timor: siue gaudium maxime supra repletionem. Sed gaudiū temperatū multū est conueniens a coitu etiā abstineat q̄tum potest: & maxime laborioso & superfluo & supra repletionē. ℭ Circa cibū & potum primo sit regula: q̄ cauenda sit omnis repletio: vnde parcitas in cibo & potu multum in hoc casu laudatur: nō tamē sit tanta vt eā sequatur inflāmatio & extenuatio: vnde ieiuniū etiam in casu vituperatur. Et vtatur cibis bene digestibilib⁹ & generatiuis boni chimi: vt ouis sorbilibus: & carnibus pullulorum & auium non in paludibus degētiū: sed in aere: vt perdicū: fasianorū: & hmōi. Carnes etiā pipionū impinguatorū artificialiter: & exercitatorū ſm naturā laudantur: vituperātur etiā in eis cibaria quecunq; flegmatica & viscosa: & ideo cauendum est a piscibus maxime grossorū corporū & nō squāmosis: & si aliqui cōcedi possunt sint parui petrosi: vel saltem grossas squammas non habentes. ℭ Inter fructus laudātur vue passe: aliquē amigdale cum pineis. Non sint tamē recentes sed exiccate. ℭ De potu dicatur: q̄ conuenientius est vinum album debile: vel mediū coloris: & non vinosum grossum et vaporosum: neq; sit nouum & neq; turbidum: sed mediocris substantie: & sumat in temperata q̄titate. Et hec de dieta sufficiant. ℭ Circa medicinalia q̄tum ad catarrum fluentem: & etiā fluxuʒ

stant due intentiones principales. Una est ad materiā que fluit Alia est ad habilitanduʒ expulsionem materie fluxe cum rascatione. Prima igitur intentio perficitur tribus ingenijs. primo s. euacuando materiaʒ a cerebro cum leniter educentibus. scd̄o cum diuertentibus materiam ad aliam regionem non suspectā. tertio cum sistentibus fluxum materie ad locum pectoris. ℭ Intentio vero principalis cōpletur cum lenientibus cannam pulmonis & partes pectoris iuuantibus in expulsione: & confortantibus hec membra. ℭ Primum prime intentionis de euacuatione completur sumendo. ℈. ij. in tribus pillulis grossis eundo dormitum, post duas horas post cenam factas vt infra. ℞. agarici trocisca ti partes duas pillulaℏ assaieret partē vnā: granorum peonie quartam partem vnius cum oximelle simplici fiat pasta pro pillulis. ℭ Scd̄m prime intentionis de diuisione materie: q̄ succedere debet regulariter ad euacuationē cōpletur conuenienter attrahendo per nares materiā in mane facta expulsione superfluitatū communiū cū caputpurgijs vt infra. ℞. aque mellis decocte ſm artem. ʒ. iiij. aque maiorane: aque viol. succi radicum bletis depurati añ. ℥. j. nigelle puluerizate: nucis musca. similiter puluerizate añ. ʒ. v. misce & de eo tepido parum posito super volaʒ manus trahatur per nares ter vel quater: & hoc fiat tribus diebus continuis in mane expulsis superfluitatibus communibus: postq̄ sumpte sunt pillule supradicte interposita vna die: que pillule sumant ter in mēse: precipue tēpore hyemis & veris. s. singulis. x. vel. xij. diebus nō seruato tamē ordine dierū: immo etiā aliquotiens possunt sumi infra nouem dies ſm q̄ grauitas capitis: vel alia nocumenta citius manifestabitur. Fluente etiā materia preter diuersionē per nares conueniunt diuersiones facte cum fricationibus mēbrorum extremoruʒ maxime pedum. ℭ Ualent etiā clysteria: que fiant ſm formam vt infra. ℞. furfuris. M. j. camomille: melliloti: mercurialis: foliorū sicle añ. M. v. bulliant in quattuor lib. aque vsq; ad consumptionē quarte partis postea de collatura sumatur lib. j. v. cui addatur cassie. hierepigre simplicis Ga. añ. ℥. v. mellis cocti. ℥. j. olei communis ℥. ij. olei camomille. ℥. j. & cū modico salis fiat clystere: & sumatur bis in ebdomada. Nā iuuabit plurimum in vtraq; dispositione s. & catarro fluente: & oppilationibus membrorum naturalium. Conuenit etiam ad confortationē digestiue cerebri: & consequenter prohibitionem euacuationis materie catarralis simul cum aliquali resolutione & exiccatione materie genite vt fiat birretū de sindone de grana ad figuram sui capitis: in quo imponātur species vt infra: & ita disponantur vt nō possint de parte in partem fluere cū futuris: & teneatur cōtinue infra ad birretum saltem hyeme: ista tota futura fiat vt infra. ℞. maiorane: sticados: ros. sandalorum citrinorum añ. ʒ. ß. macis. ʒ. j. gar. ʒ. v. vernicis. ℥. v. mis. fiat puluis & duplicetur si expedit ſm proportionem simplicium. ℭ Circa tertium punctum huius prime partis. s. desistendo materiam catarralem laudo vt singula nocte in ore teneatur vna de pillulis planis factis vt infra. ℞. spice: thuris albi: masticis añ. ʒ. v. boli armeni. ℈. j. cum sirupo de papauere formētur pillule grosse plane in forma lupinorum. Et si omnibus. x. diebus sumatur. ʒ. j. dyaolibani in introitu lecti erit efficax remedium. ℭ Quantum vero ad aliam intentionem de materia fluxa contenta in pectore: & ad habilitandum ad excreationē materie: si qua fluxa esset in pulmonem primo laudo vt sumatur in mane de confectione vt infra lambēdo. ℞. penidiorū. ℥. j. v. succi liquiritie. ʒ. j. loch de pin. ℥. v. pulmonis vulpis. ℈. ß. croci. ℈. v. cum sirupo de liquiritia fiat loch. ℭ Exterius autem laudo ꝑ inunctione membrorū pectoris vt fiat inunctio circa ipsum nō tangendo regionem cordis vt infra. ℞. mucillaginis: altee: & fenugreci factarum ex aqua capillorum vene. añ. ʒ. ij. ysopi humidi de olei viola. & amigdalarum dul. añ. ℥. v. olei de ysopo. ʒ. ß. croci parum: & cere parum fiat vnguentum. Si etiam bis in ebdomada sumat ante prandium coclear. j. de puluere vt infra cum modico brodij erit conueniens. ℞. pulmonis vulpis. ʒ. ij. anisi: capillorum vene. añ. ℈. j. croci. ℈. v. misce fiat puluis. Nā hoc est multum efficax ad preseruandum a lapsu in dispositionem sibi suspectam.

ℭ Jam vltimo principaliter circa secundam dispositionē principalem vt opillationem membrorū naturalium habentem radicem a debilitate splenis: vt supra dictum est: laudarē bis in anno vt in vere & autumno in principio eorum fieri euacuationem materie melencolice simul & flegmatice ex splene prius euacuando. Et hec predigesta materia cum quatuor vel quinq; sirupis vt infra. ℞. mellis rosati: sirupi de duab⁹ radicibus cū aceto: sirupi de epithimo añ. ℥. j. aque decoctionis radicū feniculi: scolopēdrie: & passularū. ℥. vj. misce & clarificetur pro duabus vicibus:

& continuetur

⁊ continuetur vt supra: postea sumatur potio vt infra. ℞. polipodij quercini: radicum feniculi: ⁊ petrosilij an. ʒ.ij.ß. folliculorum scene: epithimi an. ʒ.i. passularum. ʒ.iij. florum sticados: boraginis: ⁊ melisse an. ʒ.ß. bulliant omnia secundum artem prius decoquendo radices. ij. flores in debita quantitate aque: postea facta colatura in. ℥.vi. dicte collature infundantur agarici. ʒ.ij. zinzib. ℈.ij. ⁊ stent in infusione per. xv. horas: deinde fiat expressio collature eius: ⁊ collature addatur dyacatholiconis. ʒ.vi. hyere simplicis in electuario. ʒ.i.ß. misce fiat potio: ⁊ sumatur secundum ordinem medicinarum solutiuarum: ⁊ post sex horas sumatur lauatiuum de brodio cicerum rubeorum: ⁊ modico zucchari rubei. Sequenti die sumatur confectio vt infra. ℞. mitridati. ʒ.i. dyabuglossati. ʒ.ij. ⁊ tardetur cibus etiam per sex horas post. Et si infra duos vel tres dies apparerent vene grosse aliqualiter tincte vt est rationabile laudarem fieri leuem aperturam vene splenis brachij dextri educendo quatuor vel quinque. ℥. sanguinis: sed fiat apertura lata. Et fiat flobothomia circa vesperas post prandium per. vij. vel. viij. horas ⁊ precedat prandium leue. Deinde laudo vt fiat inunctio circa splenem de vnguento vt infra. ℞. armoniaci ⁊ bdelij an. ʒ.ij. dissoluantur in aceto vini albi: olei amigdalarum dulcium. ʒ.iij. olei de capparibus: ⁊ olei de rutha an. ℥.ß. scolopendrie: tamarisci: nigelle: seminis portulace puluerizatorum an. ʒ.ß. croci. ℈.i. misce fiat vnguentum lene pro vnctione semel ad minus in die per aliquot dies continuando. ¶ Nam in hoc fortificatur virtus naturalis splenis in attrahendo sanguinem melancolicum ab epate: ⁊ sic sanguinem mundificando ⁊ resoluendo quod ad ipsum venit. ¶ Et quoniam postremo ex cordis sui dispositione reliquis adiunctis stat paratus ad casum in febres: vt dictum est supra: laudo ad preuisionem: vt tempore estatis sibi caueat a causis calefacientibus: ⁊ continuo secum afferat sacculum supra cor factum vt infra. ℞. rosarum viol. florum nenupharis: buglosse: ⁊ boraginis an. tertiam partem vnius. M. sandalorum citrinorum: corallorum rubeorum vtriusque been an. ʒ.ß. spodij: sete cruде: ossis de corde cerui: margaritarum albarum: ⁊ yacinthorum an. ℈.i. ambre croci an. ℈.ß. camphore granos duas: misce: ⁊ erit sacculus confortatiuus et remissiuus a casu in lapsum callidum. Item laudo in estate: maxime in meridiciam inanito stomaco: vt sumatur coclear vnum magnum de confectione vt infra. Recipe dyabuglossati: dyaboraginati. an. ℥.ij. zucchari violati: ⁊ rosati. an. ℥ mediam: specierum diarodon abbatis. ʒ.i. specierum trociscorum de camphora. ʒ.ß. cum syrupo de acetositate citri parum fiat confectio. Et si post eam sumantur. ℥ quatuor vel quinque aque ordei in casu conueniens est: sed his vtatur tempore maximi caloris. Et his sum contentus. xix. decembris anno. 149. cum laude Jesu ⁊ virginis matris eius Marie.

¶ Pro quodam mercatore de sauona patiente multitudinem sputi aquose humiditatis siue fluxus aque.

¶ Consilium. xxxij.

In hac molestissima ⁊ tediosa multum passione: que est fere continua exputio de nocte hora vigilie humiditatis aquose siue flegmatis aquei dimissis omnibus illis: que hic theorice dici possent de essentia morbi inuestigando ⁊ de causis eiusdem propter breuitatem: ad vtilia tantum ⁊ ad curam deuenio. ¶ Primum igitur pro regula non laudo exhibitionem medicinarum fortium: sed magis frequentem vsum aliquarum debilium: maxime propter passibilitatem ⁊ mollitiem stomachi. ¶ Conueniens tamen est vt bis in anno medicina vtatur debili: in satis tamen notabili dosi: vt tempore maij. ⁊ tempore septembris: ⁊ ante eam non conueniens vsus per aliquot dies antiquorum syruporum digestiuorum. ¶ Et quoniam hec dispositio radicem habet principaliter a cerebro: dicet propter stomaci nocumentum in stomaco manifestius: dimissis etiam his que ad regimen sex rerum non naturalium attinent: quia in illis propter diuturnitatem morbi consilio multorum medicorum factus est doctior: ad medicinalia tantum accedo. Laudo igitur primum pro digestione materie vt sumat syrupum: vt infra quattuor vel quinque vicibus. ℞. mellis ro. saltem post. vj. menses facti. ℥.i. miuec: citoniorum cum speciebus syrupi de radicibus sine aceto. an. ʒ.ß. aquarum betonice: absynthij: buglosse. an. ℥.i. duplicetur ⁊ clarificetur aromatizando cum modico ligni al. ⁊ sic continuetur in mane vt dictum est. Post quos syrupos sumat pillulas vt infra. ℞. pillularum assa ieret per. ß. vt gratia exempli. ℈.iiij. pillularum desanguinarum. par. v. vt. ℈. ij. absynthij: sticados ante quartam partem: vt gra. xv. cum melle rosa. fiant pillule pro vna dosi: que ⁊ si sint multe numero non est cura post quas tardetur comestio per horas. viij. Nec post hanc medicinam laudo lauatiuum: nisi forte prauam materiam educeret a te: gratia cuius lauatiuum exhiberi posset. Sequenti vero mane sumat confectionem vt infra. ℞. zucchari rosa. ʒ.ß. specierum dyagalange ⁊ plirisarcoticon. an. ℈.i. cum melle ros. fiat confectio ⁊ de istis pillulis laudo quod bis in ebdomada sumantur tres vel quattuor a cena per. v. vel. vi. horas. Conuenit etiam post purgationem factam communem: vt bis in ebdomada sequenti fiat masticatorium vt infra. ℞. masticis par. i. passularum mundatarum par. v. cubebarum: ⁊ piperis lon. an. quartam partem: ⁊ de hoc toto sumat circiter. ʒ.ß. in mane ad masticandum ⁊ expuendum. Laudo cum hoc fiat lotio capitis: postquam tamen vtcunque laos fuerit cum lixiuio forti facto ex cineribus vitis albe: lauri: iuniperi: ⁊ stipitum rorismarini: quod etiam lixiuium aromatizetur cum speciebus positis in pecia. que parum bulliant in dicto lixiuio vt infra. ℞. maiorane: sticados que: rorismarini an. M. ß. sauine. ʒ.ß. rosarum nucis musca. corticum citri: garioflorum: ⁊ cubebarum an. ʒ.ß. contundantur grosso modo ⁊ in dicta pecia ponantur: diuertere etiam materiam per nares esset conueniens cum communibus medicinis. ¶ Si etiam forte apponeretur leue ruptorium post aures esset conueniens: quod fiat secundum hunc modum. ℞. cantaridum abscissis alis ⁊ capitibus infusarum in aceto fortissimo. p. x. fermenti. par. v. ⁊ cum melle anacardino fiat mixtio et parum decooperiatur vsque dum locus rumpatur: tandem cum butyro purgetur superponendo etiam modicum de folio caulis rubei: fluente etiam abundanter materia de nocte. Laudo vt sumatur ad quantitatem. ℈.ß. auree alexandrine cum modico vini hora somni. Conuenit etiam magis ad stomacum rectificandum vt semel vel bis in ebdomada sumatur de trifera minore descriptione cognita secundum integram totam descriptionem ad quantitatem. ʒ.i.ß. in mane. Laudo etiam vt tempore hyemis pro confectione sumat electuarium vt infra ad quantitatem medie nucis. ℞. piperis al. ⁊ lon. gar. zinzib. an. ʒ.c. cinnamomi: alias cimini. rosarum ru. an. ʒ.iiij. sandalorum citri. spodij an. ʒ.iij. zucchari tabarzet. ʒ.x. seminis feniculi: anisi an. ʒ.ß. cardamomi minoris: cubebe: macis an. ʒ.j. ciperi seminis myrtillorum siccorum: cimini an. aur. i. camphore. ℈.i. musci gra. viij. galle musca. gra. xv. Deinde sumatur mellis ad pondus omnium ⁊ tandem aque de duobus granatis: ⁊ aque de citoniis: ⁊ super lentum ignem coquantur donec inspissentur: ⁊ cum eo electuarium conficiatur ⁊ in olla polita reponatur: dosis est ad quantitatem auellane. ¶ Potest tamen minorari hec descriptio secundum proportionem minorando simplicia. Laudatur etiam vt ante cibum ⁊ post cibum lauetur os cum aqua calida decoctionis masticie. Conuenit etiam fricatio gingiuarum ad prohibendum descensum a capite cum puluere facto vt infra. ℞. cornu cerui adusti: seminis tamarisci: ciperi: rosarum: spice an. ʒ.i. salisgemme quartam partem terantur ⁊ cribellentur. Laudauit etiam Azaraualius in hoc casu stomaco ieiuno aliquando sumere tortellas: vel panem exiccatum ad ignem cum aliquo salsamento: rectificare quoque stomacum exterius ne recipiat: ⁊ confortare vesicam in hoc casu plurimum conuenit: vnde fieri potest cerotum: quod extendatur super corium in formam scuti vt infra. ℞. cubebarum: calamenti: cardamomi: macis: ciperi an. ʒ.ß. rosarum rube. nucis musca. an. ʒ. iij. foliorum myrti siccorum: sansuci an. ʒ.i.ß. terantur ⁊ cribellentur ⁊ cum oleo absynthij ⁊ modica aqua citoniorum addendo de masticeque tantum sufficiat secundum artem fiat cerotum. ¶ Omitto multa alia ⁊ medicinalia: que fieri possent cerebro: quia illa omnia referri possunt: que iuuarent in catarro flegmatico subtili per viam indigestionis cerebri: ⁊ etiam dietam: quia multum vsus est: ⁊ in mediocrium presentia ⁊ sufficientia confido. Conuenit etiam aliquando stomaco vacuo sumere tria grana piperis albi cum. vi. passulis ⁊ vno folio plantaginis ⁊ diligenter masticare ⁊c.

¶ De mala dispositione opillatiua circa epiglotim ⁊ partes superiores ex materia catarrali deorsum fluxa pro reuerendissimo cardinali Senense.

¶ Consilium. xxxiij.

In casu reuerendissimi domini domini Cardinalis Senensis vt accepi a reuerendissimo domino Stephano de robiis archidiacono Papiensi est quedam mala dispositio oppillatiua circa epiglotim: ⁊ partes superiores canne ex materia catarrali deorsum fluxa fluida non acuta: sed viscositate participante: propter quam ibidem sit adherens: ⁊ inspissatur a caliditate cordis ⁊ pulmonis: vnde necessaria sit rascatio quedam mane quasi continua vsque dum a virtute expellatur dicta materia catarralis inspissata albafacta obediens obiectum virtuti expulsiue per inspissationem: vel antea cum fluebat liquiditate substantie eius reddebatur inhabilis expulsioni: que omnia per signa vel accidentia habita vel intellecta a supradicto. domino. Stephano possent euidentissimis ratio

nibus declarari:sed sufficiat ad presens ita summatim casum ex
pressisse. ¶ Expediunt ergo due intentiones principales. Una ad
materiā que fluit. Alia ad habilitādū eius expulsionē vel fluxū:
ne laboriose rascādo educatur. Prima ergo intentio perficitur
tribus ingenijs.s.euacuando materiam a cerebro cū leniter edu
centibus. Secūdo cū diuertētibus materiā ad aliā regionē non
suspectā. Tertio cum consistentibus fluxum materie ad locum.
¶ Prima intētio principalis cōpletur cū remittentibus caliditatē inspissantē:⁊ aliqualiter incidētibus eā inspissatā:⁊ lenientibus cānā ⁊ partes gutturis:⁊ cū hoc ex parte substātie dictarū
medicinarū per sensibile tēpus in dictis partibus cōmorātibus
membra dicta confortantibus ea iuuantia in expulsione. Primū prime intentionis de euacuatione cōpletur sumendo.ℨ.ij.in
tribus pillulis grossis eundo dormitū post duas horas post cenam factis vt infra. ℞.agarici trociscati:por.ij.pillularū assageret partē vnā:granorū peonie quartā partē vnius cū oximelle
simplici fiat pasta pro pillulis. Secundū punctū prime intētionis de diuersiōe materie:que succedere debet regulariter ad euacuationē cōpletur cōuenienter attrahendo per nares in mane
facta expulsione superfluitatū cōmuniū cū capitpurgio:vt infra. ℞.aque mellis decocte fm artem.℥.iiij.aque maiorane et
violarū:succi radicū bletis depurati ā.℥.j.nigelle pulverizate:
nucis mus.similiter ā.ʒ.v.misce ⁊ de eo tepido parum posito super volā manus trahatur per nares ter vel quater:postea mundificata materia lauentur nares cū aqua zucchari. ¶ Aliud ingeniū tertiū prime intentionis desistendo materiam fluentē cōpletur vt sumatur in introitu lecti:qm̄ nō sumuntur pillule alie
soluentes vna pillula de factis vt infra. ℞.thuris albi masticis
bolarmeni ā.ʒ.v.spice.ℨ.j.cū syrupo de papauere formentur
pillule grosse:⁊ sumatur vna vt supra. Et aliquando ad hāc intentionē si materia participaret aliquali acuitate loco pillule:vt
in introitu lecti sumantur tria coclearia de dyacodion. ¶ Secūdam intentionē principalē cōplet si sumatur in aurora.ʒ.j.de cōfectione vt infra:que in ore multo tēpore teneatur:⁊ tandē paulatim descendendo lambatur. ℞.penidiorum.℥.j.v.succi liquiritie:passularū enuclearū ā.ʒ.ij.sebestē recentum.ʒ.j.capil.ve.gūmi arab.ā.ʒ.v.pulmonis vulpis.ℨ.ij.omnia simul cōmisceantur in mortario ⁊ cum syrupo de liquiritia reducantur ad
formam loch. Et de istis ad presens sum contentus dimissis multis per prestantissimos curiales philosophicos reliquis commemorādis de regimine in dieta ⁊ obseruatione eius:que in casu necessarissima est:⁊ multis alijs ad casum etiam vtiliter pertinentibus. Ista tamen breuia:sed vtilia iudicio meo medicinalia
vt satisfacerem requisitioni facte per reuerendissimum dominū
Stephanum archidiaconum vt supra paratus: vbi expediat:
ad latus consulendum ⁊c.

¶ Pro illustrissima domina nostra domina ducissa Blanca: q̄
erat aliqualiter asmatica. ¶ Consilium.xxxiiij.

Diligenter pensatis ⁊ examinatis exquisitissime accidentibus in casu contingētibus:super quo queritur
consultatio iudicatur dispositionē istam periodice cōtingentem:sine tamen ordine periodi.⁊ si non sit verum asma ⁊ propriissime sumptum.tamen large dici debere asmaticam passionem a medicis. Quoniam vt dicit
Gal.tractatu septimo libr.x.tractatuum. Eos qui absq̄ eo q̄ febricitent respirant frequenter:sicut qui currit cito consueuerūt
nominare medici asmaticos:que dispositio cum sit anhelitus
passio:⁊ impossibile sit anhelitū pati:nisi aliquod instrumentorum eius patiatur aut per se:aut per colligantiā:vt voluit Gal.
iiij.interiorum.ca.iiij.ad principium. Et quia instrumenta anhelitus sunt multa:⁊ habent secum membra concomitantia non
pauca numero:ex quorum diuersorum lesione induci posset tale
accidens:tunc arbitramur tale accedens pendere principaliter
propter tres causas.vnam tamen principalissimam.⁊ duas concomitantes vt plurimum. ¶ Prima ⁊ principalissima est aliqualis opilatio facta in membris spiritus propter materiā catarralē aqueam subtilem ex cerebro descendentem ad ipsum pulmonem:⁊ sic receptam in porositatibus eiusdem pulmonis partim
⁊ partim in concauitate pectoris. Cuius significatio sumitur potissimū:qm̄ hoc accidēs subito aduenit cum quadam ponderositate pectoris versus fundum eius. Et vt dixit Ras.iiij.continen.
a principium si fuerit angustia anhelitus subito cum ponderositate pectoris statim discursa sunt ex capite ad pectus multa reumata aut ex locis eis attinētibus. Idē sentit.d. Aui.x.tertij de signis anhelitus magni ⁊ parui l fine capituli cū dixit. Cū ergo aduenit opstructio sterilis subito:tūc currit ad pulmonē materia ex catarro:aut cucurrit ad pulmonē prius ⁊c. Et hoc suadet:q̄m tale
accidēs post grauitatē capitis ⁊ opilationē antecedētē in naso
subito post talia nocumenta secutū est:neq̄ ab his mēbris videtur deriuatā esse aliūde materiā ad pectus vel pulmonē:cū reliqua
mēbra sana reperiātur. ¶ Declaratur aūt materiā esse aquosā ⁊
subtilē per hoc:q̄ eius defluxus nō est sensibilis manifeste:neq̄
sequitur ad eū tussis.⁊ si percipiatur descensus materie sine sapore percipitur. Unde si materia foret grossa:eius descensus manifestior foret:vt colligebatur de mente Aui.fen.x.tractatu.ij.ca.
j. Cū dixit. Si autem materia fuerit effusa a superiorib⁹:tūc vbi
ipsa remanet discurrens super cannam:sicut discurrit aliquid super parietem non excitatur plurimum tussis. Facit etiā pro hoc
s.q̄ materia sit subtilis:qm̄ complexio cerebri coniungitur notabiliter humiditati cum tēperantia quasi in actiuis:vt ex multa euidentia concludi posset:debilitata tamen eius cerebri naturali caliditate propter longam moram: aliquando stando sub
radijs solo capite discooperto:quia vt dixit Auer.ij. colli.capi.
de accidentibus superuenientibus virtutibus interioribus cerebri. Calor extraneus propterea q̄ facit calorem intrinsecum exalare ipsum debilitat ⁊c.probabiliter concluditur:q̄ illa materia
sit ad frigidum declinans:⁊ ad hanc debilitatē etiam facit continua fere operatio virtutum interiorū in audientijs ⁊ varijs cogitationibus circa magnā considerationem digna. ¶ Huic autem cause principales due alie annectuntur cause vt plurimū cōcomitantes. Una est multitudo vaporum sursum eleuatorū ad
pectus ⁊ ad pulmonem coarctatorum in pectoris concauitate.
Alia est ventositas aliquotiens in pectore cōclusa: ⁊ aliquotiens
in stomaco:que pertransiens terminum separat quādoq̄ inter
velamen ⁊ dilationem:vt Aui.dicit eadem fen.c.supra allegato
de anhelitu magno ⁊ paruo. Et q̄ hec sint cause concomitantes
manifestari potest ex modo precipue terminationis paroxismi:
quoniā plerūq̄ terminatur sine sensibili expulsione materie:sed
sola eructuatio:⁊ aliquotiens expiratio grossi vaporis facit ad
sensibilem resolutionem paroxismi. Ad hoc facit:q̄ non est notabilis grauitas circa partes pectoris i actu paroxismi. ¶ Suadet etiam q̄ percipitur extensio in partibus pectoris ⁊ formaliter motus de loco ad locum in ipso pectore:⁊ q̄ post cibaria ventosa tale accidens aliquando superuenit:facit etiam ad causam
vaporalem habitudo totius corporis:que multū humida est cōiuncta:tamē cum aliquali caliditate cordis:qm̄ vt dicit Rasis
de mente Cassij.iiij.conti.c.allegato. Sanguis cum calescit generat plures vapores:ex quibus constringuntur instrumenta anhelitus:quod nō ex sanguine tantū fieri posset:sed ex alia etiam
humorali materia. Nō est tamē longinquum quin ad hoc accidens cōcurrat indispositio acquisita in musculis subseruientib⁹
motui pectoris ꝓpter defluxum materie subtilis catarrizātis ad
eos:qm̄ cum casu cōiungitur titilatio quedā: vel formicatio aliqualis circa partes spatularum:que quidē ex ꝓportionali causa
pēdere videtur. Et si forte ad hoc adduceretur q̄ cū ea est quedā
innata debilitas mēbrorū spiritualiū ad facile patiendum acquisita ex principijs generationis ex parente non esset irrationale.
Et hoc est quod de casu iudicatur. ¶ Pro debita igitur consultatione circa casum habende sunt due principales cōsiderationes
Una erit circa regimen preseruatiuum a casu in paroxismum.
Alia intentio erit circa regimen in paroxismo obseruandū. Et licet dixerit Gal.iiij.de regimine sa. Similis est custodia futurorum lapsorū:⁊ correctio iam factorum. Et alibi. Quecūq̄ sanāt passiones iam stantes hec ⁊ antequā stāt prohibent consistere:tamen vt
dixit Mesue fm Gal. Cum peruentū ad accessionē fuerit:tunc
potius blandiendū est q̄ curandū ⁊c. ¶ Peruenitur enim interdum a prefocatione in exhibitione medicaminū.s.in hora paroxismi:de quo timore non est suspitio nō existente tēpore paroxismi:⁊ ideo cōuenientius factū erit:si tēpore non paroximi intendatur cū regimine ad causam futuri nocumēti:⁊ alio regimine
vtamur intentione sumpta ad morbum in tēpore paroxismi.
¶ Circa primū etiam duo fient principaliter. Nā primo declarabitur regimen obseruādū in dieta circa res ineuitabiliter nobis
occurrentes:que a medicantis appellant res non naturales ⁊ eis
annexe. Secūdo ponetur regimen magis per medicinas respectū habentes ad causas dicti accidentis:de quibus supra:vbi declarabitur si vsus balneorum mineralium sit ad perfectionē necessarius vel ne. Et si necessarius sit eorū vsus:que balnea magis
in casu conueniāt. ¶ Prius tamē q̄ ad regimen accedamus:pono in hoc casu laudabile pronosticū positum a Mesue.c.ꝓprio
cum dicit satis ad principiū. Mulieribus quidē non sepe accidit
⁊ citius sanatur eis q̄ masculus ⁊c. ¶ Circa igit primū in electione aeris eligatur aer in actiuis non multum declinis vt in calido
vel frigido:ad siccū tamē notabiliter inclinetur: conuenientius
tamen est

tñ est ad calidũ declinare quã ad frigidũ: ideo pro regula cuitetur aer excessiue caliditatis ⁊ frigiditatis. ¶ Et proinde tempore hyemis non est laudabile: quod aer sit nimis calidus: precipue factus artificialr talis cũ igne ⁊ multarũ personarũ presentia cũ oimoda clausiõe fenestrarum: qm̃ talis caliditas multum nocet: primo per caliditatẽ intensam potest liquefieri humiditas cerebralis: que discurrens deorsum est causa nocumenti. Secundo q: aucta claritate circa partes pectoris ⁊ cordis fit necessaria multa aeris attractio: ⁊ ex consequenti cum non possit cõuenienter per solam anhelitus magnitudinẽ satisfieri caliditati acquisite oportebit ꝯsr velocitare ⁊ anhelitũ frequentare: vñ sic disponit ad accidẽs maxime etiã nocet: qm̃ cum tali aere camere clause coniungitur interdũ fumus: ⁊ ex multitudine personarũ multi grossi vapores cõcludunt: q̃ attracti per anhelitũ cũ aere sunt cã precipui nocumenti. Vñ in casu isto multũ laudabile est vt aer camere oĩbus duobus diebus possit rectificari cum receptione puri aeris: ⁊ expulsiõe grossi ⁊ fumosi: ⁊ hoc fiet si in fenestra camere fiet vnus fenestrolus aptus ad aperiendũ ⁊c. Et in hoc habeat diligens cõsideratio qm̃ talis malus aer est continuo alterans: ⁊ imediate trahat ad mẽbra nocumenti. Et in tali casu maxime potest verificari dictum Gal. tertio tegni tex. commenti. xxviij. vbi voluit q̃ sñ a lapsu a debita qualitate aeris plus sequitur nocumentũ q̃ ex equali lapsu in multis aliis rebus non naturalibus simul. ¶ Nocet etiã ⁊ per aliũ modũ caliditas intẽsa aeris camere tpe hyemis: qm̃ qñ postea exponit libero aeri frigido: sequit illud nocumentũ: qd̓ sequitur d: succedente borea ad austrum. de qua spẽaliter dicit Aui. v. tertij. ⁊ Mesue in capitulo de catarro. Auster rarefacit ⁊ implet capita. et septẽtrio vel boreas constringit ⁊ exprimit. ¶ Vñ rarefactis partibus capitis a caliditate camere redditur cerebrum passibilius ab aere frigido: cui postea occurritur: ⁊ tunc cõstricto cerebro frigiditate exprimit humidum cerebrale deorsum ad membra pectoris: ideo si audiat oñatio sua non pati: maxime sm̃ caput intensam caliditatẽ. Et si mẽbra aliqua alia frigeãt calefiant cum aliis ingeniis: ⁊ proinde pluma solus siue cussinus non dz esse ex pluma. ¶ Proinde intelligat q̃ in tẽpore estatis non stet sub radiis solis: neq; equitãdo multo tpe. Qd̓ si pur cõtingat ꝓpter necessitatẽ corpus calefieri excellenter in estate est magno studio cauẽdũ: ne subito permutet ad locũ frigidum: sed paulatim conuertat ad aerẽ tẽperatũ: ⁊ postea aliqualiter ad frigidũ ꝓpter nocumentũ qd̓ dictum est supra. ¶ Euitet et aer qualiscunq; humidus ⁊ nebulosus: siue frigidus: siue calidus fuerit. Et proinde stantibus his stationibus non est exeundũ ad aerẽ liberum si possibile est: sed standum est in aere camere debite disposito. ¶ Qd̓ si fuerit tpe frigidum spero laudabilius erit: si rectificetur aer camere ad calidũ cũ quibusdam aromatibus calidis: non dico suffumigando: qm̃ fumus i casu nocet: sed habẽdo notabilẽ quãtitatẽ aromatũ calidoꝝ i camera vt cinam omũ: lignũ al. ambrã: cortices citri: ⁊ arãcis ⁊ hmõi ⁊ hoc dico nõ existente dolore capitis: qm̃ in illo casu non conuenirent aromata. ¶ Et si esset appetitus ad videndũ ⁊ habẽdũ ignem fiat ignis lucidus ⁊ clarus ex rosemarino: lignis iuniperi: ⁊ lignis lauri: ⁊ lignis larizi emittentis terbentinam: nam talis ignis ex proprietate etiã rectificat mẽbra pectoris: alterãdo tñ calidum. Et vbi in estate ꝓpter nimiã caliditatem intendamus rectificationi proprie camere ad frigidũ fiat aspersio foliis: ũ vitis: florũ violarũ: ⁊ florũ et nenufaris: ⁊ hmõi vel fiat aspersio cũ aquis horũ dictorũ per cameram dimittẽdo irrorationem aque ros. ⁊ aceti: quoniã in casu non sic conueniunt: ⁊ hec dicta sufficienter sint de aere. ¶ Circa motum ad quietem obseruetur: quod singula die hora conueniẽti. s. mane expulsis superfluitatibus cõibus: vel naturaliter: vel cũ artificio fiat exercitiũ totius corporis deambulando: incipiẽdo tamen a leui deambulatione: ⁊ paulatine attendendo ꝓcedat. Dicat etiã spẽaliter nõ incipiẽdo ab exercitio forti ⁊ frequẽti: qm̃ talis deambulatio a principio frequens ⁊ intensa factã preparat ad accidẽs: vt difficultatẽ anhelitus. ¶ Cõtinuetur aũt exercitiũ vsq; dũ mẽbra calefieri incipiãt: vñ non est in casu ꝓcedendũ ad nimiã ⁊ intensam calefactionem: qm̃ ad istã intensã caliditatem fiet ex humido corporali euaporatio circa partes pectoris: que est vna de causis concomitantibus vt plurimũ hoc accidẽs vt supra declaratũ est. ¶ Sit aũt ante cenã iã celebrata stomaci digestiõe ⁊ epatis: ⁊ ꝑ parte venarum cũ iã nutrimentũ de prãdio precedenti est in via transitus ad mẽbra: tale et exercitium est cõueniẽs. Non est immediate post exercitiũ cibus sumẽdus: sed quietãda sunt mẽbra per tpũ post

exercitiũ vt ꝑ horã vel circa: vt fiat sufficiẽs expulsio superfluitatũ: quarũ expulsio intendit per exercitiũ. Et quẽadmodum hoc exercitiũ cõe oĩbus membris est in casu plurimũ iuuatiuũ: ita ⁊ exercitiũ particulariũ mẽbrorũ quorundam vt capitis ⁊ pectoris est maxime cõueniẽs: vñ facto primo exercitio in mane: si postea fiat aliqualis fricatio capitis ⁊ pectinatio iuuabit ad resolutionẽ superfluitatũ ⁊ vaporũ: qui si non resoluant transeũt in materiã illã aqueam subtilem: q̃ est cã precipui nocumẽti. Nõ tñ laudanda est fortis ⁊ vehemẽs fricatio capitis: ne fiat ex mẽbris inferioribus ad caput vaporũ eleuatio. ¶ Cõuenit etiã si cõmode fieri posset vt partiũ pectoris ⁊ spatularum fieret ꝯsr leuis fricatio ⁊ calefactio cum pãno lineo: qm̃ dicit Gal. quinto de regi. sa. Mẽbra debilia tpibus certis. i. tpe sanitatis sunt fricanda fricatiõe sicca ⁊c. ¶ Juuabit etiã ad exercitiũ pectoris: si eodẽ tpe stante inanitiõe stomaci fiat confabulatio de rebus placidis cum voce facta alta ⁊ eleuata: nã talis locutio cõfortat membra pectoris ⁊ anhelitus: vt est auctorũ medicine auctoritas: nõ tñ aliquo modo fiat talis fortis locutio stomaco repleto: qm̃ vt dicit Ari. scd̓o ꝓbleumate. piũ. Vox tñc facta citissime interrũpit: ⁊ sic ad dispositionẽ principalẽ prepararet. ¶ Circa somnũ ⁊ vigiliã sit prima regula. Sõnus nõ dz multũ ꝓlõgari: ita vt nõ trãscẽdat spaciũ. vj. vel vij. horarũ: qm̃ cũ ꝓlongat replet caput vaporibus: vt est cõis olim medicorũ sñia: q̃ tandẽ sunt cã vt in materiã catarralẽ cõuertãtur. Fit etiã plurimorũ vaporũ retẽtio circa ptes pectoris q̃ est vna de causis cõcomitãtibus ad nocumentũ. Si etiam posset sine manifesto nocumẽto interdũ pẽsare vigilãdũ ita vt somnus nõ sit cõtinuus erit in casu laudabile: maxime cum est timor parotismi. Vñ dicit Ras. quarto cõti. Ex lõgo somno accidit asma in sanis personis q̃to magis in infirmis. Nõ sit et q̃ñlibet diurnus si fieri põt: qm̃ precipue talis ad reumatismos ꝑparat vt tertia primi. Ubi tñ ꝑ necessitatẽ ⁊ cõsuetudinẽ obseruãda p̃cipue in estate fieret: sit ad min⁹ distãs a cibo ꝑ duas horas. ¶ Fiat etiam capite notabiliter cooperto ⁊ in obscuro: extremis et notabiliter coopertis: qm̃ vt fuit sñia Arist. scd̓a problematũ ꝓbleumate. xxvi. Frigiditas extremitatũ in somno maximum cõferat nocumẽtũ cerebro. Et ideo ibidẽ iubet tales partes extremas: vt pedes maxie coopertos esse in somno. Non fiat tñ tãta cum pãnis coopertura vt mẽbrorũ principalium fiat superinflãmatio ꝓpter cãm superius dictã. Obseruet etiã in sñia hic posita ab Aui. in secũda parte sue cãtice. vt fiat accũbẽdo. i. quasi sedendo. Nocturnus aũt fiat extenso corpore capite notabiliter eleuato super plumazolo: ⁊ fiat super alterũ laterũ maxime super sinistrum latus sm̃ maximum tẽpus somni: vt oẽs medici sentiunt: ⁊ vt est clara sententia. do. Auicẽ. xiij. tertij. c. de cura debilitatis digestiue. Nam per talẽ accubitũ iuuat digestiua stomachi ꝑ modũ clarũ medicis. ¶ Et nullo modo supine est iacendũ propter multas causas ex tali accubitu aptas nocere. Primo qm̃ ꝑparat ad fluxũ catarrorũ ꝑ cãnã pulmonis. Secundo ꝓpter talẽ sitũ calefacta vena chilis: q̃ est transiens per spinã fit vaporũ plurime quãtitatis eleuatio ad cerebrũ. Tertio q: talis accubitus vt est olim medicorum sñia precipue. Auic. x. tertij in sermone vñ de malitia anhelitus multũ nocet: qm̃ vt ipse dicit. Et ois quidẽ malitia anhelitus: vt ipsius cõstrictio: aut difficultas eius ꝓpter materiam addit apud resupinationẽ. Et addidit. Et est media apud dormitionẽ sup latus: ⁊ alleuiat cũ sup ventrẽ iacet aliquis. ¶ Et ex hoc tertio colligit: q̃ stãte acuto parotismi vel grãdi anhelitus difficultate: neq; etiã dormiẽdũ est super latus: qm̃ ptes cadũt sup se: sz magis cõuertendũ est sup vẽtrẽ. Qd̓ ergo supra dicebat de dormiẽdo sup latus intelligitur nõ tpe parotismi: vt dictũ est supra. Et hec de somno ⁊ vigilia dicta sufficienter sunt ⁊c. ¶ In regimine cibi ⁊ potus supposita maiori paritate in sero q̃ in prãdio: ⁊ brodialium magis q̃ masticabilium: vt dictum est. Primo pro regula obseruet: q̃ omnia excessiue calida ⁊ multũ euaporare facientia sunt euitanda oĩa et intense frigida: ⁊ stipticitate participantia sunt in casu nociua. Et generaliter q̃cũq; tarde digerunt sunt dimittẽda. Et talia sunt q̃cũq; sũt dura ꝑ naturã i substãtia: ⁊ sicca: aut viscosa aut mĩte vnctuositatis: aut multe superfluitatis: aut abominabilis saporis aut abominabilis naturali cõplexiõi: ⁊ si apparenter aliis non sit abominabile: vt voluit Gal. in libello suo de virtutibus cibariorũ. Spẽaliter autẽ descendẽdo eligatur panis mundus ex frumento electo bene pinsatus cũ debita q̃titate fermẽti. Et si in aqua decoquatur parũ radicũ liquiritie et anisi: et que dz pinsari panis erit electior: ⁊ sit bene coctus: ⁊ nõ comedat calidus: ⁊ nõ trãseat duos dies. ¶ Inter carnes eligantur car

nes ad siccũ aliqualiter declinãtes naturaľr:passibilis tñ sub stãtie vt sunt aues montane:perdices.fasiani:ꝛ hmôi. Ex iter carnes aĩaliuȝ valet caro leporina:ceruina:iuuenis tñ ꝛ daini na:capriolorũ:ꝛ gazellorũ. In carne vulpina oẽs conueniunt medici ꝛ maxime pulmo eius. Carnes etiam capretorũ sunt laudabiles. Non sunt tñ vituperande carnes pullorum:gallinarũ in estate:ꝛ caponũ in hyeme. A reliquis carnibus generaliter est abstinendũ saltem vt non sint in cõi vsu:vt carnes auiũ degentiũ in paludibus ꝛ aquis:ꝛ carnes vitulorum maxime ꝓpinquorũ gñationi:ꝛ agnorũ precipue:nã tales omnes viscositate nimia participant:pipiones ꝛ quale nõ sic conueniunt. ¶ A piscibus quoqȝ cauendum est maxime grossi corporis ꝛ squãmis carentibus. Et si pur appetitus inclinetur ad pisces:sint pisces petrosi. ¶ De piscib⁹ tñ q̄ per naturã sũt magni corporis nõ eligantur parui corporis:sed precipue caueantur anguille ꝛ lãpreде:quoniã vt dixit Gal.in libello de cõferentibus ꝛ nocentibus:tales aliis durius digeruntur. Pisces tñ maritimi electiores sunt quã aque dulcis:maxime si reperiantur distantes a mari:vt sepe contingit in aquis dulcib⁹ reperiri:Nam hos tales maxime laudauit Auer. quinto colliget.c.ꝓprio. Et singulariter laudauit piscem:qui appellatur scorpena:quẽ intelligo facile reperiri posse. Sed de piscibus aque dulcis laudantur temeri ꝛ lucii:ꝛ quedam turtelle continue per saxa ꝛ rupes ꝯ aquã incedentes:de q̄bus loquebatur Auer.primo cañ.c.de cibo cõmẽto q̄nto laudãdo. ¶ Laudabilius tñ est qñ carnes per legẽ non comeduntur vt loco piscium eligantur oua:que inter cibaria fere omnia si sint mollia sũt ꝛ facillime digestiõis ꝛ modicarũ superfluitatũ:ꝛ sanguis in de genitus maxime est proportionatus generationi spirituũ vt voluit Aui.in lib.de viribus cordis. Et laudans ea Auer. scdo cañ. dixit. Et est opinio:ꝙ tantum pondus ex eis generatur quantum ipsa sunt.s.de nutrimento. Istis ergo vtendum est:si sint cocta cum testa secundum bonam p̄parationem communiter notã etiã si fuerint infusa in aqua facta pri⁹ decoctione aque debita cum modico butyri:nam butyrum coctum est in casu conueniens licet oleum benematurarum oliuarum non disconueniat. Dimittatur caseus omnis quoniam est contrarius:sed si appetitus pur inclinet:eligatur sic caseus.vi.mensium pecudinus mediocriter salitus:parce tamen sit vsus ei⁹. ¶ Circa fercula valet tempore quo carnes non comeduntur brodium cicerum singulariter: sed substantia dimittat:nam licet sit cibus pulmonis:vt dicit.A.c.proprio:tñqȝ substãtia ventosabilis est:idcirco in casu non conuenit. Et ita gñalr intelligatur de oĩbus leguminibus:ꝛ far ordei cum lacte amigda.et zuccharo:ꝛ si hmôi cõdiať cum oleo amig.d.dul.recenter facto cõuenientius erit. Pultes etiã si fiant ex farina or.ꝛ sabarum vel cum farina cicerum:et cum amigdalato zuccharo asperso bene conuenient. Dimittantur cibaria de pasta ꝛ composita:in quibus intrat caseus. Facere tñ viuarolũ cum modicissimo caseo:de quo supra non inconueniet. Brodium quoqȝ caulium nõ multũ coctorũ est satis in casu cõueniẽs:succ⁹ et caulium sic coctorũ expressa substãtia nõ discõuenit. ¶ Nõ discõueniunt etiã aliq̄ blete cũ modico ysopi ꝛ maiorane in hyeme:ſȝ in estate caueantur magis. ¶ Pro saporamento autẽ potest fieri cũ aliquibus amigdalis:ꝛ cum aceto decoctionis passularum apposito modico cinamomi ꝛ croci. Si etiam apponať parũ succi arãcii mõ nõ sit nimis acetosum nõ disconueniet. ¶ Inter fruct⁹ pñt exhiberi pinee infuse secundum artẽ amigdale dulces:ꝛ fistici:ꝛ passule sine granillis:ꝛ quedam granata dulcia:ꝛ arãcia dulcia tpe estatis:a reliquis cauẽdũ est precipue a pomis:qñ dixit Auer.quinto colliget ꝺ eisqȝ generãt grossam ventositatẽ in tertia ꝛ quarta digestiõe:ꝛ ꝙ vẽtositas que ex eis generať habet malã ꝓprietatẽ ad arterias pulmonis. Sit tñ pro regula ꝙ in cibis in eadẽ mẽsa non est plurib⁹ ferculis vtẽdũ:sed sufficiãt duo:aut ad plus tria:non diuersẽ tñ multũ nature: nõ ẽt diuerse ꝑparationis:q̄z.s.vel sint assata vľ elixata. Elixata tñ magis conueniunt mane et assata sero. ¶ Pro regula tñ in potu obserueť vt sic pertiendus potus:et non multa fiat vnica vice bibitio:imo debite misceatur cum cibo pauců ꝓ vice:sed frequenter magis potando. Secunda regula:ꝙ non bibať post cenã vel brandium transacta vna hora vel duabus:vt aliquando fieri solet. Tertia regula:quod in potu non bibať actu multũ frigidum:ꝑcipue in estate tpe magni caumatis ꝛ magne sitis. Et ideo non dȝ infrigidari in aqua vt aliqñ sit:nã ꝑ talẽ infrigidationẽ aliqñ immobilitantur instrã motus pectoris:ꝑcipue existẽte auara natura ad attrahẽdum. Si autẽ bibitur vinũ mediocre in vinositate:sint tñ odorifera

operationibus animalibus se debite regit: nec minus circa di-
gestionem: ꝛ secum expulsionē cū pauco auxilio. Urine fuerūt
citrine: postea rubee grosse: ꝛ aliquādo clare ꝛ subtiles sine hy
postasi: ꝛ datis aliquib⁹ digestiuis trāsierūt ad grossas subal-
bidas cum hypostasi: ꝛ ad oblationes satis bn̄ se habet licet
tristetur mēte. ¶ Reuera mihi hic casus ex signis satis intrin
catus et certā nō afferēs noticiā d̄ specie febriū: q̄r in omni ma
teriali febre habēte causaꝫ antecedentē. prima intentio indica
tionis a causa est vel esse debet: vt dicit Gal. x. terapē. c. j. Licet
vt scribit ad naturā flegmaticā hec febris declinare videatur.
¶ Accidētia tn̄ hoc nō euidēter cōcludūt: cū ponaꝭ in ea pul-
sum esse velocē cū virtutis debita constantia: ꝛ in flegmatica re
sepe cōiungaꝭ pulsus debilis. In flegmatica quoq̄ cōiungiꝭ
nauseatiua facietas cū casu appetitus ꝛ debilitate oris stoma
chi: vt prima quarti de signis flegmatice in fine capituli. Et tn̄
vt scribiꝭ ad oblationes satis bn̄ se habet. Neq̄ fuit argumētū
cōcludēs sup hāc febrē, ppter nō coniungi cum ea sitim: neq̄
dolorem capitis vel lingue ariditatē: q̄m ista omnia etiā ab-
solui possent a febre colerica stante cerebro humido deorsum
catarrizante in casu nostro. ¶ Cū reuerētia igiꝭ istius instruē-
tis casum non erant omittenda signa circuituum ꝛ incremen-
torum: q̄m ꝛ si febris fuerit continua: ppter tamen eius diu-
turnitatē concludendum est eam non fuisse conclusam: sed in
ea apparere debere remissiones ꝛ excrescentias: que fm̄ senten
tiam Gal. affo. primo cōmento. xij. magnam afferūt cognitio
nem de specie egritudinis. Non etiā omittēdus erat sudor vel
eius priuatio pro signo: q̄m vt dicit Aui. prima quarti loco al
legato. Et de proprioribus significationibus eius. s. flegmati-
ce febris est paruitas sudoris ꝛ priuatio eius. Argumētū etiā
de vrina non est efficax: vt clare intelligēti patet. Immo cū ta-
li dispositione vrinarū ꝛ antecessione febris sanguinee cū mix-
tione colere: vt dictū est: probabile satis videtur hanc febrē esse
de genere colericarū vel tertianarū notarū. Et si cōtinua exi
stat: verūtamē siue sit flegmatica: siue colerica a colera mixta
nota eodē quodammodo saltem in cōmuni q̄tū ad causaꝫ su-
mitur indicatio curatiua: vt volebat sententia textus. A. de cu
ra tertiane nō pure in principio, cū dixit. Res quibus diuersifi
catur cura tertiane nō pure sunt res quibus cōmunicāt febres
frigide de licētia scḋa. i. de intētiōe habita ad causaꝫ ꝛc. q̄r etiā
in hac domina cōsiligitur dolor lateris sinistri pectoris a mate
ria flegmatica grossa cū tussi ꝛ screatu eiusdē materie: que etiā
dispō nō modicā ad se trahit curā: imo eius permanētia facit
ad cōseruationē febris. ¶ Erit igitur propositi mei in hoc ca-
su principaliter attendere ad curā dispōnis nō omittendo in-
tentionē: que sumitur a febre vt flegmatica est: a flegmate ta-
men magis salso dependens intra: vt est probabile venas ex-
crescente. nā si in totū intentio ad hāc mucillaginosam verte-
retur materiā in pectore existentē cōsequēter malicia cause fe
bris aliqualiter augereꝭ. ¶ Pro hac igitur adimplenda intē
tione curatiua duo principaliter faciā. Primo quidē ponetur
reginē in debita administratione earū rerū: que nobis mediā
tadiliter occurrunt. Dehinc ad medicinalia deueniemus.
¶ Pro expeditione igitur primo pro electione aeris. Sit aer
eius camere parūper ad calidū: et magis ad siccū declinans:
hoc tamē de aere nō intelligatur nisi febris sit valida: ꝛ nisi sit
intensa caliditas: tunc deberet aer ad frigidū parū declinare.
Sit igitur camera cōstructa inter duo solaria: cuius fenestra
sit ad oriens. Et tēpore seu ventoso nebuloso vel pluuioso sit
optime clausa. Si etiā illo tempore rectificetur aer facto igne
in camera ex lignis iuniperi: sermentis vitis: rorismarini erit
conueniens: hoc tamē obseruato semper q̄ fumus per camerā
nō diffundatur: ita q̄ ad nares egre nō perueniat: q̄m pecto-
ri nocet. Et propter similē causam nō multo laudo ad rectifica
tionē aeris per suffumigationes: que ex aromatibus in pastā
reductis ꝛ super ignem positis fieri solent. Sed magis in casu
laudarē in camera presentiā rerū quarundā aromaticarum
absq̄ alia euaporatione euaporantiū: vt presentiam cinamo-
mi: cassie ligneē: ambre: ꝛ si nō displiceat cū modico musci: cor
tices etiā citri vel arantiorū in hoc casu conueniunt. Eligan-
tur tamen hec magis q̄ illa: fm̄ q̄ egro pro odorando magis
erunt placibilia. ¶ Conseruetur etiā in hoc q̄ singula die per
aperturā aliq̄ fenestre vel hostii camere aer dicte camere per
tēpus euentetur: q̄m vapores qui expirāt a materia in pecto-
re cōtenta aerē inficiūt: qui nisi rectificetur: sua mala qualita-
te ꝛ infirmā ꝛ astantes lederet. Et in hac aeris obseruantia est
maxima adhibenda cautela ꝛ diligentia: q̄m distemperantia
eius tn̄ de se alterat permutando q̄tū relique res omnes non
naturales si equaliter laberentur ad cōtrariū permutarent: vt
fuit sentētia Gal. iij. tegni tex. cōmen. xxviij. ꝛ hec de aere suffi-
ciant. ¶ Circa cibū ꝛ potū obseruetur regula debite dietandi
in febribus materialibus. s. cibus exhibeatur in declinatione
periodi. Et si ad illā horā deuenire non possit minus malū est
in augmēto cibare q̄ in principio: minus etiā malū est in febri
bus huiusmodi in statu q̄ in principio cibaret. ¶ Hec tn̄ regu-
la obseruetur nō existente multa indicatione ad oppositum: vt
grandi debilitate virtutis: vel magna oris stomachi sensibili-
tate: quos casus excepit. d. Aui. prima quarti in ca. gn̄ali de ci
batione febricitantiū illo § Et de corporibus sunt corpora co-
lerica ꝛc. que sentētia colligebatur a dn̄o Gal. x. terrapen. c. ij.
Specialiter aūt descēdēdo sit cib⁹ facilis digestionis boni nu-
trimēti modicarū superfluitatū q̄tū possibile est ad calidū ali
qualiter declinās: ꝛ ad siccū. ¶ Sit igitur panis eius ex frumē
to medio inter nouū ꝛ vetus bene mūdo aliqualiter salitus: ꝛ
si in eo ponatur aliquid zucchari rū. erit conuenientius: et se-
mina aliqualia feni. ꝛ ani. vel in decoctione radicuꝫ fenicu. in
aqua ex qua confici debet. Ex quo pane fiat brodetū vel panis
coctus in aqua decoctionis pullorū vel aliarū carniū conue-
nientiū: de quibus erit sermo. Inter reliqua genera granoruꝫ
conueniunt far cōmune ꝛ far ordei: ex quibus possent fieri fercu
la cū decoctione carniū vt supra. Nō inconueniret etiā ex simi-
la fieri hmōi fercula: licet de ea dicat Auic. primo can. in. c. de
cibo ꝛ potu cōmento. ij. quod est tarde egressionis ꝛ descēsus a
stomacho: licet etiā per experiētiā in meipso cognoui q̄ sit tar
de digestionis: cuius tn̄ oppositū ipse sensit loco allegato. In
dubio igitur est de ea modicū sumendū: ꝛ cū sumiꝭ optime de
coquaꝭ. Ex farina etiā ordei possunt fieri pultes ꝛ simula: que
merito modi substātie in casu propter tussim meli⁹ cōueniūt.
si tn̄ dulcorentur cū zucchara ꝛ farina ordei non inconuenit: ꝛ
chist ordei maxime si dissoluatur in brodio pingui: in quo vel
sit decoctio radicis feniculi: vel aliquorum seminum anisi. s. ꝛ
feniculi. Si etiam aliquando cū farina ordei cōmisceatur fa-
rina cicerum pro pultibus conficiendis non inconuenit: q̄m
dicit Aui. ij can. c. proprio q̄ nutrit pulmonem melius q̄ res
aliqua: ꝛ propter hoc fiunt ex eo sorbitiones. s. ex farina cice-
rum. Hec tamen varientur sorbitiones fm̄ varietatem disposi
tionis infirme: q̄m in tēpore in quo cor est in dispositione cali
dior

dioꝝ stante varietate cibi magis cõuenit cħiſt ex farina ordei: hora vero quietiori magis conueniunt pultes ex simila vel farina ciceꝝ ſm aliam ꝛ aliam intẽtionem. ¶ Inter carnes vero pro puſtati-cõficiẽdis: vel per ſe ſumẽdis conueniũt carnes auicularũ montanarũ: perdicũ: faſianoꝝ: ſter ne gallinarum etiã iuuenũ nõnunq̃ etiã carnes quadrupedũ cõueniunt carnes capreoꝝ nõ multũ propinquoꝝ generationi maxie cõſtitutione calida exñte. ¶ Carnes vero capreoloꝝ: vulpiũ: et ericiũ in caſu ꝓpter leſionẽ in pectore vł pulmone ꝓprietatem hñt. Idẽ dico de leporib⁹ ꝛ pulmones carũ ſpãlem habẽt conuenientiã: ꝛ precipue pulmo vulpis: tamẽ carnes vulpium et ericioꝝ ad viſcoſum declinãt: ꝛ omnia viſcera habita intentione ad materiã febris ꝛ tuſſis: ꝛ ad materiã magnã q̃ in his ſe. cõiungiſ maxime nocẽt: ideo rectificari debent iſtoꝝum carnes cũ aliquib⁹ ſubtiliatiuis ꝛ inciſiuis: vt cũ ſale et cinamomo: ꝛ radice feniculi: ꝛ huiuſmodi decoq̃ndo cũ dictis carnib⁹. Et hic obſerua ꝙ ſicut carnes dictoꝝ animaliũ a proprietate valent: ita vbi ſit indigentia vti aliquo acuto non inconueniret ſumi aliqđ de aceto paſſulato ſecundũ artẽ facto ꝛ qđ ſit annale in caſu nõ incõueniunt: ꝛ maxime ſi cũ his natura ſua familiaritatem hñerit: quoniã vt dicit Gal. vi. de regimi. ſani. Familiaritas que ſm totã ſubſtãtiã ex ſolo experimẽto cognoſcitur: ꝛ maximã hꝫ virtutẽ in digeſtione eoꝝ que comeduntur ꝛ bibunſ. Oua etiã ſorbilia vel in aqua cocta aliqñ nõ inconueniunt: neq; te terreat vſus eoꝝ ꝓpter febrem: qm̃ Gal. ad Glauconem in tertianis conceſſit. Fiant etiam ex his alia fercula ſecũdũ vſum dñarum ꝛ regionis. Et vbi ſit timor de inflãmatione alterenſ cum aqua decoctionis ordei: vel radicuꝫ endiuie: ꝛ huiuſmodi. A reliquis cibariis fere oĩbus cauẽdum eſt ꝛ cũ iſtis cibis: pane carnibus: ꝛ ſimilibus componenda ſunt eius cibaria. Vñ in caſu omnia viſcoſa: vt ſunt cibaria de paſta: caſeus: piſces: ꝛ ſimilia taliũ nociua ſunt. Oĩa etiã frigida ꝛ humida: vt ſunt fructus: genera oleruꝫ cõmuniũ: vt lactucarum: ſpinachioꝝ: bletẽ etiam ſunt aſpernẽda. Sed ſi pro cõdimẽto: vel ſaporationib⁹ quibuſdã cõficiendis eſſet aliquoꝝ olerũ neceſſitas. Iſto caſu conuenirent yſopus: maiorana: feniculus. Si etiam ad ſaporationem eſſet neceſſarium pro appetitu prouocando vti aliquo acuto non inconueniret ſumi aliquid de aceto paſſulato ſm artẽ facto: in quo. ſ. fiat primo infuſio paſſularũ: dehinc aliqualis decoctio ꝛ expreſſiõ: qm̃ lꝫ omnia acetoſa acuta ꝛ mordicatiua videantur eſſe pectori inimica: nihilominus modicus vſus aceti ſic paſſulati non eſt inconueniẽs. ¶ Iuuabit q̃dem appetitũ ꝓuocando materiã febris ꝛ in pectore cõtentã incidẽdo ꝛ ſubtiliãdo: excitando etiã virtutẽ expulſiuam in expellendo. Et in vſu eius fuit auſus d. Aui. ꝛ. tertii in curatione de ſputo ſanguinis ꝛ alibi: licet huic contrarieſ Auer. Vitentur oĩa ſalſa ꝛ amara nimis. ¶ Inter fructus aũt conueniunt ſatis amigdale dulces ꝛ amare: pinee fiſtici: ꝛ alique paſſule. Et ex his poterunt multa ſecundum cõſuetudineꝫ regiminis delicata componere fercula. Ego tamẽ hic vnũ adducam condimentum in caſu conueniens. ℞. paſſularũ enucleataꝝ. ℥. ii. infundãtur in aceto paſſulato: in quo prius ſteterint per duas horas amigdalarũ dul. ℥. iiii. piſtentur in mortario ferreo vel lapideo omnia ſimul: deinde colentur ita ꝙ cortices paſſularũ obſtineanſ: ꝛ tunc in brodio carnium predictarũ ponantur ꝛ lento igne coquanſ: ꝛ cum modico zucchari ꝛ cinamõi aromatizenſ: ꝛ erit ſapor ſatis ſuauis et conueniens. ¶ Potus autẽ eius conuenientiſſimus eſt aq̃ mellis ſecundũ artem facta: vel aqua zucchari rubei: ſi etiã in ea ponatur radix feniculi ad decoctionẽ ſatis conueniet. Ubi tñ ꝓpter cõſuetudinẽ vel virtutis debilitateꝫ ꝛ appetituꝫ eſſet vinum exhibendum: ſit ipſum vinum albũ pauciferum aliqualiter ad dulce declinãs: plus tamẽ minus de eo offeratur: ꝛ magis vel minus mixtũ ſecundũ ꝙ offertur in diuerſis temporibus morbi: qm̃ in declinatione ſol⁹ magis cõueniret: imo plerũq; reſoluit reliquias materieruꝫ de febre que remanſerunt: vt dicit. d. Aui. in cura tertiane pure. Eſt etiam exhibitio magis ſuſpecta in ſero q̃ in mane. Unde hic pro regula notãdũ ꝙ niſi febris indicet ad oppoſituꝫ: qđ in hoc caſu propter tuſſim in ſero magis attenuenda eſt dieta q̃ in mane. Et hec ſufficiant q̃tum ad regimen cibi ꝛ potus. Somnus vero eius ſit remotus a cibo cum capite bene leuato: ita quod quodammodo ſedere potius q̃ iacere videatur. Caput ſit etiã decenter coopertum: ſit etiam ſomnus breuis horarum. vi. vel vii. ad plus. In hoc tamen attendatur cõſuetudo: ꝛ ſi in caſu cõiungaſ difficultas anhelitus in ſomno: fiat ſomnus interceptus vt iter excitãdo fiat expulſio ſuperfluitatũ. Dormiãt etiã ſuꝑ alterum laterum magis q̃ ſupra ceruicem: quia talis dormitio in caſu vt oẽs volunt ſapientes multum ſuſpecta eſt. Nec dormiat de die: niſi cogente neceſſitate: vel niſi fuerit antiq̃ua conſuetudo: ꝛ tunc dormiat accũbendo ſm ſulam. A. in ſcđo canti. hec tñ oĩa intelliganſ: niſi in virtute ſeq̃aſ reſolutio ꝛ debilitas multa. ¶ Eſt etiã in hoc habẽda regula: ꝙ eligaſ ſomn⁹ nõ in hora principii vel augment. febris ſi fieri poteſt: ſed magis accedente declinatiõe: hoc caſu ẽt diurnus in declinatione magis iuuabit q̃ nocturn⁹ in principio vel augmẽto febris. Et in hoc eſt habẽda ꝓcipua cõſideratio: cũ etiã dormit ſint extrema bñ cooperta: ꝛ hec de ſomno. ¶ Exercitiũ ei⁹ aliquale ſi fieri poſſet fiat pedes. Vñ diuertẽdo materias ad inferiora eſſet conueniens. Sit tñ tũc gradatim factũ de remiſſo ad intenſius: ita tñ non multũ intendaſ vt anhelitus fiat difficultas. ¶ Eius aũt exercitiũ ſit iocundum ꝛ magis ad longitudinem ꝛ extẽſionem declinans q̃ ad intẽtionẽ. ¶ Eleuatio etiã in nocte gradatim facta in caſu iuuatiua eſt: quod ſi exercitium fieri non poſſit pedes loco eius ſuppleant fricationes totius corporis: que fiant ſm ordinem poſitũ a. d. Auer. ſeptimo colliget. c. ix. hñdo. ſ. gauſapia aliqualiter groſſa ꝛ vetuſta: ꝛ tunc incipere debes a ſuperiori cruriũ deſcendendo inferius ad pedes: poſtea a ſuperiori coxarũ ad genua trahendo: ꝛ poſtea incipies fricationem ab humeris vel ſpatulis deſcendendo per brachia ad manũ: deinde fricabis dorſum incipiẽdo a ſuperiori pte deſcendendo ꝛ per ptẽ ſurſuꝫ oñr ad corpus ꝛ crura vſq; ad pedes. ¶ Eſt tñ in hoc habẽda regula: ꝙ tale exercitium ſiue fricatio nullo modo fiat niſi expulſis ſuperfluitatibus cõib⁹ ꝑ ſeceſſum. ſ. ꝛ vrinam: q̃ vbi naturaliter nõ habeantur artificialr incitenſ cũ ſuppoſitorio vel cliſteri leui: de quo infra erit ſermo. Fiant etiam hmõi fricationes accedente magis declinatione febris. ꝛ non ſic in principio ꝛ augmẽto: lꝫ etiã in his tpibus conueniret: hoc dꝫ intentione habita ad materiam febris ꝛ ad febrẽ: qm̃ intentione habita ad materiã catarralem in pectore cõtẽtã aliqualr aliter foret dicendum. Sed hoc relinquo eſtimatiue medicoꝝum aſtantium: commemorãdo tamẽ in dicto caſu poſt fricationem totius corporis fiendam eſſe aliqualem capitis fricationem et pectinationem cum pannis tepidis non liquefacientibus: magis tñ ꝛ minus ſecũdum ꝙ diſpoſitio circunſtantiarum variatur in debilitate ꝛ fortitudine virtutis in groſſitudine ꝛ ſubtilitate catarri. In compoſitiõe vꝫ ſoliditate ꝛ raritate capitis: ꝛ ſimilium: ꝛ hec de exercitio.

¶ De repletione autem ꝛ inanitione dico quod non eſt replenda multo cibo: immo fames et abſtinentia in hac febre et in catarro commendantur. Sit tñ cautus vt vitalis ſiat regiminis exhibitio: ſcđm quam virtus poſſit ſuſtẽtari. Et attende qđ eſt pertienda dieta: maxime in tali morbo cronico cuꝫ virt⁹ ſit veriſimiliter reſoluta. Et quia in talibus corporibus aliĩ humores cum difficultate maxima ad ſanguinem conuertũtur: ideo non debemus talis corpora diu dimittere abſq; cibo. Sit cibus vt ſupra dictũ eſt pauce quãtitatis ꝛ bone qualitatis ſemper attendendo ad conditiones: de quibus ſupra dictum eſt. Coitus in iſto caſu dimittaſ: lꝫ cũ ad conualeſcentiaꝫ venerit in caſu moderatus iuuabit. ¶ De accidentibus vero anime dic: ꝙ triſtitia ꝛ melãcolia nullo modo conueniunt cũ diminuant caliditatẽ naturalẽ ex cõſequenti ꝓhibeant opationeꝫ caliditatis circa materiã. Gaudiũ moderatũ cõueniẽs eſt: qm̃ calorẽ auget naturalem ꝛ vigorat. Nõ ſit tñ ſuperfluum: q: reſoluendo diminueret. Ira etiã aliqualis tpe quietis parũper calefaciẽdo in caſu iuuaret: nullo tñ mõ ſit ſuperexcedens: qm̃ ad feb. intẽſionẽ ꝓparat ꝛ ꝟtutis diſſolutionẽ: ꝛ hec ſufficiant.

¶ Ad medicinalia veniendo due principales habẽde ſunt intentiones. Una. ſ. ad febrem et cauſam eius. Alia ad tuſſim catarralẽ. Et hec tria habebunt membra ſm tres intentiones. Prima quidem erit ad materiã fluẽtẽ: ꝛ ſic ad catarrũ: cuius materiã ſupponimus frigidam ꝛ viſcoſam. Scđa erit ad materiã fluxam in pectore cõtentã. Tertia erit ad accidens principale: vt ad tuſſim mitigandam vel remouẽdã: lꝫ huiuſmodi accidentis remiſſio ad primas conſequatur rei intentiones.

¶ Circa igitur primuꝫ ſunt attendendi quidam caſi. generales: qui cões ſunt in caſu fe. putride de lenitione ventris prouocatione ſudoris ꝛ vrine: flobothomia ꝛ euacuatiõe ſolutiua minoratiua. ſ. ꝛ eradicatiua: de flõmia a me hic nõ fiet ſermo cum iam flobothomata ſit: ꝛ ex cõſideratiõe venarum de quibus in caſu ſit mentio nulla amplius ad eas videſ eſſe neceſſitas. Catarrus etiã tuſſis cũ cauſis eius hanc ꝓhibent. De euacuatione autẽ minoratiua in principiis morborum aliqñ fienda hic ſi ſit ſermo cũ iam multotiẽs ſit minorata ꝛ euacuata,

Consilium.xxxix.

De ꝓuocatione etiã sudoris ⁊ vrine forti vel debili in casu ad me dubitandum est: cum per casum scire non possum: vtrum febris ad augmentum tñ vel statum: siue declinationem peruenerit: qm̃ ſm varia tempora morbi circa hec variaſ multipliciter intẽtio. ¶ Est ergo principaliter a nobis cõsideranda ventris lenitio: ⁊ etiã ꝓprie materie digestio: ⁊ cum farmaco eius ꝓuocantia tñ non omittendo: qm̃ taliũ cronicorum morborum materie per crisim sudoris vel vrine vtplurimũ terminant: vt colligitur ij quarti. c. i. Stante igitur stipticitate ventris: que in toto vitãda est leniendus est venter cum clysteri vt infra. ℞. mercurialis: bletis: malue: ordei camomille añ. M. i. furfuris. M. v. bulliant omnia in aqua sufficientis q̃titatis vsq ad consumptionem tertie partis: ⁊ fiat collatura ex qua sumatur q̃titas sufficiens pro clysteri: cui addatur zuccari rubei. ʒ. i. cassie fi. nouiter extracte. ʒ. vi. mellis ro. si hr̃ alr̃ rosati. ℥. i. v. cum vitellis duobus ouorum: ⁊. ℥. iiij. olei cõmunis: ⁊ salis. ℥. iij fiat clistere. Fiet etiam magis delicatum et aliqualiter restauratiuũ si fiat clystere tale. s. q loco decoctionis predictarũ rerum tantundẽ sumaſ de brodio pulli: ⁊ addãtur reliqua sicut in superiori: ⁊ si in dicto brodio decoquãtur: que dicta sunt supra cum reliquis in clysteri positis erit conuenientius. ¶ Et obseruetur in hoc regula: quod ad minus semel singulis diebus: nisi fiet ventris multa lenitas tale clystere est maxime conueniens. Quod si forte per inferius non placeret ventris lenitiuum per superius fiet exhibendo lenitiuum vt infra. ℞. manne electe. ℥. i. v. cassie nouiter extracte. ℥. v. cap. ve. sebestenanisi: ⁊ zuccheri fiat potio et mane exhibeatur: supra quam medicinã non est dormiendum nisi leuiter: ⁊ post quinq horas ab assumptione eius sumatur prandiũ: nec post hãc medicinam ex natura eius est necessarium lauatiuum: vel si nõ placet in forma potabili potest fieri in forma boli vt infra. ℞. dyacatholiconis Damasceni si habeatur: vel Nicolai sine dyagre. vi. cassie nouiter extracte tapellate. ʒ. iiij. cum zuccharo fiat bolus: ⁊ exhibeatur vt supra: ⁊ obseruetur ordo vt supra. ¶ Facta autem ventris lenitione iam transeundum est ad digerendum etiã materiã que remansit: que iam verisimiliter grossa est ⁊ multũ incinerata: cuius digestiuũ conueniens erit vt infra ℞. syrupi acetosi cõpositi de quinq radicibus. ℥. i. mellis rosa. ℥. v. vel. ʒ. vi. aquarum eupatorij: feniculi qd̃ sufficit fiat syrupus. Et si plꝫ clarificare duplicetur totum: ⁊ clarificetur aromatizando cum modico cinamomi. Nec te terreat exhibitio syrupi acetosi propter acetum ad nocumentum pectoris: qm̃ vt dictum est plus est eius iuuamentũ ad materiam q̃ nocumentum. Et si volumus facere syrupum magistralẽ conuenientẽ et materie in pectore contente ⁊ cõfortationi cerebri fiat vt infra. ℞. corticum radicũ feniculi: apij: yreos: altee: liquiritie munde añ. ℥. ß. buglosse: scabiose cum radicibus suis añ. ℈. j. ysopi: melisse. capil. vene. recentium: scolopendrie añ. ℈. i. violarum: florum nenupharis: florũ camomille. añ. ℥. j. sticados arabici: folliculorum sene. añ. ℥. ß. passularum enucleatorum lib. v. cõquassando conquassentur ⁊ infundantur per diẽ in aq̃ calida: in qua prius per diem infusa fuerint cicera fiat syrup⁹: de quo vti potest ⁊ in casu multũ conueniet. Quo syrupo vel precedenti postq̃ vsa fuerit. vi. vel. vij. diebus apparente digestione in vrina fieri potest solutiuum in casu cõueniens omnẽ materiam ⁊ febris et catarri respiciens vt infra. ℞. turbith agarici añ. ℈. ß. masticis: spice. añ. ℈. v. ⁊ grosso modo contundãtur ⁊ infundantur in. ℥. iiij. aque mellis: vel aque zucharate cũ zucharo ru. Et stante materia multum viscosa in pectore si infundantur addẽdo aque mellis. ʒ. i. oximellis squil. felicitabit operatio eius. tandẽ maneãt in infusione per. vij. horas et post fiat collatura ⁊ fortis expressio: cui addaſ cassie nouiter extracte. ʒ. vi. vel manne electe vt reddatur magis delicata. ʒ. vi. Et exhibeatur in aurora secundum modũ medicinarũ solutiuarum. Et si forte appareret astantibus medicis qui cognoscũt solubilitatem egrote solutiuum tale non sufficere eo casu addi potest. ʒ. v. vel. j. v. electuarij indi maioris: et conueniet. Et obseruetur modus in exhibẽdo lauatiuum: qui obseruari solet in medicinis solutiuis. Lauatiuũ tamen cõueniens erit tale. ℞. aque decoctionis cicerũ rub. ℥. vj. vel. vij. zucchari rub. ℥. v. misce ⁊ calidũ exhibeatur. Et si forte in forma potationis sumere recuset redigi potest ad formã pillularum vt infra. ℞. turbith electi. ʒ. i. v. agarici. ʒ. ß. salis gemme: masticis: spice: an. ℈. v. zinzib. ⁊ quarum dosis est a. ʒ. j. vsq ad. ij. ſm habilitatem solutionis eius. Et si non placuerit in forma pillularum exhiberi potest in forma pulueris vt infra. ℞. turbith electi. ʒ. x. masticis: zinzib. añ. ʒ. j. zucchari al. ad pondus omnium fiat puluis

Et eius q̃titas potest exhiberi. ℥. ß. cum aqua mellis vel zucchari. Et ex his potes conficere confectionẽ si placet. Ad hanc etiam intentionem valebunt dyarob. vel dyacitoniten Nicolai in dosi sufficienti. Mihi tamen magis placet medicina illa potabilis de qua supra. Sequenti vero die post medicinam sumat per duas horas ante diem confectionem vt infra. ℞. metridati. ℈. iiij. dyabuglossati. ʒ. ß. misce tandeſ per sex horas anteqũ sumat cibum: quibus sic factis conuenit sibi quiescere a syrupis per. vj. vel. viij. dies vt natura aliqualiter quieteſ Diebus tamen istis medijs vti potest sumendo singulis mane morsellum confectionis vt infra. ℞. specierum aromatici. rosa. descriptione Gabrielis specierum aromatici nardini añ. ʒ. i. v. cũ zuccharo dissoluto in aquis betonice: feniculi: et scabiose qd̃ sufficit: fiat confectio in forma solida. ¶ Ad hanc etiam intẽtionem ⁊ restaurationem aliqualem facit confectio electuarij Mesue distinctione prima: ⁊ e. i. electuarius vt ipse dicit quo vtuntur reges ⁊ prelati: ⁊ valet precipue ad cõfortationem pectoris ⁊ cerebri: ipsius sumi possunt in mane cocleatia duo: ⁊ ita vicissim variare: nec natura medicaminibus nimis assuefiat: vt dicit. d. Aui. x. tertij de cura asmatis. Et iterum vt idem ipse refert. Inter medicinas et corpora sunt proportiones: que non cõprehenduntur nisi cũ experimento: cũ ergo expert⁹ fueris cognosces quid magis iuuatiuum sit. Tandẽ post aliquos dies potest reiterari digestiuum: respiciendo etiã cerebrũ ⁊ pectus vt infra. ℞. oxymellis compositi: syrupi de sticados: syrupi de liquiritia añ. ℥. v. aquarum feniculi: maiorane: et ysopi añ. ℥. j. et si placet clarificare clarificetur ⁊ aromatizetur cũ radicibus yreos. ⁊ post hos sex vel vij. syrupos possunt sumi pillule vt infra. ℞. pillularũ cochiarum: pillulaꝝ ß de agarico. ℈. ij. cum oximelle simplici fiant pillule: ⁊ si non suffecerit addaſ dosis pillularũ earũdem: ⁊ sequenti die sumatur de mitridato vel tyriaca ꝓut supra: post hec detetur per dies: ⁊ sic circulariter ꝓcedatur: q si natura videatur prouocare sudorem vel vrinaꝫ intendat medicus cum appropriatis sudorem ꝓuocando vel vrinam. Et cũ istis erit completa intentio ad febrem ⁊ causam eius semper aduertẽdo ad reliquas duas dispositiones vt intelligẽti patꝫ. ¶ Iam veniendũ est ad dispositionẽ materie catarralis fluentis. Et huic debet intentio aliqualis cõstrictiua: et ad oppositũ diuersiua: ⁊ cerebri cõfortatiua. ¶ Iuuat igit pri mo cõstringendo aliqualiter et cõfortando: si in introitu lecti alio non obstante sumatur vna pillula grossa de infrascriptis. ℞. agarici electi. ʒ. j. sal. gemme: sticados añ. ℈. i. capil. vene. liquiritie: rase: ⁊ epithimi añ. ℈. v. cum succo caulium fiant pillule. Et adiuuabunt etiam ad sputum facilitandũ. ¶ Ad confortationeꝫ etiã cerebri ⁊ solutionẽ materie: laudo etiã vt in hebdomada semel sumatur in introitu lecti. ʒ. v. metridati semp intelligaſ: nisi reliqua ex parte febris cõtradicũt. ¶ Ad diuersionẽ vero fiant caputpurgia naso ex aq̃ maiorane: vel ex succo bletis: vel radicis eius. Succus etiam anagalis fortius est: et est in casu multũ cõueniens: vt dicit Aui. in ij can. c. proprio. Super gargarismatib⁹ aũt ⁊ masticatorijs in casu isto nõ fuꝫ sum ꝓpter casũ. positum a. d. Mes. c. de catarro. vbi ponit casum exceptuatum: ⁊ suspitio catarri ad pectus ⁊ pulmonem fluere consueti. ¶ Fluxum vero abscendenda ipsius catarri: que iam tute post purgationem exhiberi possunt mirrha ⁊ olibanum cum melle rosꝭ. in forma pillularum redacta. si vna earum in ore teneatur iuuat. Spica etiam nardi inter dentes retẽta est sublimis iuuamẽti. Si etiã ex his olb⁹ vna pillula fiet erit conueniens. Odoramenta etiam in casu facta ex storace: olibano: xiloaloes: ⁊ sandaraca conueniunt. Nigella etiam ꝑ se sola in pecia ligata prius infusa in aceto ⁊ aliqualiter vsta conueniet: ⁊ vbi catarrus esset in totum ineptus: ne sisteretur per aliquod huiusmodi: tunc presumendũ erit ad narcotica: vt sumẽdo pillulã. i. ad omnes morbos catarri: quas ponit Mesue in descriptione pillularũ de eisdem sumatur vna: ⁊ saliua cõtinuo educatur: vel fiant pillule vt infra: ⁊ sunt eiusdẽ Mesue. ℞. myrrhe: croci: spice: storacis añ. per. v. opij partis vni⁹ tertiam: fiant ex eis forme plane in forma lupinorum: ⁊ ex eis vna teneatur in ore: preter quod deglutiatur saliua eius. Si etiam fiat pomum pro cõfortatione cerebri odorando est conueniens ⁊ fiat sub hac forma. ℞. ligni: al. electi: galle musca. Mesue. par. i. ambre: musci añ. per. v. ⁊ cum glutinio dragagãti fiat pomum paruum pro odoramento. Et in his completur intentio habenda ad cerebrum. ¶ Iã restat attendere ad materiam in pectore contentam: ⁊ ad tussis remissionem: ꝓ facilitate cuius vt expuatur primo laudo vt fiat puluis quo vtatur superaspergendo ferculis suis vt infra. ℞. liquiritie: rase: cinamomi

momi: anisi. ana. ʒ. v. croci: pulmonis vulpis ana. ʒ. ij. zuc. albi ad pondus omnium fiat puluis. Ad hanc intentionem valet si in ore teneantur pillule vt infra. ℞. myrrhe croci: granorum pini: granorum coto. excorticatorum: feniculi: anisi amigdalarum dul. succi liquiritie ana. confice cum succo feniculi humidi. Ad hanc intentionem valet loch vt infra. ℞. loch sani et experti. ʒ. j. loch de squilla: loch de pulmone vulp. ana. ʒ. v. cum syrupo de liquiritia fiat loch: vel aliter. ℞. ficus numero. iiij. dactylorum numero. ij. liquiritie: capil. vene. ana. ʒ. v. ysopi. ʒ. j. pulmonis vulpis. ʒ. j. croci. gra. iiij. optime simul terantur: et cum syrupo de liquiritia in formam loch redigantur: et de istis lambendo sumatur. Si etiam in ore teneantur pillule huiusmodi: et sunt azarauiti in. c. de tussi multum valent. ℞. succi liquiritie: myrrhe cardamomi: amigda. amararum ana. ʒ. j. asse. ʒ. v. terantur. et totum permisceatur cum aqua mellis et fiant pillule. Ad remissionem vero doloris spatule sinistre fiat inunctio cum vnguento vt infra. ℞. olei de lilio: et amig. dul. ana. ʒ. v. mucillaginum: fenugreci: et altee ana. ʒ. iiij. ysopi humidi. ʒ. ij. croci. ʒ. v. cum modico cere fiat vnguentum. Vel fiat emplastrum sub hac forma: et est Azar. in antidotario ℞. fenugreci: mellilloti: florum camomille: baccarum lauri: altee: bdelij ana. ʒ. iiij. absynthij roma. ʒ. myrrhe rubee: armoniaci ana. ʒ. ij. caricarum pinguium numero. x. ficus in aqua decoquantur: et bdelium et armoniacum in vino forti infundantur et omnia misceantur et incorporentur: et parum butyri vnctioni addatur. Et ex his fiat emplastrum et loco supponatur: possem multiplicare remedia: sed ista cum dei laude sufficiant. ¶ Vnum tamen restat attendere: quod est confortationi digestiue virtutis stomachi: quoniam: vt dicit Auic. quarto can. fen. septima. c. de tardantibus caniciem. Bona digestio radix est in omni operatione nature: loquitur de digestione stomachi: quoniam addit. Et cum corrumpitur digestio corrumpitur etiam sanguis. Et propterea. xiiij. c. de debilitate stomaci. Idem dicit quod debilitas stomaci fortasse est causa omnium egritudinum corporis. ¶ Hoc dico notanter: quia ad febrem huius domine nostre infirme vt supra dictum est: concomitatur vt plurimum debilitas stomaci: ideo ad huius stomaci confortationem singulariter est attendendum. Fiat igitur inunctio ad ipsius stomacum ante cibum vt infra. ℞. olei spice: olei masticis. et absynthij ana. ʒ. v. gariofi. macis: cinamomi: squinanti: galange: corallorum rub. ana. ʒ. v. cum modico cere fiat vnguentum. Est tamen habenda cautela in vnctione vt nullo modo pertingat ad partes pectoris: quoniam dispositioni principali esset inimica. et cum his laudans ad presens contentus sum pro ista dispositione. &c. ¶ Verum quia superius sepe in diuersis consilijs pro materia catarrali apposui que magis secure vtiliter possunt exhiberi nullam faciens de cauterijs vel alijs ruptorijs vesicatorijs vel causticis mentionem: quibus tamen multi medicorum ytalicorum precipue Florentini audent. Integritate igitur doctrine in curandis catarris: vt curiosus medicus de quibuslicet ad hunc actum pertinentibus notitiam habere possit. Disposui et hec ea: que vltimate pro cura catarrorum applicari possunt. Et postquam iam omnia non conuenerunt: et res posita est velut in desperatione apponere. Primo igitur in fortibus remedijs laudo incipiendo in eis etiam a debilioribus: vt vesicatoria supra collum: posterius apponantur in vacuitatibus quibusdam a nucha: postea fiant capitis sacculi fortes: et fricationes aut vesicationes. Postea si non possint haberi balnea thermarum exiccantium: vt est balneum petrioli: quod maxime in casu nostro valet: vel aliud simile fiat distillatio capiti in forma balnei cum liciuio in hoc appropriato. ¶ Vltimate veniamus ad actuale cauterium supra commissuram factum. Pro regula tamen maxime obseruanda est precipue attendendum: quod si talia remedia fortia semper sint aliqualiter timorosa: maxime tamen sunt periculi nisi corpore optime mundificato fiant. Fiat igitur primo omnimoda et exquisita in pluribus vicibus corporis mundificatio in ea.

¶ Pro preseruatione a casu in pleuresim.

¶ Consilium. xl.

Quoniam spectatus et clarissimus doctor. do. Raphael de busseto Terdonensis ducalium intratarum extraordinarium magister et regulator dignissimus et nonnullis annis citra consueuit fere singulo anno incidere post initium febris acute per duos vel tres dies in pleuresim vnius et eiusdem lateris cum maxima accidentium seuitate. Petitur vbi possibile sit regimen preseruatiuum a casu in dictam dispositionem: precipue ab aduentu pleuresis: que inter morbos acutos absolute magni extat periculi: precipue propter inobseruantiam rectissimam regiminis. Ut igitur satisfiat quantum in me est requisitioni facte: primo declaranda sunt principia euentus talis morbi et reciduationis vt consequenter amotis causis prohibeatur ipsorum effectus. ¶ Dico igitur: quod quia eius dispositio naturalis secundum complexionem corporis et epatis maxime inclinat ad complexionem calidam: et secundum cor siccam: et epar humidam: vnde eius epar videtur ad sanguinem declinare: licet ex influxu cordis ad calidum et siccum in loco dictus sanguis genitus conuertatur ad colericum: coniuncta etiam bona compositione cerebri cum complexione aliqualiter vertente versus calidum: est enim in operationibus animalibus multum viuax cum continuo fer: exercido in ipsis operationibus: que omnia principia preparant ad inflammationem humorum super calefactionem et bullitionem eorundem consequenter in facilem casum in febrem siue sanguineam saltem absolute acutam. Exinde facta ebullitione in humoribus et debilitata precipue particula pleure. vel aliorum membrorum: in quibus pleuresis euenire solet ex primo morbo pleuretico grani et difficili facta est ipsa parata particula recipere in fluxum ex membris fortioribus de materia ebulliente in vasis et tandem fluente ad decliui loci concurrente fortitudine mittentium et debilitate recipientis cum mobilitate ipsius materie. Quibus sic suppositis duplex insurgit principalis intentio ad preuisionem. Vna. s. ad prohibitionem inflammationis et ebullitionis humorum. Alia ad confortationem particule iam debilitate: ne si aliquando etiam fiat ebullitio in humoribus ipsa fortificata et facta potenter resistat transmissioni aliorum membrorum. ¶ Primam autem intentionem complent aliqualiter infrigidantia et humectantia tam ex parte regiminis rerum non naturalium quam ex parte medicinalium. Aliam autem intentionem complent ea: que qualitatiue et manifeste ad inspissationem faciunt substantie panniculi: vt fortior reddatur in resistendo: ne materia fluxus subingrediatur. Cum his etiam et secundo complentur quod a proprietate et virtute dictum panniculum et alia membra pectoris confortant. ¶ Pro expedienda igitur prima intentione cauendum est ab omnibus que febrem inducunt vel conseruant sua calefactione: quia similis est vt dicebat Gal. iiij. de regimi. sanitatis ad principium: custodia futurorum morborum et correctio iam factorum. ¶ Vitetur ergo aer excessiue calidus: tali siue naturaliter vt in estate: siue artificialiter vt aer stupharum: siue mora diuturna apud ignem magnum. Et ad hanc radicem trahitur quod odoramenta calida sunt nociua: vitetur vigilia superflua. Motus etiam superfluus et corporis et animalis: et a multo studio et inquisitione diligenti: et maxime in speculabilibus et arduis: vitetur ieiunium et omnis inanitio vehemens. Ab ira etiam rixa et furore maxime cauendum. Sunt etiam vitanda cibaria quecumque inflammabilia: vt sunt carnes pipionum: anatum: caseus: quales: et huiusmodi. Ab aromatibus et a saporamentis aromaticis maxime cauendum. A salsis quoque et acutis: et a leguminibus: a sinapis precipue allijs: porris: cepe: raffanis: et huiusmodi cauendum est. Non minus etiam vitandum est vinum potens: et his sic collectis summatim facile coniecturari potest quibus est vtendum. Sed precipue in cibis laudo pro secunda principali intentione quia erunt cibi medicinales: etiam ad primam intentionem vsum ranarum debite preparatarum: et carnium ericij: et maxime pulmonis eius: et limaciarum. Sint tamen rane electe vt arboree et in pratis degentes non nigre nec rubee excoriate abscissis capite et cruribus vsque ad medium: et ipsis euisceratis cum modico sale: superaspersis: et postea lotis: tandem secundum artificium magis gratum coctis. Nam in istis est virtus infrigidatiua ex manifesta qualitate. Est etiam in his virtus prohibitiua putrefactionis: cum neque ipse putrescant quam cito cum quam mortue sint vel fuerint: et sic prohibent a casu in febres putridas. quia etiam viscositate aliquali inspissant panniculum: vnde fortior redditur ad resistendum. Idem intelligatur de limacis si debite preparate fuerint. ¶ Pro secunda tamen intentione ex proprietate maxime valent pulmones vulpis: et ericij in omni modo administrationis. Si etiam eligatur panniculus intrinsecus cooperiens costas pectoris pulmonis: et lauetur cum aqua portulace: et capil. vene. et sumatur de puluere in syrupo: de quo infra interdum spero erit singularis iuuamenti. Nam vltra manifestam qualitatem iuuant a proprietate in confortatione pleure. non tamen ex eo quod omne membrum confortat sibi simile in specie: vt dicit Auer. sed etiam quia horum animalium dicta membra ad membra similia in homine: vt per antiquos longa experientia est comprobatum maiorem habent proprietatem et conuenientiam quam maiorum animalium. Et hec quantum ad dietam pertinent. ¶ In medicinalibus laudo vt in principio veris et autumni quando has passiones incurrere solet: nisi natura per aliquam regionem: vt narium: vel emorroydarum faciat

aliqualē sanguinis euacuationē: q̄ fiat leuis flobothomia vel de vena basilica: si fuerit aliqualis ebullitio in humoribus: q̄d ex venis constabit: vel flobothomia fiat diuersius de saphenis pedum: et si natura consueuerit mandare sanguinem per emorroydas: tunc non esset: laudo prouocari emorroydas illis temporibus vt saltem intumescāt vene: et postea apponantur sanguisuge ad extractionem trium vel quatuor. ℥. sanguinis. Intumescent autem vene si superponatur ad anum ventosa sicca: vel superponatur in forma licinij frustrum aloes. vel suppositoriū ex speciebus yere cum myrrha. ¶ In medicinalibus per interius laudo vt illis dieb⁹ fiat syrup⁹: de quo sumat pluribus diebus continuis omni mane. ℥. i. ʒ. v. cum aqua zucchari fiat vt infra. ℞. endiuie epatice aā. M. i. capillorum ve. arnoglosse aā. M. v. liquiritie: ordei excorticati aā. ʒ. ij. seminis papaueris albi. ʒ. v. zucchari albi lib. j. fiat syru. et si bis in hebdomada ponatur drag. j. pulueris: de quo supra felicitabitur. ¶ Laudo et de decimo in decimū. sumat ista leuis potio. ℞. cassie nouiter extracte: dyacatholiconis aā. ʒ. v. reubarbari. ʒ. v. cum zucchari fiat bolus. Uel si placet in forma potionis addat syrupi vio. ℥. i. et cum zucchari fiat potio. Si etiā nocte teneat in ore vel die pillulas bichichias factas vt infra erit conueniens. ℞. seminis citoniorū: seminis ros. gūmi arabici: dragāti: succi liquiritie: boli arme. aā. ʒ. v. pulmonis vulpis: et panniculi intrinseci: pectoris vulpis: aā. ʒ. ij. oīa terant per se: et cum syrupo de liquiritia fiant formule plane. Et cū his deo dā te preseruabitur a casu in dictos morbos: si in obseruātia regiminis nō peccauerit. Et his sum contentus ad presens etc.

¶ Pro dolore lateris post pleuresim nō verā cum reumatica passione pro spectabili domina quadaȝ de spinolis Ianuēse.

¶ Consilium. xlij.

Quoniam ab egritudine quā superiorib⁹ his diebus passa est spectabilis dña Mariola de spinolis derelictus est quidam dolor lateris sinistri fm partem anteriorē: occupās etiā p parte musculū domesticū brachij eiusdem lateris: qui potissime pendet ex certa reliquia materie flegmatice et ventositatis. que remanserunt in musculis thoracis extrinsecis: et conseruatur a defluxu proportionalis materie a capite. ¶ Et quoniā membra eius principalia maxime cor et epar videntur ad calidū satis declinare: cerebrū etiam et si humidū sit ad calidū tamē magis q̄ ad frigiduȝ per propria accidentia naturaliter lapsum videt: et p hoc inde ab his omnibus materia dicta catarralis salsedineȝ acuitate quadā participat. ¶ In hoc igitur casu due occurrunt intentiones. Una. s. ad remouēdum materiam: que derelicta est in musculis dictis: et ad confortationem dictorum membrorum. Secunda intentio est ad preuisionem: ne materia catarralis deorsum fluens generetur. Et si pur aliqua portio generaretur ad alias partes nō timorosas diuertat. Ueruȝ quia vt dixit Gal. quarto de regi. sa. Similis est custodia futurorum labor: et correctio iā factorū: et alibi. Quecunq̄ sanant passiōes iā scientes hec: et anteq̄ fiāt phibēt cōsistere: idcirco in casu ad correctionē primo ponentur ea: que prohibēt generationē dicti catarri vt per hec et actualis catarr⁹ et materia iā fluxa amoueat. ¶ Est igit p regula primo notandum: q̄ et si hic catarrus non sit valde calidus et acutus: ipsius tū causa maxime promotiua est notabilis caliditas membrorum ipsius inferiorum vt epatis et cordis. ¶ Pro regimine igitur speciali aer excessiue caliditatis vitandus est: quia ad euaporationem facit: et ex hoc obseruetur quod tempore estatis non est morandum sub radijs solis: immo fugienda sunt loca calida. Et proinde post lotionem capitis siccare caput sub sole timorosum est: vitetur etiam aer excessiue frigiditatis. Idcirco cauendum est a vento australi et boreali: precipue cum boreas ad austrum sequitur. Aer etiam nebulosus et pluuiosus in casu est disconueniens: vbi igitur tales sint temporis constitutiones rectificandus est aer camere: cum modo de quo etiam in proprio consilio fecit mentionem magister Iohannes martinus: et ego in consilio magno. Et hec de aere. ¶ Exercitium eius membrorum inferiorum conueniētissimum est: quoniam materias ad inferiora diuertit: non tamen fiat super repletione: immo fiat eua cuatio superfluitatibus prime et secunde digestionis in mane et in sero fiat distāter a cibo per sex horas et nunquam tamen fiat laboriosum et insistāter: ne membra principalia calefiāt: q̄ṁ ipsoruȝ intensa caliditas est cā precipua huius nocumenti. ¶ Circa somnum et vigiliam dicatur breuiter: q̄ quia somnus cuȝ plongatur replet caput. vt tradunt auctores non sit prolixior. vij. horarum ad plus: et sit nocturnus non diurnus nisi pp̄ter necessitatē tēpore noctis nō dormientis: quo casu conuenientior hora somni diurni est de mane vsq̄ ad tertias. Et si nō sufficiat fiat post prandium per duas horas ab assumpto cibo: fiat tamen capite semper decenter cooperto: non tamē nimis calefacto: extremis etiam vt pedibus et manibus coopertis in camera vndiq̄ clausa pedibus discalciatis: et super lecto molli: quoniaȝ iacere super rem duram vt vult Auen. preparat ad rupturam vene in pectore. ¶ De inanitione et repletione sit pro regula: quod omnis repletio nocet: et melius videt in casu ad subtiliores dietas a mediocri et cōi dieta declinare quā ad grossas semper in hoc obseruādo: quod ventris lenitio singula die necessaria est que nisi naturalr̄ habeatur procuret cū suppositorio vel clystere cōi: de quo in consilio magno fit mētio. ¶ Coitus etiā in hoc casu fortificata prius virtute: si cum mensura et ordine fiat nō est inutilis: sit tū in eo parcitas et moderantia. ¶ Circa passiones animales summatim dicatur: quod gaudere et letari in casu plurimū iuuat. Irasci vero et tristari plurimū nocet. ¶ De cibo vero et potu summatim dicat cauendum esse ab oībus cibis euaporabilibus et inflāmabilibus. Et proinde oēs species calide in frequenti vsu vitande sunt: quecūq̄ etiā multuȝ dulcia et amara et salsa sunt nociua: licet suauia dulcia conueniant. Pinguia etiā et vnctuosa nocent multū: etiaȝ frigida maxime si cum eis conungat humiditas excellens. Uitanda sunt qualia sunt cōia genera fructuū: spinachia: et lactuce: et hmōi nisi tp̄e magni estus: q̄ṁ tunc parcitas in eis est cōueniens. Acetū etiam in casu est nociuū: nisi aliqñ pp̄ter sapores cōficiēdos: et tunc sit acetum passulatū. Reliqua etiā acria nocēt vt agresta: vinū granatorū muzorū: et arancciorū acriū: licet interdum aliqua granata dulcia: et succus eorū satis sit conueniens. Idē dico de arancijs dulcibus. Panis sit electus: de quo in consilio magno. Carnes etiam eligantur: que ibidem dimittendo partes viscosas et musculosas: et interiora animalium quadrupedum: nisi sint pulmones vulpis et ericij: qui singularissime valent. Iam circa potum maxime in prandio aliquid vini exhiberi potest q̄ sit paucifertum et aquosum. Mixtum etiā cum aqua mellis fm artem facta: vel aqua zucchari tempore estatis. De reliquis vero cibarijs recurratur ad ea: que scripta sunt in cōsilio magno: frigidiores tū de ipsis de quibus fit mētio eligēdo q̄ calidiores. Inter reliqua tū precipue placet vsus de pultibus factis ex duabus partibus farine ordei: et vna parte farine cicerum cuȝ brodio pulli: maxime tempore cene. Est semper habenda regula: q̄ maior parcitas sit in sero. s. in cena q̄ in prandio. Et hec de regimine cōuenientis diete. ¶ Ad medicinalia vero veniendo vbi duplex est intentio. s. ad actualem dolorem cum materia coniuncta et ad preuisionem a fluxu materie catarralis. Primo pro radicatione materie que remansit in pectore laudo puluerem superponendum ferculis suis fiendum vt infra. ℞. liquiricie rase. ʒ. ij. capillorū ve. ʒ. i. anisi. ʒ. v. pulmonis vulpis. ʒ. v. i. myrtillorū. ʒ. i. croci. gra. iiij. zucchari ad pondus omniū mis. et fiat puluis subtilis. Ad hanc intentionem laudo interdum sumi in mane. ℥. iiij. aque mellis tepide cum. ʒ. v. pulueris confectionis quam facit Mesue in antidotario distinctione prima: et est electuariū quo vtitur reges et prelati. Et si non potest redigi in formā pulueris sumatur de eo electuario ad quantitatem. ʒ. j. non tamē continuetur: sed interdum sumatur stante aere recenti et frigido. Pro hac intentione valet aliqñ lambendo loch de pino cuȝ modico zucchari vio. Et pro hac intētione si volumus fortiora abstergentia mundificantia recurrendum est ad consiliuȝ magnum in quo ad hanc intentionem multa ponūtur. Pro siccatione vero dicte materie et confortatione membri laudo in meridie sumere. ʒ. ij. zucchari ro. cum. ʒ. v. boli ar. non tamē exhibeatur nisi stomacho vacuo. s. post prādium hora. vj. vel vij. Ad resolutiones autem per inunctiones: primo laudo cerotum factū cuius descriptionem habet apothecarius. Et si non suffecerit laudo emplastrum vt infra. ℞. caricarum pinguiū numero. x. baccharum lauri: althee: aā. ʒ. iiij. camomille. ʒ. ij. butyri vacini parū: et croci parū: omnia simul incorporētur. Ualet etiā inunctio facta vt infra. ℞. ysopi humide: pinguedinis galline: mucilaginis althee. aā. ℥. v. radi. yreos baccarum lauri subtilissime puluerizatarū: aā. ʒ. v. croci: et cere parum fiat vnguentū molle. Ad hanc intentionem valet emplastrū singulare azararū: positum et in cōsilio magno q̄d sic fit. ℞. fenugreci: mellilori: florum camomille: baccarum lauri: altheeribdelij: aā. ℥. v. absinthij. romani. ʒ. iij. myrrhe rubee armoniaci aā. ʒ. ij. caricarum pinguium numero. x. ficus in aqua decoquantur:

coquant: ꝛ bdelliū: ꝛ armoniacum infundantur in vino forti: et omnia misceant ꝛ bene incorporent cum modico butyri vaccini. Et ex his fiat emplastrum: ꝛ hec de prima intentionem huius partis. ¶ Ad preuisionem futuri fluxus laudo interdum vt quibuslibet.xv. diebus vel.x. fm maiorē ꝛ minorem grauitatem capitis sumatur in introitu lecti in sero post cenaz per tres horas vna pillula grossa.ʒ.v. de pillulis assereret. A. facti vt infra. ℞. specierum yere cum aloe.ʒ.ij. mirobolanorum citrinorum.ʒ.v. masticis.℈.v. cum succo caulium fiāt pillule. Et si nō sufficerit vna ista possunt exhiberi due eiusdē quātitatis. Iste pillule in casu multū mihi placent: qꝛ cū hoc ꝙ euacuant ꝓhibent fluxum materie deorsum ꝛ inflammationem mēbrorum calidorum: a qua in hoc casu cauendum est maxime. Et si pur appareret talem pillulam in solutione non sufficere propter debilem virtutem potest addi dosis vsqꝫ ad.ʒ.i. componēdo duas pillulas. Et vbi etiam non sufficiat addatur agarici.ʒ.v. ꝛ tunc minor quantitas sumatur. ¶ Post hoc laudo ad diuersionem fieri caputpurgium naribus attrahendo per nares in mane: expulsis tñ superfluitatibus cōibus cum domestico quod fit cum aqua sublimationibus maiorane cuz modico vini albi. Et si non sufficiat sumatur de succo radicum bletez depurato cum aqua dicte maiorane. Et fortiora eis colligi possunt in consilio magno. ¶ Ad sistendum vero catarrū tempore noctis laudo singulariter bolū armenū cū modico aque mellis: vel aqua ordei. Valēt etiā pillu'e de quibus feci mētionem in consilio magno: inter quas sunt gradus in fortitudine ꝛ debilitate. ¶ A debilioribus vero incipiēdum est: ꝛ si nō suffecerint ad fortiora. Idem dico de odoramētis. Sed non omittendū lixiuiū: de quo fiēdo est lotio capitis qđ fiat vt infra. ℞. lixiuij facti ex cinere stipitum iuniperi: ꝛ rorismarini quātitatē quā volueris: ꝛ in dicto lixiuio facta colatura infundāt pecia in q̄ ligent spēs vt infra bulliant aliqb' bullitionibus. ℞. macis nucismu. cubebarū: gariofo. ań.ʒ.i. sandalorū citrinorū: coralorum ru. ań.ʒ.v. misce. Et his sum contentus ad presens ꝛc.

¶ De pseruatiōe a casu in ethicā ꝛ vlceratione pulmonis siue cāne eius fluente materia catarrali salsa.

¶ Consilium.xlij.

vnum: vel duo de syrupo ipsorum conditorũ:⁊ hoc fieri potest
frequentius. ¶ Laudo consequenter facta mundificatione vt
supra fiat cerotum stomacho vt infra. ℞.masticis: rosarum:
galange.gar.macis aã.ʒ.v.coriandrorum preparatorum:co-
ralorũ rubeorũ aã.℈.i.ligni al.℈.v.gallie musca.gra.vj.lauda
ni.ʒ.ß.olei masticis ⁊ spice aã.parum cum modico cere ⁊ picis
si expedit fiat cerotũ in bona forma. ¶ Ad hanc intentionem
si non placet cerotum fiat vnguentũ vt infra. ℞.olei masticis
℥.i.olei spice.℥.v.olei citoniorum.ʒ.ß.cum modico cere et fiat
vnguentum. ¶ Pro inunctione stomachi:⁊ si ante inunctio-
nem fiat fomentatio cum spongia infusa in decoctione vt in-
fra erit conueniens. ℞.absynthij squinanti.aã.M.i.cyperi:ci-
namomi:corticum citri:macis.aã.ʒ.i.v.rosarum rubearũ: nu-
cis muscate:coriandrorũ preparatorum.aã.ʒ.i.omnia bulliãt
in vino vermiglio:et deinde fiat fomentatio. Placet etiam in-
terdũ continuari de confectione vt infra. ℞.per horam vnam
ad minus ante diẽ:vel ante cibũ.⁊ erit conuenientius. ℞.do-
ronaci.℥℥.gariofo.cinamomi:masticis aã.ʒ.v.coralorũ rub.
℈.i.pelliculárum stomachorum interiorum gallinarũ prius
infusarũ in aqua absynthij ⁊ vino aromatico pariter ĩ aquis
menthe ⁊ absynthij:quod sufficit fiat cõfectio in morsellis. Si
etiã de predicto puluere non reducto in confectione addendo
ad quantitatẽ tantũdẽ zucchari albi fiat mixtura pro superas-
pergendo ferculis loco piperate credo plurimum proficiet. Et
his ad presens sum contentus ad laudem altissimi ⁊ totius cu-
rie celestis triumphantis.

¶ In mala complexiõe calida ⁊ sicca epatis in regimine per
dietam. ¶ Consilium.xlviij.

In dispositione ista que est mala complexio calida
⁊ sicca principaliter epatis:ex qua tanq̃ ex radi-
ce fiunt accidẽtia varia. ¶ Pro preseruatione igi-
tur a casu in nocumenta apta consequi ad hãc ra-
dicẽ laudo primo in obseruatione aeris vt caueat
ab aere calido ⁊ sicco. Et ideo tẽpore estatis cauendũ ab exerci
tio corporeo etiã animali:maxime laborioso. Quod si pur ne-
cessitas promoueret eligatur hora tẽperatior vt in mane et se-
ro. Et ex hoc cõcluditur ꝙ tẽpore noctis etiã in tẽpore nõ intẽsi
caloris nõ stet nimis coopertus pãnis circa dorsum. Nec etiã
dormiat super lecto nimis calido: vt de pluma nimis subtili.
Talis ordo in cibo et potu obseruetur. ¶ Primo cauendũ est
ab omnibus cibis multũ inflãmabilibus: vt confectionibus
de melle:auibus paruis montanis:salsimentis factis cũ mul-
tis speciebus:maxime pipere cinamomo ⁊ similibus. Cauen-
dũ a lacte ouis:sorbilibus:porris:alleis:cepe:synapi:eruca ma
iorana:⁊ similibus herbis calidis. ¶ Inter carnes precipue
conueniunt carnes edi.vituli etiã pullarũ iuuenũ:perdicum:
turturũ:⁊ tempore hyemis non inconuenit aliquando come-
dere de castrato. Sed carnes agni conueniunt:⁊ carnes lima-
ciarum:⁊ ericij:que vltra qualitates manifestas a proprietate
conueniunt. ¶ Inter carnes piscũ valent ⁊ habent precipuũ
iuuamentũ pisces petrosi parui aque dulcis:⁊ gera conchiliũ
⁊ aliqui canceri bene cocti:⁊ optime masticati non obsunt:⁊ ge
neraliter in hoc casu elixata magis placent q̃ assata. Inter
herbas conueniunt lactuce:endiuia precipue:borragines:tera
scon.i.cicorea:spinachia:portulace:cum aliquibus bletibus.
Primo alijs ferculis laudatur panicum:milium:similia con
fracta ⁊ bene cocta:frumentum etiã abiectis prima elixatura.
Far etiã aliquãdo non obest. Et qñ nõ comeduntur carnes con
uenit viuarolũ cũ ouis ⁊ herbis suprascriptis:⁊ modico caseo
iuuenili modicissimi salis:q: sal in isto casu multum vitupera-
tur. Vinũ vero sit subtile medij coloris: vel album paucifẽrũ:
⁊ etiam notabiliter mixtũ:⁊ plus in estate:⁊ minus in hyeme:
⁊ non bibatur pro vice multũ: maxime stante magna inflam-
matione ⁊ siti. Et si pur necessitas promoueret: vt in mane vel
in meridie tẽpore estatis tunc maxime conuenit sumere vnum
vitrum aque or.cum modico zucchari si placet. ¶ De motu et
quiete breuiter dicatur:ꝙ laboriosum exercitium corporeũ ma
xime nocet:⁊ precipue si fiat post repletionem. Conuenit ergo
moderate exercitari post.vj.vel.vij.horas post prandium:vel
in mane:prius tamen expulsis superfluitatibus cõmunibus:
⁊ non aliter. Non sit tamen exercitium perducens ad lassitu-
dinem:imo in isto casu melius est declinare ad quietem q̃ ad
immoderatũ exercitiũ. ¶ Circa sõmnũ ⁊ vigiliam breuiter di-
catur:ꝙ licet vtraqꝫ modum excedentia sint nociua.tamen in
hoc melius est plus ad somnũ declinare q̃ ad vigiliam. Nõ ta-
men laudo de die dormiendũ esse nisi magna fuerit necessitas
propter vigilias noctis:quo casu dormiendũ est in obscuro ca-
pite bene cooperto. ¶ De inanitione ⁊ repletione laudo ꝙ in
casu non comedatur vsqꝫ ad saturitatẽ:imo surgatur a mensa
reliquijs famis adhuc existentibus. Ieiuniũ tamẽ in hoc casu
non conuenit:q: perducit ad inflãmationẽ:et maxime in hoc
casu: vituperatur coitus:imo cauendũ ab eo tanq̃ ab inimico
interficiente. ¶ De passionibus animalibus dicat breuiter:ꝙ
maxime cauendũ ab ira:tristitia:sollicitudine : et ab omnibus
inflãmare ⁊ exiccare potentibus. Gaudiũ tamẽ moderatũ con
uenit:sed nõ immediate post cibum frequenter. Et hec scripta
sunt ad preseruandum medicinalia relinquens.

¶ De ydrope ascite pro Magnifico dño Dominico moro ve-
neto viro patricio.capitaneo brixie.

¶ Consilium.xlix.

Casus huius magnifici dñi Dñici moro viri patri-
cij Veneti:et dignissimi nunc Brixie capitanei:est
ydropisis ascites:cuius naturalis cõplexio radi-
calis fm epar principaliter fuit ad calidum decli-
nans:q: sanguinee cõplexionis fm totum:⁊ cũ tẽ-
peramento quasi actiuarũ ⁊ passiuarum fm cor:⁊ fm cerebrũ
parũ ad calidũ declinat.non existente nũc etiã notabili lapsu
ad calidũ vel frigidum fm epar licet ad humidũ decliner. Que
omnia per accidentia in eo apparentia satis manifeste decla-
rari possent.licet ꝙ hoc magis esset ad apparentiam q̃ ad vti-
litatẽ:neqꝫ in hoc est discrepantia dominorũ suorum physico
rũ. Idcirco hoc supposito materiam continentẽ in tali dispos-
tione etiã fm maximã partẽ esse contentã in vacuitatibus mi
rach ⁊ membrorũ sibi vicinorũ:vt in mesenterio ⁊ in alijs intes-
tinis:siue panniculis eiusdem mirach.licet aliqualis portio

sit etiā in cōcauitate ꝛ spaciositate manifesta inter siphac et intestina: quod totū declarari pōt ex eo ꝙ vēter fm partem extrinsecā est notabiliter tumefactus: imo cū notabili eminētia vmbilici siue stando fuerit siue supra dorsum iacens: nō coniuncta tñ difficultate anhelitus neqꝫ tussis: neqꝫ ad cōmotionem sui ipsius in alterū laterū percipit sonus aque mote: que cōtingere nō possent si materia tota vel fm maiorē partē esset clausa i spaciositate illa media: vt patere potest discurrenti cum bona aduertentia. Cōiūgitur etiā in eo cōueniens satis appetitus ad cibū: ꝛ bona tollerātia stomachi ad ipsum transmutandū: qꝫ est sine grauitate: sine extēsione eius post cibū. Cōiungitur quoqꝫ cū euacuatio quasi moderata in quantitate de materia vrinali respectu eius humidi: qđ sumit de cibo vel potu. Cōiūgit etiā cū eo obediētia nature in emittēdo materias grossas fecales ꝛ satis digestas declinando magis ad siccitatē ꝙ ad lenitatē: cū obediētia etiā nature ad solutionē cum medicinis satis facilibus ꝛ per clysteria. Ex quib⁹ omnib⁹ concludit eū nō esse desperatū: imo cū obseruātia boni regiminis vt obedientissimus est nō tantum etiā dieta sed in medicinalibus de quibus infra: ex quo stat mihi bona spes salutis cum sit radicaliter bone cōplexionis ꝛ materia situaliter locata: vt nō requirat per euacuationē frequētē vsum medicinarū solutiuarū ꝓ eo cum materie circa mirach existētes cōuenientius minorabuntur vel extenuabunt vel resoluātur per medicinas locales: scilicet fas: vel sacellationes: vel inunctiones: ꝛ reliqua ꝙ per medicinas solutiuas ebibitas: vt patet cōsiderāti. Et si est necessaria aliquotiens euacuatio per solutiua naturaliter est boni mirach et grossi iuuātis ad tollerantiā impressionē dictarū medicinarū: obediēs etiā natura ad cibū cū priuatione nocumētorū post eū sumptū declarat satis stomachū de se bene preparare: vel posse chilū ad sanguificādū eū circa epar cōsiliēta etiā natura sicca circa materias fecales moderate: tñ denotat non abūdare materiā plurimā in spaciositate magna ventris. Unde. A. volens inuestigare de signis ad bonū vel ad malū cōtrahēdo ad vētris lenitionē vel stipticitatē dixit. Et opꝫ vt sit natura in lenitate ꝛ siccitate cognita. Natura eñ sicca vt addit melior est ꝙ cū ipsa est lenis ꝛc. Qñ tñ est indigētia solutionis ꝛ euacuationis materie cōtente in spaciositate magna illi cōuenienter educi poterit per clysteria stāte natura obediente: vt dictū est: que de se in hoc casu sunt parata multū iuuare magis ꝙ ebibita ꝛ sumpta per os: ex cōsequēti min⁹ sequetur in virtute lesio: vt patet propter dictas medicinas nō peruenire ad stomachū ꝛ ad intra epar sicut faciūt medicine date desuper. Et hāc sententiā posuit. d. A. in. c. proprio in cura ascitis cū dixit loquens de regimine per medicinas euacuantes aquositatē supple cōtentā in spaciositate dicta. Regimē aūt euacuās aquositatē est cū solutiuis ebibitis ꝛ clysteribus ꝓprie: signāter dixit proprie vt innuat ꝙ per clysteria cōuenientior fiat euacuatio. Et hec declarās addit. Ipsa eñ sup. clysteria sunt propinquiora ꝛ leuiora super naturas ꝛ remotiora aliqua factione sup. ꝙ ebibita. Et hec sufficiāt de casu causa declarationis nō tñ possibilitatis cure: imo ꝛ spei curationis. ¶ Pro qua perficiēda duo faciā. Primo ponā regimē in dieta cōuenienti circa res nō naturales. Secūdo ponā regimē medicinalū enumerādo quib⁹ vtēdū est ꝛ modū ꝛ ordinē applicationis earū ꝛ de his omnib⁹ prius habita participatione ꝛ cōsultatione cū clarissimis physicis suis. ¶ Pro primo igitur expediēdo circa dietā. Eligat aer aliqualiter ad siccū declināns: ꝛ etiā parūper ad calidū cū materia cōsiliēta sit frigida: etiā in eū sit debilitas caliditatis innate. Ideo aer frigidus est multū disconueniēs ꝛ propter cām antecedētē ꝛ causam cōsiliētē. Ideo nō tñ vitādus est aer frigidus imo etiā quilibet aer grossus nebulosus padulosus ꝛ ventosus: proinde nūꝙ habitādū est in locis terrenis ꝛ humidis etiā estate sed in locis altis depuratis a vaporib⁹ grossis: excessiua tñ caliditas dissolutiue virtutis resoluēdo spūm est etiam apta ad nocēdū. Ideo habitatio in stuffis nō est simpliciter cōueniēs etiā hyeme: precipue cū aer taliter calefact⁹ immediate trahat ad mēbra spūalia ꝛ ad cor a quib⁹ mēbris resolutio necessaria nō est. Sit ergo aer camere fm ꝙ dictū est. s. ad siccū declināns: ꝛ parū tñ ad calidū. Et si aromatizet camera hyeme cū suffumigio aromatico ad calidū declināte: vt ponēdo parū de pasta vt infra supra carbones erit conueniens. R. cinamomi gal. spice an. ʒ. j. v. storacis. ʒ. v. cū terbētina misceant ꝛ fiat pasta ꝛ ponatur ad ꝙtitatē lupini supra carbones. In estate aūt cū sup: adictis pōt addi parū florū nenufaris ꝛ sandalorū citrinorū: ꝛ hec de aere dicta sufficiāt. ¶ De exercitio aūt dicatur ꝙ dixit Serapio ipsum cōuenit in ydrope plus ꝙ oīs reꝫ ꝛ ita nō tñ laudat ipsum qñ infirmus pōt ambulare quod est ei maxime conueniēs tūc: ꝛ sit lōgū ꝛ laboriosum taliter vt ducat ad sudorē si possibile est: sed etiā qñ sic fieri nō posset ꝓpter debilitatē ꝛ grauitatē mēbrorū ꝛ vt ferātur in curru vel portētur sedētes sup cathedrā sine labore: deinde ambulēt aliqualiter gradiētes super terrā. Et si fiat sudor cū exercitio abstergatur ꝛ exerceat cū pānis lineis. Et qñ aliter fieri nō posset fiāt fricationes primo ad crura descēdēdo: deinde ad dorsum ꝛ brachia fricando in deorsum: ꝛ postremo ventre ad ventrē suauiter fricādo. ꝛ cū pānis nō nimis calidis a principio: sed in ꝓcessu calidioribus. ꝛ cōtinuādo ad quartā hore admin⁹ dictas fricationes vētris: nā in his speratur maximū iuuamentum: qñ humiditates grosse q̄ ibidē retinent subtiliātur ꝛ resoluuntur: que tñ species exercitiorū sunt mēsurande fm tolerantiā virtutis. neqꝫ semper debēt esse equales in lōgitudine: nā si ex eis percipiatur lassitas ꝛ resolutio in virtute est desistendū ab eis: ꝛ si aliqñ lōgiori tpe fiāt ꝛ aliqñ breuiori. Nō etiā fiant nisi mūdificato stomacho a cibo cōtēto in eo ꝛ pro parte mūdificato epate etiā euacuatis superfluitatib⁹ grossis ꝛ cōtib⁹ si fieri pōt. Proinde dixit Serapio necesse est in hoc medicāti prudētiue mēsuret quātitatē motuū ꝛ qualitatē eorū fm quātitatē virtutis ꝛ fortitudinis: ꝛ hec semper fiāt in aere sibi cōuenienti in loco clauso. Et hec hora cōiter cōueniēs est post preteritū cibum per. vij. vel. viij. horas ante futurū cibū per horā ad minus cū dimidia: qñ adminus per horā oportet tardari futurū cibū: vt fuit sententia Arist. vt mēbra quietentur. ꝛ hec de exercitio. ¶ De somno aūt dicat: ꝙ in casu stāte intētione resolutionis somnus offerēdus est multū moderatus ad refocillationem tñ virtutis ꝛ cōseruationē eius. Nā in vigiliis plurime superfluitates dissoluunt ꝛ per sreatus sensibiles ꝛ etiaꝫ insensibiliter vbi tpe somni multe tales retinent. ꝛ ꝓpterea somn⁹ diurnus in casu in totū vituperat: nisi forte propter necessitatē dictā: vt qñ. s. ꝓpter aliqđ accidēs nō potuisset sufficiēter dormire i nocte. Somnus igit nocturn⁹ nō sit supfluus. s. vij. vel circa horarum vel circa. Neqꝫ est principiādus somn⁹ nisi admin⁹ sumpto cibo post duas horas vel circiter: ꝛ si nocte euigilauerit conueniat vt fiāt mundificationes ꝛ expurgationes vrinarum et etiā ventositatū nō tñ irritādo nimis virtutē. ¶ Et est ꝓcipue attēdēdū in somno in hoc casu vt non voluat supra partē dextram nisi mundificato iā stomaco vel cibo ꝓbabilr digesto: qñ fertā cōuersione supra dextrā cibo nō existe digesto comprimit cib⁹ extra stomachū. ꝛ subingredit epar et indigestus: ꝛ sic ille sit⁹ factus ad epilensiē: q̄ hui⁹ male cōplonis est de ꝓcipuis causis. s. trāsactis septē horis ab assumpto cibo cum talis accubit⁹ est conueniēs ꝓpter id qđ dictū est. ¶ In passionib⁹ aūt aialibus ꝓ regula dicat ꝙ oēs ille passiones q̄ ad infrigidationem ducūt ꝛ constrictionē ad interius: vt est tristitia: timor: ꝛ vehemens animi applicatio circa aliqđ difficile: ꝛ maxime triste est in casu multū nocēs: qñ talr ꝓhibent materie resoluende a resolutiōe cōuersis materieb⁹ ad īteriora cū calido naturali: vñ partes exteriores īfrigidant ꝛ īspissant: ꝛ ita pori ꝯstrigunt ꝓhibētes dissolutionē materiꝫ. E ꝯtrio aūt aiales passiones letificātes ꝛ virtutē cōfortātes vt est gaudere bñ sperare cōuertētes spūm ad exteri⁹ cū materieb⁹ faciūt singularissimā vtilitatem in casu nostro: ꝛ ita letari ꝛ gaudere cum delectis ꝛ induere vestes scarlatinas ꝛ de sirico: ꝛ deferre anulos gemmatos: ꝛ loqui de rebus placibilibus: ꝛ audire sonos ꝛ cantus delectabiles ꝛ gratos: ꝛ speculari in pulchris formis hec omnia multum in casu iuuant. Coitus aūt vt annexus animalibus passionibus ad pñs vsqꝫ dum virtus sit magis fortificata ꝛ minorata sit fm magnā partē materia nullo mō est admittēdus. sed succedente dispōne ad ꝓximiorē salutē cū fortitudine virtutis tunc moderatus ꝛ in tpe debito factus vt post. vij. vel. viij. horas a cena versus mane nō discōueniret: imo credo iuuaret. Et māifestatio iuuamēti declarabit qñ. s. post eū celebratū corpus leue factum fit ꝛ melius dormiens cum bonitate meliori cogitationuꝫ animalium ꝛ extimationū. ¶ Circa inanitionē aūt ꝛ repletionē sumarie dicaē ꝙ in hoc morbo subtiliatio regiminis est necessaria: de quo dicit Helibas in hoc casu. Expedit patientem ciborum arcere copiā: ꝛ adducit rōnem: qñ cibus sua multitudine stomachū aggrauat ꝛ a digestione ꝓhibet: corporisqꝫ auget humiditatē ꝛ ea orē extinguit naturalem cuꝫ in hmōi morbo debilitas sit illi vt dixit. Et alibi i eodē capitlo dixit laudabile autem in huiuscemodi domino famē: timur: ꝛ aque paucitate potus. Et. A. dixit vna de melioribus intentionibus curatiuis est subtiliatio regiminis: non intelligatur vt sit subtilitas regiminis sicut in morbis acutis: quoniā cuꝫ tā subtili dieta nō

possit virtus cõstare vsq ad statũ morbi: ⁊ sic notabiliter posset succedere declinatio. Sed intelligat vt subtiliet regimen qd̃ natura cõseruari possit: verbigratia eligẽdo de tota dieta grossa que cõuenit in morbis lõgis partẽ subtiliorẽ declinãtẽ ad dietã morborũ acutorum: vel saltẽ versus dietã tẽperatã. Fiat etiã inanitio ex parte mũdificationis nature: etia .s. vt sit natura lenita vt omni die habeat vẽtris lenitio. Et qũ a natura vel spõte nõ fiat tũc clysteria in hoc casu sunt multũ cõuenientia: vt per ea educantur materie nõ tñ cõtenta fecales q̃ si retineant in casu multũ nocẽt stomacho ⁊ epati vicinitate earũ: sed etiam euacuẽtur flegmata mucilaginosa ⁊ aliquid de materia cõtẽta paulatine tñ ⁊ suauiter: vt infra latius dicet vt cũ his q̃ inferius dicẽtur. nã per euacuationẽ harũ mucilaginũ saltẽ deopillantur meatus vnde facilius materia per poros intestinorum ad intra intestina ab illis educi põt. ¶ De cibo aũt ⁊ potu primũ opꝫ presupponere q̃ cũ hec dispositio habeat maximã radicẽ ex opilatione precipue pororũ substãtie epatis ⁊ nõ sic venarũ dissem inatarũ per substãtiã eius vt probabiliter per rõnem deduci possẽt: sed hec declarare in hoc loco nõ est de intẽtione nostra. Et qñ huius opilationis due videntur esse precipue cause gñales: vna .s. ex parte materie: ⁊ alia ex parte cause effectiue. ⁊ materia que generat talẽ opilationẽ dicebat Auic. aut est humor aut sanguis opilans propter suã grossitiem aut suam viscositatem aut propter suam multitudinẽ sup. si etiam materia vel humor esset in substantia equalis: licet ad hanc opilationẽ etiã vt arbitror cõcurrat ventositas grossa coniuncta humiditati fouenti eam: ⁊ de cã efficiente stat principaliter debilitas in expulsiua epatis ⁊ mẽbrorum sibi seruientium cũ de debilitate digestionis ẽm partẽ ⁊ ẽm partẽ corrupte digõnis ⁊ debilitas maxime conseruatur a causa frigida nõ excessiua gradualiter: sed a diminuta caliditate vt naturali: ⁊ posset etiã deduci per euidẽtias satis manifestas collectas ex accidentibus ⁊ preteritis ⁊ presentibus in malitia sua. Idcirco hoc supposito oportet circa dietã in cibo ⁊ potu vitare quecunq grossa: ⁊ quecũq viscosa: ⁊ quecũq stiptica constringentia: et quecunq intense frigida minuentia caliditatem innatam.

¶ De nocentibus tamen ex grossis quedã sunt que sunt magis parata nocere: vt in quibus cũ grossitie cõiungitur caliditas: nã propter caliditatem citius trahuntur indigesta: ⁊ cũ grossitie sua sũt parata magis opilare. Et hoc modo omnes carnes grossorũ animaliũ ⁊ maxime salite ⁊ caseus salsus: et maxime antiquus: ⁊ pisces saliti omnes tales plurimũ nocent opilando cũ sua grossitie cõiuncta caliditati accidentaliter acquisite per salsedinẽ. Ista tamen etiã non salita: et sibi similia grosse substantie: vt sunt fere omnia genera leguminum sunt in casu nociua. ¶ Et etiam carnes naturaliter grosse cum caliditate coniuncte: vt sunt carnes anatum ⁊ anserum. ¶ Et ita cũ hac regula discurrere possumus ad omnia substantie grosse ⁊ que in casu vitande sunt. Et licet talia grossa omnia noceant. ex hoc tamẽ non debet concludi q̃ omnia subtilis substantie sint conuenientia. nam ea subtilis in quibus est acuitas et mordicatio vt est acetum ⁊ acetosa vehementer sunt in casu nociua. nam sua mordicatiõe ledunt epar. ⁊ in hoc dominio precipue sunt apta ledere propter possibilitatem iuncture spatule: ⁊ nocumentũ neruorũ in ea. Per hoc etiam q̃ viscosa sunt parata facere opilationẽ idcirco ab omnibus illis cauendũ est. Et si cũ viscositate etiã cõiũgatur frigiditas tũc etiã illa magis nocẽt. Et hoc modo pisces recentes: grossi: modicarũ squammorum vt sunt anguille: tenche: ⁊ cibaria de pasta ⁊ tri. ⁊ lagane: ⁊ pastilli: ⁊ omnes carnes multũ propinque generationi maxime agnorũ: ⁊ partes neruose animaliũ: ⁊ partes pingues et interiores: ⁊ pedes animalium sunt de maxime nocentibus in casu. Si etiã cum grossitie vel viscositate coniungatur dulcedo talia plus nocent: qñ propter dulcedinem etiam auditus a virtute mẽbrorũ attrahũtur ante ipsorũ digestionem. Et hoc modo vinum dulce grosse substantie: ⁊ mel ⁊ confectiones mellite sunt in casu plurimũ nocentes. Et ex hoc patet: q̃ fritille quibus cõmuniter vtuntur isti magnifici domini veneti sunt ad nocendum multũ parate: tũ q̃ ex materia viscosa fiunt: tũ q̃ dulcorãtur cũ zuccharo multo: etiã cũ calidis aromatizantur: et sic ex caliditate ⁊ dulcedine cũ sua viscositate trahuntur ad epar: ⁊ sunt causa nocumenti. Et qñ vt dictũ est de mente Auicẽ. humor sic opilans non tantũ propter grossitiẽ vel viscositatem: sed etiã propter multitudinẽ licet fuerit substantie mediocris: idcirco etiã de cibariis eligendis de quibus infra dicetur oportet vt dictũ est dñ cum paruitate multa vti. nã multitudo etiã nutrimenti in venis post epar facit ad opilationem epatis: propterea q̃ materia in epate existens non potest ad membra vel venas post epar transmitti: ⁊ ita ibi retenta in epate facit opilationes. Et q̃ multitudo materie nutribilis grauat virtutem digestiuã ⁊ expulsiuã: ⁊ cõsequẽter debilitantur in operationibus earũ que sunt de primis causis opilationis ex parte cause effectiue: magis etiã debilitãtur si ciboria ad frigidum declinent: ⁊ ita ab his omnibus cauendum est. ¶ Sed quoniã non sufficit scire a quibus sit cauendũ nisi intelligatur specialiter quibus vti cõueniat: idcirco hic apponẽtur primo gñaliter quibus vtendũ sit. scdo spẽaliter discurremus ad omnes species cibariorũ in cõi vsu existentium: declarãdo electos eorũ.

¶ Primo igitur pro regula cõmuni in cibis obseruetur qd̃ dixit Haliabas de exhibitione eorum. dixit loquẽs in casu nostro. Cibos demus illi calefacientes supple moderate ⁊ exiccantes supple moderate: subtiliantesq ⁊ digestione faciles: ⁊ adde ut amicabiles nature cũ bona conuenientia: ⁊ proprietate cadente inter infirmũ ⁊ cibum desideratum a stomacho infirmi: vel saltem eidem minus repugnantem: ⁊ hoc ex natura cibariorum: ⁊ ex modo preparationis eorum. Et dixit Haliabas q̃ tales cibi debent exhiberi post balneũ: vel supple post exercitium: vel fricationem hora plena: idest hora perfecta: vel completa debet interponi inter exercitium et cibum: ⁊ hoc est bene obseruandum: ne cibus sequatur exercitium vel balneũ in continenti: imo transeat hora plena ⁊ perfecta in quiete antequam sumatur cibus. Sed iam specialiter magis discurrendo supposito vt dictũ est: q̃ cibi debent esse subtiles boni chimi: facilis digestionis: ⁊ nutrimenti penetratiui: temperate calefacientes et exiccantes cũ proprietate currente conuenienter cũ cibando. ¶ Descendendo primo ad panem dimisso frumento quod est glutinosum ⁊ viscosum grosse substantie et inimicum epati fiat panis de farina spelte et pinsetur cum aqua decoctionis radicum cicoree: et feniculi: cum modico anisorum et sic debite fermentatus. Et si pur placeret vti frumento sumatur farina non exquisitissime attaminata: sed cum ea aliqua pars furfuris dimittatur ⁊ pinsetur cum aqua decoctionis vt supra ⁊ parum amplius fermentetur ⁊ parũ salliatur ⁊ sufficiẽter decoquat: quod si nimis fuerit tostus in clibano amoueantur partes extrinsece toste: ⁊ pars intrinseca comedat. sed semper parcitas sit in eo siue fuerit ex frumento siue ex spelta: q̃ si epar q̃ maxime paratum est opil. non diligit panem. De carnibus autem dixit Alexander in casu nostro de volatilib⁹ pullis vti oportet ⁊ auibus tam agrestibus q̃ domesticis: quales sunt merule: et turdi: ⁊ franguellini: et aues minute preter illas que saginate sunt multũ pingues. nam tales propter pinguedinem nõ conueniunt: ⁊ hic includuntur perdices: fasiani cum pullis gallinarum: ⁊ caponũ: ⁊ diuersarũ auium. s. que nutriuntur ex iunipero: ⁊ que multũ valent propter nutrimentum earũ. Et de quadrupedibus dixit: carnes vero oportet mediocriter accipere quando non sunt pingues: ⁊ maxime agrestes quales sunt caprina: supple iuuenis: ⁊ capreolina: lepores etiã iuuenes nõ sunt prohibẽdi. Si transit volũtas ad pisces laudãtur etiã ab auctoribus carnes paruorũ pisciũ subtiliantium ⁊ incisiuorũ in virtute salis: taliter alteratorũ vt salitorũ immo dico visus: ⁊ ita Gordonius dixit in hoc capitulo vtat panẽs sardenis supple salitis: nã recentes nõ cõueniũt. ¶ De carnibus etiã sunt quedã que in casu: ꝓprietate vellẽt de qb⁹ singular sunt carnes limaciarũ preparate ipsis primum excorticatis: postea fricatis diligẽter manibus cũ furfure et sale ad expurgationẽ viscositatis earũ: ⁊ lotis cõiter bene agitãdo prius cũ aqua tepida. deinde decoctis longa decoctione: vt per duas horas ad minus leniter bulliendo: cũ brodio pingui carnium: vel cum oleo amigdalarũ. parũ per ama. cum ysopo ⁊ sale: postea pistẽtur: cũ carnibus electis: de quibus fiũt pistate: ⁊ ita cum modico cinamomi visus erit cõueniens cum proprietate speciali ad epar valente: ⁊ hic cũ proprietate epata gallinarũ non indurata: ⁊ epata anatũ de quibus propter primã conuenientiã cum epate dixit Azararius .xxvj. particula q̃ curant fluxũ loricum epaticũ. Valent etiam cum singulari proprietate epata lupi: et vulpis si decoquantur elixata: vt non durescat cum brodio illarũ carniũ: ⁊ specialiter in quibus decoquuntur radices cicoree: ⁊ apiũ: cũ modico ysopi: si etiã assentur super craticula tẽperate cõueniũt. Et cũ his semper cũ decoquũtur apponatur aliquod aromaticũ: ⁊ maxime cinamomũ in casu est ꝯueniẽs. De preparatis tñ habita intẽtione ad cõiunctã materiã assata cõuenientiora sunt q̃ elixata. Nam de hoc dixit Alexander assata suauius recipiuntur: ⁊ melius iuuãt. Intelligatur cum pñt sufficienter digeri a stomacho: ⁊ qñ ad ea inclinat appetitus

tus: q si appetitus īclinaret ad cibaria illis est vtēdū: licet nō cū brodus: ⁊ iuribus in notabili quantitate: nam a dictis iuribus cauēdum est: vel saltem eis parce vtendum ad ventris aliqualem lenitionem. vñ. A. in hoc capitulo ascitis a causa calida dixit. Et nō cōcessit ei vt vteretur iure omnino nisi in die in quo in potu medicinam ei tribuere voluit. Et ita si in causa calida prohibuit multo magis etiā ꝓhibuisset in frigida: vel gradualiter tēporate. Oua gallinarū aliquotiēs ad virtutis restaurationē ꝯcedi possunt si fuerint dixata tremētia: licet quādā viscositate epati nō ꝯuenīāt ꝓpter quā causā. d. Aui. in cura fluxꝰ vētris absolute dixit: q ouū nō est ꝯueniēs epatico: sed tot sunt reliqua eius iuuamēta ex facilitate digestionis eius: ⁊ paucitate superfluitatū cū ꝯuersiōe eiꝰ in sanguinē ꝓportionatissimū vt voluit Auic. in .ij. de viribꝰ cordis. Ego in hoc casu non auderem ꝓhibere visū eorū si pro sumant: ⁊ ante reliqua cibaria.

¶ De lacte aūt ꝓpter diuersas sniās hincinde illustriū auctorum possent multa dici de exhibitione eius in hac dispositione. Sed breuiter cōcludēdo dico: vt etiā declaraui in capitulo isto: q p̄ter lac camellarū: ⁊ caprarū depascētiū in regione in qua reperiunt camelli: vel ēt caprarū q̄ depascunt ex herbis in casu nostro ꝯferētibus in mōtibꝰ p̄cipue vt cū thymo: calamento: ysopo: ⁊ similibus: q nullum aliud lac est ꝯueniens via cibi: ꝓpter id q est nā frigidū ⁊ hūidū: licet habeat bonā ꝯueniētiā cū epate cū proprietate maxime caprinū: sed forte via medicinarum lac caprarū ⁊ aqua eius possit esse mater infusionū: ⁊ decoctionū multū ꝯueniēs ꝓpter ipsius subtilē penetrationē ⁊ appropriatā ꝯueniētiā ad epar: ⁊ q̄cq̄d de hoc dixit Gordonius cum eius pace suā sententiā hic nō approbo. De ferculis aūt ꝯuenientibus in casu in quibus ꝯdiri p̄nt reliqua sunt brodia cicerū: ⁊ decoctiōes herbarū appropriatarū: q̄lia sunt caulis: ⁊ feniculꝰ ⁊ radices eiꝰ: ⁊ folia apij: ⁊ radices eius: ⁊ ysopus: ⁊ endiuia: ⁊ cicorea cū radicibus earū: ⁊ calamētū: ⁊ cressones: ⁊ asperagi: radices etiā raparū: ⁊ maxime naponū: ⁊ biringorū: ⁊ lazarobarū faciūt decoctiones ꝯuenientes cū carnibus ꝯuenientibus: in quibus fieri p̄nt fercula ꝯuenientia: vt panato ⁊ far cum cortice suo: ⁊ panicum: ⁊ cū ouis diuerso mō: componendo etiam cū eis de passulis: ⁊ de pineis p̄paratis p̄us .s. infusis in aqua calida: ⁊ agitatis ⁊ exiccatis ⁊ fisticis taliter p̄poratis: incisis in parua q̄ntitate fm q magnifica dña sua componere solet. Et si placeret aliq̄ radices porrorū vel ceparū non disconueniret.

¶ Possunt ēt fieri salsamēta quedam cum appropriatis cum epatibus gallinarū vel anatū: vel cū micha panis sui: ⁊ cum pineis vel amigdalis ꝯtritis: ⁊ passulis sine arillis commixtis cum aceto passulato: vel cum modico vini granatorum muzorū: ⁊ modico zucharo aromatizando cum speciebus conuenientibus in casu talia saporamenta: ⁊ reliqua cibaria factis vt infra. ℞. cinamomi. ʒ.ʒ. galange. añ. ʒ. s. spice ⁊ calami aromatici. añ. ʒ. iij. anisi: feniculi. añ. ʒ. ij. sandal. al. ʒ. i. s. spodij. ʒ. i. epatis a dhib. ʒ. ij. zuchari ad quartum totius fiat puluis. Et si aliquid intraret quod esset appetitui disconueniens extrahatur vt res saporosa reddatur: ⁊ ita in estate possunt fieri saporamēta cum succo scariole: ⁊ endiuie: ⁊ acetose parum cum modico cinamomi: ⁊ aceti passulati: ⁊ hoc infestante sint pro condimentis ferculorum. De oleis valet oleum amig. amar. oleum propriē etiā fisticorū multū in casu comēdatur: ⁊ ita de pineis ⁊ cissamo. ¶ De fructibus aūt ꝯmuniter laudant auelane: sed in totū mihi nō placēt. ¶ Sed in fisticis stat notabile iuuamētum in modico visu: sed in amig. ⁊ vuis passis sine interioribus omnes conueniunt maxime si passe non fuerint nimis dulces: a reliquis fructibus ⁊ maxime recentibus omnino cauendum est. Granatis tamen aliquotiens ad dulce declinantibus maxime ad extinctionē sitis vti cōuenit. Omnibus tamē fructibus etiam laudabilibus dictis parce vtendū est: nam amig. ⁊ auelane sunt suspecte ꝓpter difficultatē digestionis: ⁊ fistici suspecti ꝓpter excessiuā caliditatē: ⁊ passe dulces cū granatis dulcibus ꝓpter dulcedinē vñ eis vti oportet hora furtiua vt dixit. A. de dactilis .i. raro. ¶ Circa potū est bñ aduertendū quoniā ex ver. d. A. ⁊ ēt quorundā aliorū videt colligi posse in ordinando potū q nō debet eū sumere ieiunus neq; sup cibū: imo post horam. ⁊ Serapio voluit q expectent post comestionem spacio longo: deinde bibāt parū vno vice: ex quibꝰ sentētijs auctorū multi practicātiū colligūt q infirmus nō dꝫ sumere potū tpe comestionis: sed post cibū ⁊ comestionem per duas vel tres horas: q̄ sententia est multū erronea: tum quia potus necessarius est ad cibum subtiliandū: ⁊ vt ꝯuenienter eliquato cibo deduci possit p venas ad epar: ⁊ transire per ipsum epar vt conuenienter digeri possit ⁊ sanguificari: ⁊ itē si exhiberetur post duas vel tres horas ab assumpto cibo sequeretur nocumentum: q maxime vitandum est de corruptione digestionis cibi in stomacho: ⁊ penetratione ipsius ad epar ante ipsius digestionem. Cū igitur dixerūt auctores potū esse tardādū post cibū per horā vel spatio lōgo: nō debet intelligi de potu commiscēdo cum cibo ad debitā ipsius equationem: sed de potu delatiuo iam digesto cibo fm stomachum: ⁊ cum iam transiuit ad epar: imo ⁊ p maxima parte eiꝰ in epate digestus. Et hanc sententiā ꝑ parte insinuauit Aui. nā cū dixisset post horā debet sumi addit immediate. Et cum scit sup. infirmus descensionem cibi a stomacho suple facta esse. i. q stomachus iam sit inanitus ⁊ sup. penetrauit ad epar: ⁊ pro maxima parte est digestus in epate: tūc subtiliata materia per potum succedentem que remanserat in epate de massa sanguinea in virtute illius vini, succedentis fit penetrans dicta materia ad membra ad nutricationem: ⁊ inde virtus refocillatur ⁊ materia: que cum vrina expelli debent cōuenientius cum eadem expelluntur: ⁊ tunc cum talis potus exhibetur non sumitur cum potiens ieiunus simpliciter: quoniā membra non sunt inanita: ⁊ vbi essent inanita non conueniret talis potus vt patet. Et illam sententiam clarificauit Serapio in verbis suis: nam cum dixerat q bibant parum vice vna spatio longo post comestionem: addit ponendo tunc vtilitates in potu: quia huiusmodi vinum prouocat vrinam: et conseruat virtutem: ⁊ augmentat caliditatem innatā: ⁊ abscindit sitim: per hoc ergo quod dixit prouocat vrinam ⁊ releuat virtutem declaratur q intellexerit de potu qui offertur gratia penetrationis cibi ad membra: ⁊ non de potu qui commiscendus est cum cibo ad equationem istius. Et dictus potus delatiuus est offerendus spatio longo post cibum vt post septem hor. vel vltra ante futurum cibum per duas horas vel circiter: nō in tūc sequuntur iuuamenta que dicta sunt. Ideo cum dixit Aui. post horam non intellexit horam vnam numeralem: vt potet ex verbis sequentibus supra allegatis: sed intellexit per horam spatium temporale quando iam transiuit cibus a stomacho vt dictum est. Et tunc conuenit exhiberi potum vini antiquiꝰ subtilis penetratiui in quantitate duarum vel trium. ℥. ad dictam intentionem: ⁊ post tardetur ad futurum cibum tanto tempore vt dictum vinum post ipsius digestionem in stomacho trāsiuerit ad epar: quod erit tempus duarum horarum vel circiter. Uel potest intelligi dictum Auicen. vt non bibat ieiunus neq; super cibum. scilicet post eum subito: sed post horam quādo scit descensionem eius a stomacho: nam cum sciuerit hoc tunc post horam scilicet cum transiuit ad epar exhibeatur parum vini ad fines dictos. Et ad idem venit. Et nota hoc totum bene. Quale autem vinum conueniat in quotidiana mensa nō potest dari regula determinata: quia tempore quo contingeret aliqualis extranea caliditas cum vehementia sitis deberet esse vinum multo debilius: sed vniuersaliter debet esse subtile clarum: ⁊ mihi placet de vua rubea licet modicissimi coloris ⁊ multis vicibus permisceatur potus cū cibo. Et hec de dieta sufficiant. ¶ Ad medicinalia igitur veniendo primo est cōmemorandus canō positus a. d. A. in sermone vniuersali de cura epatis: ⁊ in calefaciendo ⁊ infrigidando ⁊ humectando et exiccando siue cum medicinis interius sumptis siue per exterius localibus cum dixit. Et non oportet vt ad summum deueniatur in infrigidatione epatis q̄tum possibile est: ⁊ perducat super infrigidationem ad ydropisim scilicet super propter munitionem calidi naturalis: neq; in calefactione eius superperueniatur ⁊ perducat ad arefactionem scilicet propter caliditatem excessiuam resoluentem substantiam epatis: neq; sup. perueniatur ad humectationē superfluam relaxantē ⁊ remollientem substātiam eius: neq; ad exiccationē superfluā exiccātem: ⁊ extenuantem substantiām ipsius: ⁊ cōsequēter inducentē opilationem attenuatorū: qm ipsum facilime ꝓpter mollitiē substātie eiꝰ exiccat: ⁊ constringitur in poris ꝓprijs vel in venis disseminatis per eū. Nā dicebat ibidē Aui. in capitulo cure apostematis sanguinei. O quā velociter redit duricies suple epar siue p calefactionē superfluā siue p exiccationem. Et in capitulo apostemati durorū in fine dixit. Et scias q epar velociter opilat: ⁊ cōuertit in lapideitatē: ⁊ ideo multū cauendū est ab excessiue infrigidātibus ⁊ calefaciētibus: ⁊ exiccantibꝰ ne sequātur nocumenta: q̄ dicta sunt: ꝓpterea cū est necessaria alteratio calefaciēdo vel exiccādo fiat cū mensura. Et cum reductum fuerit epar ad eius cōplexionē naturalē gradualē nō oportebit vlterius ꝓcedēdo alterare calefaciēdo vel exiccādo. Ideo recte addit hic. A. ad textū suprius allegatū in sermone vniuersali de cura epatis. Et ꝓpter hoc opꝫ vt scias quātitatē .i. gradū ꝯplexionis natu

nis naturalis epatis quod curas: ita vt cum reduceris ipsum ad eam
suple quantitatem stes. s. non vlterius calefaciendo vel exiccando
quod suple intende confortando cum appropriatis non eleuatis in gradu
respectu complexionis naturalis eius. ¶ Hoc itaque supposito pro cura
medicinali stant due principales intentiones. Una consistit ad ma=
teriam ipsam ledentem: et actu conflictam euacuando multipliciter. s.
sensibiliter per clisteria vel per medicinas datas desuper. licet
clisteria in hoc casu considerata qualitate corporis et delicata eius
natura cum situ materie propter que mihi magis placeant quam per superius
oblata: vt supra dictum est: fit etiam sensibilis aliquotiens euacuatio de
materia contenta in mirach: licet et fieri possit euacuatio sensibilis
per intestina cum medicinis localibus appositis supra ventrem
que etiam si correcte offerantur: et in conuenienti dosi magis
placent quam per superius oblate. Fieri etiam potest euacuatio
insensibilis per inunctiones extrinsecus applicatas et saccella=
tiones et fomentationes stuffas vnguenta et cerota: et huiusmodi adue=
ntes occurrentia. ¶ Secunda intentio principalis consistit in
confortando virtutes naturales stomaci: et epatis et aliorum mem=
brorum lesorum: que omni tempore et in toto processu cure est
obseruanda: et hoc fieri potest cum syrupo: et cum confectis et
pulueribus subtilissime tritis et exhibitis. ¶ Circa igitur primum
expediendum: quoniam euacuatio fienda per ventrem cum ma
teria propter existere in sitibus in quibus includitur difficul=
ter sit educibilis siue per medicinas siue per clisteria vel alia ap
plicata exterius laboriose soluentia nisi preparetur ad addu=
ctionem saltem cum aperientibus meatus: et poros per quos
educenda est: et confortando virtutem epatis principaliter vt
expulsiua vigorata fortior reddatur in expellendo idcirco mate
ria prius est aliqualiter digerenda ad intellectum datum: post=
ea per ordinem est euacuanda. Et quoniam talia digestiua con=
uenientia sunt subtiliatiua aperitiua: et stante materia peccan
te in intestinis vel in stomacho communi de fecibus vel reliquiis cibi
vel flegmatibus: nisi prius educatur exhibitio dictorum dige=
stiuorum esset ad nocendum: idcirco conueniens est prius eua
cuare materias communes cum clisteri communi non appropriato: postea
deuenire ad digestiua: et consequenter ad euacuantia appropriata.
¶ Primo igitur fiat clistere vt infra. ℞. bletis mercurialis:
florum camomille: meliloti: eupatorii ana. M. i. paritarie. M.
v. fiat de his decoctio in debita quantitate aque: deinde facta
collatura de eadem sumatur lib. i. v. et addatur cassie extracte
nouiter. ʒ. vi. yerepigre puluis zuccha. ana. ʒ. v. olei de lilio: olei
camomille: et ami. olei. ana. ʒ. i. et cum. ʒ. iii. salis fiat clistere. Et est
notandum quod hoc clisteri vti potest tute stante ventris stiptici=
tate: et alternatis diebus: vbi de clisteribus infra dicendis ap=
propriatis ad materiam euacuandam non erit vtendum nisi
interpositis ad minus tribus vel quatuor diebus. Facto igi=
tur clisteri eductiuo materierum communium ad preparandum ma
terias: vt educantur cum appropriatis fiat syrupus vt infra. ℞.
syrupi de duabus radicibus. s. feni. et apii. ʒ. ii. syrupi de bisan=
thiis: et syrupi de absynthio. ana. ʒ. i. aquarum cicoree: eupato=
rii: et endiuie ana. ʒ. ii. misce clarificetur pro duobus vicibus cum
modico cinamomi: et istos duos syrupos accipiat semper antequam
sumatur medicina eductiua: vel per clistere appropriatum vel
aliter. Sed cum erit facta natura obediens ad euacuationem
de materia coniuncta: quia appareat eductio de materia manifesta: et
facilior fiat euacuatio cum medicinis appropriatis de eadem mate
tunc cum dictis syrupis loco aque endiuie apponi potest de
aqua cuscute: et aromatizari cum modico spice. Et si displiceret
continue vti syrupis digestiuis quos tamen syrupos possumus
in processu fortificare facta sensibili euacuatione de materia ex
hibendo syrupos de prassio: et de ysopo cum aquis apii feniculi
li: et cuscute. Possumus etiam facere confectiones ad hanc in=
tentionem secundum formam vt infra. ℞. dyacurcurme in qua est spes
ad omnem ydropisim. ʒ. v. specierum diarodon abbatis. ʒ. i. epa
tis adib. ʒ. i. v. misce cum syrupo de eupatorio fiat confectio de
qua potest sumi cadear vnum in mane loco syrupi: licet etiam
hoc valebit in secunda intentione principali de confortatione
membrorum. Tandem facta preparatione ad soluendam ma
teriam singula hebdomada fiat vt infra. ℞. foliorum caulium:
mercurialis bletis ana. M. i. cuscute: calamenti eupatorii melli=
loti: et camomil. ana. M. v. cartami. ʒ. ii. bulliant in aqua debite
quantitatis: et facta collatura sumantur. ʒ. xv. in quibus bulliant
tribus ebullitionibus. ʒ. iii. soldanelle: et facta expressione et col=
latura addantur. ʒ. ii. vrine capre. et. ʒ. v. yerepigre: et cum. ʒ. ii.
salis gemme fiat clistere: et spero quod illud sufficiet ad debitam
solutionem faciendam. Et quando non sufficeret posset addi
ʒ. i. vsque ad. ʒ. ii. trociscorum de reubarbaro vel. ʒ. ii. soldanelle pul

uerizate in dicto clisteri. Et quando esset intentio etiam magis
soluendi extracta vrina capre vel trociscis de reubarbaro: pos
set addi. ʒ. i. vsque ad. ii. de electuario facto: et in casu multum apro
iuuare et notabiliter rectificato et preparato: cuius descriptio
est vt infra. ℞. masticis spice rosarum: reubarbari lacc. ana. ʒ.
ii. laureole preparate. s. prius infuse per duos dies naturales in
succo citoniorum: et acc. ʒ. iiii. agarici turbit. ana. ʒ. i. misceantur
et distemperentur cum carne citoniorum coctorum: et melle et pa
rum aceti: et fiat in forma electuarii. Et si pur non sufficienter
educeret potest addi et in dosi eius vsque ad. ʒ. iii. Et spero quod
si etiam poneretur. ʒ. v. eius supra vmbilicum etiam iuuaret in
casu educendo materias per ventrem: et non laboriose. Si etiam
apponeretur. ʒ. ii. colloquintide prius inuncte cum oleo amig.
dul. et citoniorum spero quod solueret etiam per ventrem et esset
fortius. Per superius autem si aliquando fienda est euacuatio
cum medicinis exhibitis non transirem ad fortiores quam ad tro=
ciscos de reubarbaro dando ex eis. ʒ. i. v. vsque ad. ii. si expedit:
vel etiam vsque ad. ʒ. i. ʒ. i. soldanelle cum aqua lactis caprini ad
fortiora non transcenderem. Sed si cum clisteribus possumus
adimplere intentionem nostram magis placet. Sed si virtus
multum fortificaretur: et esset inclinatio ad pillulas possent etiam
sine timore exhiberi pillule Rasis septimo continentis dan=
do. ʒ. i. vsque ad. ʒ. i. v. vt infra. ℞. yerepigre. ʒ. iii. turbit electi. ʒ.
iiii. lace lote. ʒ. ii. rauedseni: salis indi. ana. ʒ. i. v. succi pollicarie
seu eupatorii. ʒ. iii. ani. se. apii radicum squinanti ana. ʒ. i. mira=
bola. citri. ʒ. iii. terantur et distemperentur cum succo solatri: et
fiant pillule. Laudo etiam fieri suppositorium interdum ad
educendum etiam materiam appropriatam: et maxime vento
sitatem factam vt infra. ℞. salliorum ruthe: seminis vrtice. ci=
mini ana. ʒ. i. salis parum cum melle loto in aqua camomille fiat
suppositoria longa: etiam in hoc sunt partienda semper eua=
cuationes. Et in tempore medio confortanda est natura om=
nibus ingeniis: de quibus infra: semper in hoc obseruando vnum
canonem positum ab Aui. in cura cacexie: qui etiam est communis
ad alias species cum dixit. Et oportet subtile sit studium in sol
uendo eos: et sepe res in eis id quod in potu sumunt. i. diuide
solutiua: vt non tota materia simul euacuetur: sed paulatim:
ne fiat labor in natura. De hoc etiam dicebat idem Auicen. in
cura asclitis loquens de euacuatione per solutiua. Et oportet
vt non sit subito immo secundum vices: nam quod subito est
mortale est et paruum nocumentum debilitat epar vt dixit etiam
Rasis. vii. continentis: scribit: oportet vt ydropicus laxetur cum eo quod
educit aquam moderate et paulatim: quoniam non est laxanda aqua subi=
to vt dicit: et istud semper est bene menti tenendum in euacuationibus fiendis.
Per alia etiam ingenia fit euacuatio sensibiliter de materia aliquotiens
ydropee: vt per flobothomiam: vomitum: vel prouocationem vrine. Sed
flobotomia in casu nostro non habet introitum: et vomitus et prouocatio vrine
non nisi cum maxima difficultate et laboriose euacuatione possunt educe=
re materiam dictam: idcirco de illis etiam non facio mentionem: sed ve
nimus ad illud ingenium euacuationis sensibiliter: vt per sudorem prouocan=
dum precipue cum stuffa. ¶ Laudo igitur alternatis diebus et dimis=
sa die euacuationis specialis cum clisteri solutio vel alio modo: quoniam in eo
non competit stuffa: sed sequenti die: et postea secundum ordinem in=
terpolando diem fiat stuffa post expulsiones superfluitatum communium
in mane vel in secundo digesto cibo secundum totum in stomacho situato:
corpore supra discum perforatum secundum ventrem: fiat autem decoctio pro stuffa
vt infra. ℞. radicum ebuli: corticum radicum interiorum vlmi: radicum
feniculi: radicum cicoree: et endiuie: et radicum apii. ana. ʒ. ii. Ari
sto. rotunde: radicum acori ana. ʒ. i. v. ciperi. ʒ. i. meliloti: camo
mille: eupatorii: paritarie sticados. ana. M. i. v. calamenti pule
gii ruthe: maiorane: cuscute. ana. M. i. seminum anisi: cimini:
carui: ameos. ana. ʒ. i. salis communis: et salis nitri ana. lib. i. sulfu=
ris. ʒ. vi. ferruginis ferri. lib. ii. bulliant omnia in brenta vna aque
cum situlis. ii. vini albi prius bulliendo radices et mineralia pre
ter sulfur. deinde ponendo semina: postea flores et herbas cum
sulfure versus finem decoctionis: et fiat in totum consumptio
tertie partis et reseruetur pro vsu recipiendo fumum calidum per quartum ho=
re: vel vsque ad mediam horam: non expectando laxationem virtutis
quo facto ponatur super lectulo: et exiccetur cum pannis: deinde fiant sa=
cellationes cum sacculis calefactis factis cum medicinis resol=
uentibus et exiccantibus vt infra. ℞. camomille: florum aneti. ana.
M. ii. ruthe: calamenti. ana. M. i. v. milii. M. ii. cimini: carui:
centauree. ana. ʒ. i. baccarum lauri. ʒ. ii. salis communis. ʒ. i. v. fiant sac
culi tres. Et si non sufficiunt simplicia addantur secundum propor
tionem: et possunt calefieri bis: vel fiant sex sacculi: et ponantur
tres vna vice: postea alii tres succedant semper cauendo ne po
natur supra regionem epatis consequenter ne membra nimis exiccentur: et membra

cõstringant ppter exiccationẽ eorũ. Et post facellationes fiat inunctio cũ oleis resolutiuis et humectatiuis vt infra. ℞. olei de lilio. ℥. ii. pinguedinis galline: ⁊ anatis: ⁊ olei amig. dul. añ. ℥. i. croci. ʒ. v. misce. Circa tñ regionẽ epatis fiat inũctio ad phibitionẽ calefactionis nimie: ⁊ dissolutiõis epatis cũ aliqualiter refrigerãtibus ⁊ cõfortãtibus vt infra. ℞. vnguẽti sand. ℥. ii. olei ros. olei absynthii. añ. ℥. v. spice spodii sc. endiuie puluerizatorũ añ. ʒ. v. misce cũ modicissimo aceti: postea quiescat per horã: ⁊ sumatur cibus sibi cõueniens. ℂ Sequẽti aũt die ad exiccationẽ: ⁊ resolutionẽ humiditatũ circa crura siccarũ ĩ tinello paruo ponãtur due partes arene subellis: ⁊ vna pars terre mineralis ferree: ⁊ calefaciat: ⁊ in eo teneantur crura per tps. Fiãt etiã sacculi ex ea materia calefacta: ⁊ ponanẽ ad coxas fortiter adherẽdo: deinde cũ steterit per tps cõueniẽs vt fiat inunctio ad crura cũ oleis vt infra. ℞. olei spice: yrini: ⁊ camomille añ. ℥. i. misce. Ad hãc etiã intentionẽ valẽt si superligentur cruribus ⁊ pedibus spõgie noue cũ fascia: ⁊ teneantur ita nocte vel saltẽ die. Et si prius spõgie dicte fuerint infuse trib⁹ vel quatuor vicibus in aqua ⁊ cinere postea expresse ⁊ exiccate ad ignẽ paulatine qñ nõ possunt exiccari ad solem erit maioris efficacie in casu nostro. Cõuenit etiã in die stuffe recepta stuffa loco facellationũ vt sepeliatur fm ventrẽ in minera terrea ferrea calefacta sufficienter: ⁊ postq̃ sic steterit quasi per horã mediã vel circiter fiat inũctio per modũ dictũ supra cum humectantibus. In diebus aũt in quibus nõ fit stuffa põt fieri inũctio cũ oleis magis calefactiuis ⁊ exiccatiuis in mane ⁊ sero vt infra. ℞. oleorũ de lilio ⁊ de spica. añ. ℥. i. ʒ. v. olei laurini: ⁊ olei de yreos añ. ℥. v. misce. Posset etiã fieri emplastrũ supra ventrẽ loco inũctionũ factũ ex stercore animalis. Et qm stercora cõmunia bonũ sunt conferenda laudauit Rasis stercus capriolorum: nam dixit q non est fetens: imo q habet bonum odorẽ: ⁊ si pur participet aliquo malo odore possent miscere q̃dam aromata vt spica: thus: ciperi: et similia: concule etiam marine cõtrite cum carnibus earum: ⁊ emplastrate super ventrem sunt conuenientes: miscendo cum eis de spica puluerizata ⁊ ciperis. Emplastrum quoq de baccis lauri in hoc casu cõmendantur: semper memorie tenendo ne talia calefacientia ⁊ exiccantia multum attingant ad regionem epatis. ℂ Consequenter succedit alia intentio generalis de confortatione mẽbrorum naturalium. Et hec cõpletur cum exhibitis per os singulariter in forma pulueris subtilissimi in diebus quibus non sumuntur medicine alie solutiue. Si etiam illis diebus sumerentur non esset inconueniens. Fiat ergo descriptio pulueris vt infra. ℞. radicum endiuie siluestris: radicum cicoree exiccatarum añ. ʒ. iii. cinamomi. ℥. v. cassie lignee. ʒ. ii. epatis adhib. ℥. ii. misce ⁊ fiat puluis de quo sumat coclear vnum magnum cum. ℥. iiii. aquarum vt infra. ℞. aquarum cicoree: eupatorii: absynthii: endiuie: cuscute añ. ℥. iiii. misce pro quatuor vicib⁹. ℂ Pro confortatione etiam harum specierum vti potest syrupis de quibus dictum est supra: ⁊ confectione ibidem posita. Potest etiam ad hanc intentionem fieri confectio confortans non tantum epar sed etiam stomachum in forma morsellorum vt infra. ℞. stomacorũ gallinarum. ʒ. i. epatis lupi. ʒ. i. v. calami aromatici: cinamomi: san. citri. spice añ. ʒ. v. cũ zuccharo dissoluto in aquis eupatorii absynthii: ⁊ endiuie añã. q sufficit fiat confectio in morsellis. Et istis confortatiuis vel alterorũ semper vti oportet: quoniam hoc precipit intentio in curatione: vt voluit Rasis. vii. cõtinentis maxime in ascite. Nam dixit. Stude in ascite proprie ad confortandũ epar: ⁊ in timpanite ad confortandum stomachum. Et quoniam cũ ascite coniungitur aliquid ventositatis idcirco laudabile est semper confortare stomachum ⁊ epar: ⁊ principalius epar in hac intentione. Et ita sit expedita intentio confortationis.

In casu magnifici et potentis viri domini gubernatoris Astensis: qui vt scribitur per prestantem doctorem magistrum Joannē antonium de ferrarijs est inter alium stipticitas ventris contingens ex duricie fecum reductarum ad formam squiballarū minutarum: quibus tamen coniungitur nonnunq̄ in exitu earū reliqua egestio ad humidum declinans: et cōsequenter fit tota egestio inequalis et incontinua et consequenter non laudabilis: vt est snia Gal. primo de crisi. ca. xj. cui materiei cum retinetur sepe succedit extensio dolorosa ventris: et eructuatio stōi simul cum abominatione et nausea. ¶ In quo casu requisitus vt afferam causam huius dispositionis: et exinde iudiciū meum in cura: vt satisfaciam pro viribus requisitioni facte succincte et stricte adducam causam huius dispositionis. Deinde propter assistentiā clarissimi doctoris astensis. M. Joā. antonij vt supra cōfisus de eius integritate circa regimen in dicta pertinens. s. in rebus nobis inevitabiliter occurrentibꝰ: q̄s medici non naturales res appellant dimittā regulas illi pti cōuenientes. Sed circa partē curatiuā de medicam n bꝰ tm̄ conabor afferre quedā medicamina iudicio meo ad casum cōuenientia. ¶ Circa igit̄ primū expediendū de essentia dispōnis et causa eius breuiter dicat̄ cōformiter loquēdo mētibus auctorū nostrorū: precipue Gal. loco supra allegato primo de crisi. c. xj. Et eiusdē et. ij. afforis. ꝯmen. xx. Et Aui. ij. primi de signis egestionū. Et rabbi mo. ses. ix. particula afforis. suorū et aliubi in alijs locis ab auctoribus. Causa huiꝰ siccitatis fecū taliter ad formā reductarū est diuturna mora materierū fecalium in fascijs siue reuolutionibꝰ intestinorū precipue gracilium: vnde ex diuturnitate more in eis tandē fit exiccatio et induratio propter resolutionē paulatine in eis cōtingentē: q̄ exiccatio separationē facit et diuisionē in dicta materia fecali: et ex motu ꝯsi difficili et quasi violento tales materie dimisse ꝑ intestina ad extrā rotundantur: et ita fit similis squibalis caprarū. Cā autē talis more diuturne est presentia flegmatis aggregati in intestinis ex ocio et quiete in etate iā senescente ꝓpter debilitatem digestiue mēbrorum: et debilitatē expulsiue intestinorū: licet vt scribitur sic habitudo aliter sana: tn̄ corpora senū numerant̄ a medicis corpora neutra: qm̄ ꝓpter debilitatē q̄ increscit in virtutibꝰ naturalibꝰ etatiue fiunt para talia corpa cadere in egritudines. ¶ Talis igit̄ materia flegmatica facit ad morā materie fecalis dupl'r ledēdo. Uno modo ebetādo sensitiuā intestinorū: ne ꝑcipiant lesionē a materiebꝰ fecalibꝰ: vn̄ non ꝑcepto nocumēto a fecibus pigritat expulsiua: in expellēdo etiam viscositate eius materie reddit̄ materia fecalis difficulter mobilis ꝑ intestina: et sic tardatur eius mora in eis. ¶ Facit etiā ad morā in intestinis dicta materia flegmatica supra superficiem intrinsecā intestinorū obturant̄ pori venarū mesaraycarū terminatarū ad intestina: ꝑ quos poros mādat̄ colera per naturam ad intestina ad stimulandū expulsiuā ꝓ expulsione materierū fecaliū: et ita ꝓpter opilationē ex materia subtracto influxu colere ad intestina ꝓlongat̄ mora fecis in intestinis. Et si obijciat̄ de colorificatione: qm̄ feces dicunt̄ tincte: dicatur respondendo: ꝙ qm̄ ad oīa intestina vsqȝ ad vltimū intestinum rectū ꝑueniunt meseraice: stat possibile satis ꝙ per meseraycas terminatas ad vltima intestina defluat portio colere tingentis feces cum sunt ibidem recepte: et tamē in intestinis superioribꝰ et in colon possent esse opilationes ex dicta materia prohibētes colam ad illa loca fluere: et ita materiā fecalem ibi multo tpe teneri. Et ꝓinde dicūt auctores maxie Aui. xvj. tertij: et et. ij. pmi loco alleg. Cū multo tpe retinent̄ feces in intestinis est signū colice ꝓcedens ꝓpter. s. talē cām: et inde manifestū est: ꝙ et significat colicā. i. dolorosā passionē intestinorū: qm̄ opilatiōe facta in intestinis ꝑ modū dictū: et feces talr̄ indurate in ipsis: et a flegmate multe ventositates: q̄ deorsū ꝑ sit pelli ꝑ naturā: et alie materie: q̄ ꝑ anū educi debēt retinent̄ ꝑꝑ ꝓhibitū incessū ꝑ testina a dictis materiebꝰ opilātibꝰ. Et ex hoc sequit̄ cū manifesta alteriꝰ accitis ꝯtingētis in isto dn̄o. s. ꝙ in eo multiplicant̄ eructuatiōes et abominatiōes ꝑꝑ materiā ꝯuerti sursum ad stōm: q̄ ab expulsiua nō īpedita ꝑ deorsū expellerētur. Et ex his pȝ cā alterius accītis: qđ vr̄ satis dubium accītere vt quare sit ꝙ cū dictis squibalis duris et siccis exeuntibꝰ cōcomitant̄ interdū feces liq̄de. Cā sumit̄ ex eo: qđ cōuersis materiebus sursum ad stōm cū nō ꝑit deorsū trāsire tūc īpediat̄ digestiua stōi: qđ declarāt eructuationes et ad hāc indigestionē sequitur fluxibilitas aliquarū materierū: vn̄ digōnis ꝯcomitat̄ lubricitas: vt est snia auctorū locis allegatis: et ita simul potuerit virtute medicinaliū educi materie fecales: et sicca: squibas

lata: et ethbida: et sic vrin clarificata oia accidentia in casu scripta. Et ita hec de casu sufficiant. ¶ Circa curam aut prima et principalissima intentio versatur circa prohibitionem aggregationis materie flatuose in intestinis: et circa euigilationem sensitiue intestinorum: vt pz considerantibus statibus fecib. duris et natura restricta: si et alia intentio de mollificando et humectando. Nam prima intentio vero magis ad preseruandum: et alia ad curandum: ideo dimissis reliquis quantum ad regimen in dieta: vt supra dixi: vnum tamen commemoro vt esset conueniens aliquando vti dieta alexandrina in principio mensis martie per aliquam dies: vt.s. sumere vnum vel duos bolos de cepe: vel de porris parum persalitis. Si tamen prius steterint in infusione per horam in aqua decoctionis mell. vel zucchari vnius cocte magis iuuabunt ad nostram intentionem. ¶ Sed hic est notandum: quod non immediate post hmoi debent sequi cibaria: sed ad minus tardari debent vltra medium hore. Ad eandem et intentionem valet brodium caulium debiliter coctum notabiliter salitum in preseruando. Vbi aut sit indigentia curationis: vt facta retentione fecum et iam succedentibus torsionibus ventris sufficit conueniet vt cum dicto brodio caulium sumendo.v.vel.vj. ℥.eius addatur.℥.i.v.olei amig.d.recentium cum modico zucchari. Et ad eandem intentionem valebit brodium galline pinguis notabiliter salitum: in quo decoquatur parum aneti et ysopi. Et fortius erit si sumatur brodium galli veteris rubei deducti ad inflammationem ante decollationem eius ipsum verberari faciendo cum virgis: et depilando ipso viuo existente vt acquirat maior nitrositas in decoctione et in corpore eius ponantur salis et carthami an.ʒ.ij.ysopi: et aneti an.ʒ.i.et decoquantur vsque ad separationem carnium. Et ad hanc intentionem vtor ego electuario in casu multum conueniente facto vt infra. ℞.terbentine electe.℥.i. ficus pingues numero.vj.carthami.℥ v.oia simul pistentur et cum.℥.i.v.zucchari penidiorum fiat dactylus pro duabus vicibus: et quando non esset sufficiens ad soluendum posset addi.ʒ.i.agarici cum.ʒ.i.zinzib. ¶ Non auderem ego exhibere medicinas fortes in casu isto: quia corpus aliter sanum dicitur: et est sententia amphorismica. Sanas carnes habentibus farmacie sunt difficiles. Stante igitur necessitate laudabile erit per exterius magis iuuare naturam quam cum medicinis solutiuis per interius. Et inde laudo quod facta retentione iam indurantis fecibus primo fiat clystere lenitiuum et aliqualiter stimulatiuum factum vt infra. ℞.iunitarum caulium: maluarum: altee: bletis an.M.i.mercurial.M.i.v.fenugreci: se.lini an.M.i.v. ficus pingues numero.x. fiat decoctio conuenientis ex eiusmodi.℥.xviij.dicte decoctionis addantur cassie nouiter extracte de cannis.℥.i.v.ysopi humide: olei amig.dul. an.℥.j.butyri veteris.℥.ij.et salis.ʒ iij.fiat clystere. Sed priusquam fiat clystere laudo vt fiat emplastrum supra ventrem vt infra. ℞.herbas semina et totam fecem decoctionis clysteris vt supra: et tapellentur et massentur: et cum.℥.ij.butyri veteris: et.℥.i.pinguedinis galline: et.ʒ.i.croci: fiat emplastrum et superponatur: et postea per horam cum dimidia posset fieri clystere. Deinde supra ventrem ammoto emplastro dicto fiat inunctio maxime circa vmbilicum cum mixtura vt infra. ℞.succi radicum ebuli: et fellis bouis an.℥.v.aloes.ʒ.ij.salisgemme: viriusque ellebori an.ʒ.v.misce. ex eo fiat lenitio: et superponatur pannus calidus: nam infra horam cum dimidia iuuabit ad assellandum preparata materia: vt supra dictum est. Et ad istam eandem intentionem valet si fiat inunctio ex arthanita Nicolai supra eandem partem ventris: et si superponatur cum lana vmbilico et superligetur citius operabitur. Et quando non sufficiunt ista si addatur in eis ʒ.i.scamonee erit fortius. Laudauit etiam. R. in suis secretis ad solutionem ventris pro corporibus quibus non debentur medicine per interius: vt fiant duo poma: siue due pile: que teneantur in vtraque manu sepe ad inuicem commouendo vt motu calefiant: et aer fortius immutetur: et consequitur aer attrahetur: dicit quod fortiter laxabitur venter vt infra. ℞.scamonee: aloes: myrrhe nigre an.ʒ.i.v.puluericentur et cribellentur per pannum spissum: et conficiantur cum succo coriandri viridis: et ita formentur due pille. Et ita si cum his extrinsecus applicatis possit compleri intentio nostra erit salubrius quam exhibere medicinas per interius: quod si pur esset necessaria medicina per interius non laudarem fortiorem quam puluerem vt infra. ℞.turbith.ʒ.i.agarici: sene an.ʒ.v.zinzib.ʒ.i.v.cimini.ʒ.v.sumatur cum modico brodii. ¶ His sic completis restat vt si dolor maxime infestaret cum esset timor dissolutionis et sincopis quod deus auertat vt commemorem exhibitionem confectionis de filonio: que simul cum hoc: quod est remissiua doloris: est etiam solutiua: et est descriptio posita a Rasi.ix.almansoris in cap.de colica: cuius descriptio talis est. ℞.piperis: ameos: foliorum ruthe: mentastri: castorei: baccarum lauri: cimini an.℥.j.opii: mandragore: iusquiami omnium an.℥.v.conficiantur cum melle eiusdem quantitatis: cui addatur scamonee tertia pars.℥.vnius: datur ex eo ponderis.ʒ.i.parum plus. Et his sum contentus sperans cum his et aliis ordinandis per prefatum.M.Joan.Antonium dominationem suam preseruari a dicta dispositione: et si eam inciderit: quod deus auertat conuenienter curari.

¶ Pro.d.Antonio de grassis patiente stipticitatem ventris et inde dolorem. Consilium.liiij.

In casu nostro postquam consideraui causam nocumenti et doloris vobis euenientis esse retentionem fecum et ventris stipticitatem. Primum ingenium curatiuum est prohibere stipticitatem eius. Secundum est si pur acciderit ipsam remouere antequam dictus dolor superueniat. ¶ Primo igitur habeatur regula: quod ante prandium vel cenam per quartam partem hore saltem bis in ebdomada sumatur brodium pulli mediocriter pinguis cum.℥.v.zucchari vnius cocte. Et aliquando ad hanc intentionem valet si sumerentur tres ficus pingues. Et si cum eis ponatur parum carthami superaspergendo erit conueniens. Valet etiam brodium caulium debiliter coctorum cum oleo com. vel amig.dul.et zuccharo modico. Ad eandem intentionem et est singulare fiat pasta de qua sumatur hora vt supra ad quantitatem nucis: vel duarum vt infra. ℞.terbentine electe.℥.i.ficus pingues numero.vj.carthami.℥.v.omnia simul pistentur et cum zuccharo fiat bolus. Sed si venter pur constringeretur laudarem preter ista communia clysteria: in quibus tamen ponatur aliqua virtus agarici: quia credo quod causa oppilationis sit falsa: quod multiplicatur in intestinis apponatur super vmbilicum mixtura: que paulo post scribetur et quod prius antequam ponatur laudo poni emplastrum super totum ventrem mollitiuum materierum fecalium: si que indurate essent: et etiam contentiue musculorum ventris et intestinorum etiam laxatiuum factum vt infra. ℞.maluarum: bismalue an.M.i.v.fenugreci: se.lini an.M.i.radicum altee.℥.ij.ficuum pinguium numero.x.omnia simul bulliant: prius tamen radices postea herbas cum reliquis apponendo: dehinc omnia facta collatura pistentur et malaxentur: et cum.℥.ij.butyri veteris: et.℥.ij.pinguedinis galline: et.ʒ.i.croci.incorporentur et sic tepidum superponatur: et sic continuetur tribus vel.iiij.horis: postea super vmbilicum ponatur dicta mixtura et superligetur: cuius descriptio talis est. ℞.aloes.ʒ.ij.ellebori vtriusque an.ʒ.v.succi radicum ebuli: et fellis bouis vel thauri quantum sufficit ad incorporandum fiat mixtura: que cum lana superponatur vmbilico et superligetur. et si non suffecerit addatur.ʒ.i.scamonee: et erit fortius. Sed vbi expediens sit aliquid fortius sumere per superius laudo fiat puluis: qui totus pertitius sumatur: et fiat vt infra. ℞.turbith: reubarbari an.ʒ.i.zinzibe.ʒ.v.sene.ʒ.i.agarici.ʒ.v.misce pro duabus vicibus: et si non suffecerit sumatur maior quantitas eius sumatur cum modico brodii. Remedia ista non solum proficient in isto accidenti: sed etiam principali vestre dispositioni: que est asmatica passio his breuibus sum contentus.

¶ Pro vermibus et preseruatione eorum pro quodam domino Alamano. ¶ Consilium.lv.

Pro preseruatione a vermibus dimittantur oia grana tia stat: et dulcia: et oia faciliter putrescibilia: et euitentur omnes res non naturales ex quibus posset chili in stomacho fieri corruptio. ¶ Item fiat puluis de quo patiens vtatur sup cibis. ℞.cinamomi.℥.v.gariofi. macis granorum paradisi an.ʒ.i.ʒʒ.electi.ʒ.vi.semi.anisi: et feniculi an.ʒ.v.piperis.ʒ.ij.misce fiat puluis de quo vtatur vt sup. Item singula hebdomada ante cenam sumantur tres pillule de infrascriptis. ℞.myrrhe.℥.i.aloes.ʒ.v.absinthii: croci.an.ʒ.i. cum succo [illegible] fiat pillule conuenienter vel com quantitatis dentur vt supra. ¶ In cura vero vermium notantur due cautele. Prima est vt largiter comedant. Secunda est vt vbi femina sunt multum accidentia vtatur rebus vermibus placibilibus dulcibus et vnctuosis: ne vermes nimium famescentes reddantur molestiores: sed vbi non nimis molestet caueatur ab hmoi dulcibus et vnctuosis: nisi cum volumus eos preparare ad sumendum medicinas eorum interfectiuas: quia eo casu per parum ante offerendum est aliquid lactis vel aque zucchari: vel aque mellis. Et postea exhibeatur puluis ad quantitatem dimidii coclearis vt infra. ℞.corticum radicum cappecorum: absynthii: nigelle an.ʒ.v.corticum citri: seminis opii: cornu cerui vsti: seminis caulium an.ʒ.i.croci.ʒ.v.aloes.ʒ.j.dictami: tormentille an.ʒ.i.v.puluis cordialis.ʒ.ij.misce: detur dimidium coclear non existente fe. sed si sit febris detur puluis vt infra. ℞.tormentille.ʒ.i.terre sigil.coriandrorum preparatorum: sumac: cornu cerui vsti an.ʒ.v.aloes.ʒ.i.v.misce fiat pillulis et exhibeatur cum aqua decoctionis tormentille. Vnguentum pro

tū pⁱdō. ℞. olei absynthij: amig. amara olei ruthe aā. ℥. v. fel lis thauri. ʒ. i. farine lupinorum: nigelle: coriādrorū: papa. aā. ℈. i. aceti albi fortissimi. ℥. ij. cum cera fiat vnguentum. Valet etiam fomētatio facta cū succo enule: cepe: ⁊ modicum fellis thauri: ⁊ aceti. Cerotum pro stomacho. ℞. metridati. ℥. i. myrrhe: aloes: croci aā. ʒ. i. cū cera: ⁊ pice: ⁊ oleo amig dalarū amararū qḋ sufficiat fiat cerotum. Explicit.

¶ De emorroydib⁹ pro Rege Francie. Consilium. lvi.

Quoniam regie maiestati nonnūq̄ accidit nocumentum emorroydale de emorroydibus ani vt extat mihi significatum per spectabilē Manuelem de Jacob relatu sacre maiestatis francorū. Postea mihi iniunctum ab illustrissimo principe Duce Mediolani dn̄o meo singularissimo: vt quedam afferam in scriptis: que sint parata iuuare in dicta dispositiōe: q2 tamen nocumēta emorroydalis sunt diuersa ⁊ diuerse eorum species. Nā aliquotiens sunt surde nō emanantes sanguinē: sed ibidem opilātes tumide facte. Et de talibus quedā sunt vehemēter dolorose: imo maximi doloris. Et quedam sunt fluētes superflue vn̄ sicut in primis est necessaria prouocatio sanguinis p̄ eas ⁊ remissio vel mitigatio doloris precipue: in aliis aūt est necessaria restrictio sanguinea cū superfluit: ne mēbra regalia maxime epar infrigidata debilitenẗ. Et q2 ignor⁹ sum de altero istorū specialiū nocumētorū: dimissis hic multis subtilibus: que theorice de causis earum: ⁊ de iuuamētis si temperate fluant: ⁊ indolorose: ⁊ de nocumentis ad q̄ adducere possent cum sanguis ab eis superfluit dici possent: dimissa etiam ordinatione in debita dieta. In diuersis dispositionib⁹ earū: quoniā ista oīa relinquo: vt nō necessaria mihi: sed magis declaranda a clarissimis doctoribus regie maiestatis phisicis tantū hic offerā quedā medicinalia ſm diuersas intētiones: q̄ in diuersis earū specieb⁹ vtilitatē afferre possunt enumerādo tātū ea medicamina ⁊ magis domestica: ⁊ que a me plerunq3 experta sunt ad casum facientia. ¶ Primo igitur si tales emorroyde fuerint nō emanātes ⁊ plurimū dolorose: vt sepe contingit: stat principaliter duplex intētio. Una est mitigatio doloris. Alia est prouocatio sanguinis vel eductio. Primo igiẗ in mitigatione doloris fiant sessiones in decoctione rerū vt infra. ℞. seminis lini. M. i. foliorum altee: fenugreci aā. M. v. limaciarum que reperiuntur sine testis in locis humidis. ℥. iij. florū ⁊ foliorū tassibarbassi duas partes. M. vnius: bulliāt omnia in duabus situlis aque vsq3 ad consumptionem sexte partis: postea in illa decoctione tepida posita in vase concauo apto ad sessionem: fiat sessio stando in dicta decoctione per quartū hore. Et cum exit a balneo fiat inunctio supra dictas ptes mollificando ⁊ sensum minuendo cum vnguento vt infra. ℞. olei de se. lini: olei de crisomillis aā. ℥. i. cum vitello vnius oui: ⁊ cū ʒ. v. pulueris nenupharis exiccati ⁊ modica cera fiat vnguentum: ⁊ supra vnguentum ponatur emplm̄ vt infra. ℞. limaciarum de quibus dictum est. ℥. ij. foliorum maluarū: altee: et mellilotī aā. M. i. florum nupharis. M. v. se. lini. M. i. v. omnia simul bulliant ⁊ tapellentur: ⁊ cū oleo viola. ⁊ medulla cruris vituli incorporetur emplm̄ cū modico croci: ⁊ superponatur. Si tamen fuerit ibi caliditas multum intensa cum dolore ad prohibendū attractionē materierū ad locum erit necessaria diuersio cū flobotomia fienda prius de vena basilica dextri lateris: postea īfra sex vel octo horas fiat flobotomia de saluatella sinistri lateris educendo de qualibet earum circiter. ℥. ij. sanguinis. Et qn̄ cū istis etiam nō mitigaretur dolor posset in vnguēto supradicto ad mortificationem sensus addi opij ʒ. v. croci. ℈. v. ⁊ fiet multum mitigatiuum doloris: quo mitigato dolore si nō per se rumpaẗ: tunc ad prouocandū valet post diē vt flobothometur saphena dextri pedis: ⁊ si manifestior fuerit in sinistro: fiat in sinistro educendo modicam sanguinis q̄titatem vt. ℥. i. v. ad amplius. Et qn̄ nec est ingenio non educaẗ etiā sanguis per eas emorroydas: etiam si tales fuerint extra pendentes ad eductionem sanguinis ibidem cōtenti magis securum ingenium est apponere vnā sanguisugā vel duas vt fiant adherentes ad dictas venas eligendo de sanguisugis nō venenosis. Fiant autē debite adherentes si ponatur sanguisuga ad intra cānulam: ⁊ tangatur locus vene cum modico sangui pulli: postea applicetur cānula in qua est sanguisuga ad illum locū immediate ⁊ immediate adherebit sugendo sanguinem ex vena: postea amoueatur cānula sanguisuga pendente: ⁊ cū erit plena sanguine super eā aspergatur parum salis ⁊ supponaẗ bacile ⁊ decidet: ⁊ totum sanguinē attractum euomet in bacile q̄ si locus videbitur detumefactus bene erit. Et si non apponaẗ secunda sanguisuga secundū modū vt supra: quo facto ponaẗ pecia super locū: in qua extendatur vnguentū factum ex vitello oui: ⁊ oleo rosa. ⁊ modicissimo croci. Et ista sufficerent quādo extrinsecus apparentes essent. Et si interius sint latentes: tūc oportet eas aperiri ⁊ sanguinē prouocari cū licinijs impositis in ano habentibus vim dilatādi poros venarū: ⁊ subtiliādi sanguinē: ⁊ cōmouendi ad tēpus medicamē: ex quibus est si fumatur licinijs: sine suppositoriū factum vt infra. ℞. specierū yere simplicis detracto mastice partes duas mirrhe partē vnā: cum melle qḋ sufficit: fiant suppositoria mediocriter longa ⁊ satis grossa. Et si fiat suppositorium ex radice yreos ⁊ inuoluatur in lana desuper ligando cum filo postea inuoluatur in mixtura facta ex dictis speciebus mixtis cū oleo de lilio: vel de rutha: vel de scorpionibus erit fortioris efficacie. Et fortiora his sunt suppositoria facta vt infra. ℞. amig. amara. ʒ. ij. foliorum ruthe: pulpe colloquintide aā. ʒ. i. musci: crucianna. ʒ. v. cum medulla cerui dissoluti: ⁊ modico bdelij dissoluti in vino albo fiant suppositoria longa ⁊ supponantur in ano: ⁊ permutentur omni hora vsq3 ad quinq3 horas continuas. Qḋ si fortassis propter acuitatem harum medicinarum causaretur dolor: nūc conuenit ad mitigationem doloris: vt fiat suppositorium imponendū cū mitigatiuis doloris: nō tamen prohibentibus sanguinis emanationē: ⁊ hoc dico cū est intentio ad extractionem sanguinis per illas venas: vt qn̄ periodice cōsueuit defluere cū tumore primo illarū venarū: ⁊ iam in tp̄e periodi cōsueti stante tumore ⁊ cum tumore nō effluit. Et de eis est si fiat suppositoriū sumēdo radicem caulis vel blete: ⁊ fortius est si sumatur radix raffani ⁊ superligetur vndiq3 corium: postea infundatur in oleo ros. dissoluto cum modico vitelli oui: ⁊ cum oleo violato est melius. Et in prouocādo mediocriter sine vehementia doloris emorroydas surdas latentes est si fiat suppositorium cum altera de radicibus dictis ⁊ superligata lana infundatur in oleo de persicis: vel de crisomillis: ⁊ multum appropriatur ad hāc intentionem. De his aūt surdis fit aliquotiens cura cū incisione ipsarum ⁊ adustione per diuersa ingenia: ⁊ aliquotiens fit ligatio earum. Sed cū ista oīa nisi cum summo artificio sint timorosa nō auderē laudare hmōi offerri in tanta maiestate: nā sepe in his operationib⁹ vidi periculū: sed si emorroyde sint apparentes tales surde: ⁊ sit intentio ad exiccationē ⁊ extenuationē: tunc sine timore potest fieri medicamē vt infra: qḋ est apponendū super tribus vel quatuor ex eis vna saltē remanente fiat vt infra. ℞. antimonij. ʒ. i. v. cornu cerui vsti: corallorū: lapidis emathites: thuris aā. ℈. i. incorporentur cū oleo myrtillorum: ⁊ ex mixtura superponaẗ dictis venis cum pecia: ⁊ infra modicissimos dies erunt extenuate. Qḋ si intenderem⁹ remotioni earū in totū: qḋ fieri posset nisi fuerint antiquate cōsuete periodice fluere: sed tn̄ mō p̄iodice tumescāt ⁊ dolorē causent: tūc potest poni de eodē linimēto super eas faciēdo leuē diuersionē p̄ flobotomiā basilice: ⁊ dando p̄ sursum medicinā ad hoc appropriatā: de quo dicit Aui. xvij. tertij in capl̄o de liquidis sup. mediani a q̄ ponunẗ super eos versus fitē dixit sic. Et ex eis q̄ electa sunt ⁊ expta est vt in potu sumaẗ galbani sicci sup. ⁊ puluerizati pondus. ʒ. ij. in aq̄ sup. facienti ad hanc intentionē: vt in aqua sup. absynthij: vel plātaginis. Addit nā sup. ipsum galbanū ⁊ eius exhibitio remouet eas sup. dicta emorroydā. Addit ⁊ si in potu sumatur tribus vicibus nō redibūt. Ego tn̄ non auderē in maiestate regia exhibere. ʒ. ij. pro vice sed inciperē a. ℈. ij. tendendo ad. ʒ. i. magis cōtinuando numerū exhibitionū q̄ facere augmentum in q̄titate cōtinua. Et hec sufficiāt dicta ad intentionē emorroydarū surdarū ⁊ nō fluentiū. ¶ Ultimo aūt superflua eductione sanguinis p̄ eas vn̄ sumiẗ intentio restrictionis primū ex parte dietā q̄ maxime hic est necessaria ... est ab oībus inflāmare potentibus ⁊ motib⁹ corporis ... ⁊ ab oīb⁹ cibis ⁊ potib⁹ etiā medicinalib⁹ subtiliatiuis ⁊ aperitiuis. Nō tn̄ simpliciter intendēdū cū stipticis maxime fortibus: immo expedit vt cibi declinēt ad lenitiuū vt ... feces molles: ne si forte feces indurarenẗ suo incessu ... ad magnam lesionem. Quibus sic obseruatis primū ... in cura fiat diuersio ad oppositū cū leni flobotomia basilice: cū vētosis etiā positis supra epar vel splenē: prouocādo etiā sanguinē p̄ nares: deinde stante sanguine acuto et subtili ex admixtione colere: vt sepe euenit: fiat eius digestio vt infrigidatio ⁊ inspissatio cum syrupis ⁊ aquis ⁊ cōfectionibus ad hoc facientib⁹: ⁊ alio ōīr cū medicinis appropriatis de materia acuta. Si āt fuerit aquositas in sanguine: qui sic cū nocumēti fiat exiccatio cū appropriatis quas oēs medicinas intactas relinquo: sed ordinādas p̄ pre-

stantissimos phisicos sue sacre dñationis. ¶ Hic tñ cõmemo-
rabo quasdā medicinas interius sumēdas: ⁊ quasdā exterius:
que immediate faciunt ad constrictionē constringendo poros
venarū ⁊ sanguinē inspissando. Et de his sumendis per supe-
rius sunt mirabolani cõditi: ⁊ citrini: ⁊ chebuli: ⁊ confectio de
scoria ferri Rasis. Nā si bis in hebdomada sumatur. ʒ.i.v. pro
vice cū aqua plantaginis: vel aqua callibeata est multum iu-
uans. Appropriata medicina etiā ad hoc singulr est trifera ex
arte fenonis Mesue si sitr sumat. ⁊ qñ cū fluxu contingeret dif
ficultas exitus fecū: tunc cū hac intētione simul. ʒ.i. pillularū
de bdelio vsqʒ ad duas est maxime excellentis iuuamenti. Exte
rius autē ad constrictionē venarū potest fieri vnguentum ap-
propriatū superponēdū factū vt infra. ℞. ossiū dactylorū: nu-
cis cipressi cobuste: corallorū rubeorū: emathitis p̄parati añ. ʒ.
j. acacie: terresigillate: thuris: sandalorū alborū: glandiū: cor-
ticum granatorū: se. portulace ⁊ plātaginis añ. ʒ.v. cum succo
mente: ⁊ basilico. fiat mixtura ad liniendū eas: ⁊ si contingere
tur dolor simul cū fluxu: domesticū remedium est vt querātur
vermes centū pedū dicti porcelliones: repериunt in locis humi-
dis vt in penu: vel sumant scarabei ⁊ pure contundantur isti
vermes vel scarabei: deinde bulliant in olo de se. lini debite q̃ti
tatis longa bullitione: postea de dicto oleo fiat linitio sup eas.
Ad mitigationē etiam doloris simul cum constrictione facit
sessio in balneo decoctionis vt infra. ℞. plantaginis: florum ⁊
foliorum tassibarbassi añ. M.j. seminis lini. M.v. corticū gra-
natorum: balaustiarū: gallarū: nenupharis añ. M.v. omnia
simul bulliāt in aqua callibeata: ⁊ in vino nigro stiptico vsqʒ
ad consumptionem medietatis ⁊ de ea fiat balneū. Et de his
sum contētus q̃tum ad hāc intentionē: paratus etiā ad lati⁹
⁊ copiosius scribendā in materia si expedierit.

¶ Ad frigiditatē renū inducendā vnguentū. Consiliū. lvij.

Expedito cõsilio magnifice domine gubernatricis.
Pro magnifico domino gubernatore ad īfrigida-
tionē renū: vñ videt multū ledi caliditate corū po-
test fieri inūctio cum vnguēto vt infra. ℞. olei viol.
olei ro. añ. ℥.j.v. olei de nenupha. ℥.v. lauentur de
suc. plātaginis: postea addant berberorū: sandalorū citrinorū:
seminū aceto. gummi arabi. coralloium ru. añ. ℈.j. aceti parū:
⁊ cere parū: fiat inunctio. Et si non videretur sufficienter frigi
da ista descriptio addantur duo grana camphore. Et si nimis
frigida ponat paruʒ spice. Et ita articuletur fm iudicium ma
gistri Jo. antonij. Portare etiā supra renes laminas plūbeas
multipliciter pforatas prius infusas in succo plantaginis: vel
semperuiue est efficacissimum ad hoc remedium.

¶ Pro quodā qui passus fuerat debilitatē digestiue: ⁊ seque-
stratiue renū coniūcta dilatatiōe meatuū. Consiliū. lviij.

Asus Magnifici ⁊ strenui militis domini Anto-
nij de Martinēgo Patricij ordinis Venetorū:
vt in scriptis videre potui: ⁊ ego ipse oculis ⁊ sen-
sibus palpaui: supposita etatiua cõplexione ⁊ na
turali sicca: cum sit annorū circiter. lxiiij. colerice
cõplexionis est: q passus est debilitatē digestiue
renū ⁊ sequestratiue cõiuncta dilatatione meatuū probabili-
ter: vt pororum ipsorū renū: ⁊ orificiorū venarum minutarum
terminatarū ad substantiā renū: cum precesserint vrine grosse
sanguinolēte cū materiebus grossis: ⁊ etiā antecedēte cā primi
tiua in cessione. s. ⁊ p̄cipue pedib⁹ superflua ⁊ violēta ad lassitu
dinē ducēte: immo vsqʒ ad sudorē: vt ipse idē retulit: a qua de-
bilitate digestiue vel sequestratiue beneficia medicorum ⁊ sua
obedientia de quiete ⁊ de reliquis curatus est: cū iam nō emit-
tant vrine sanguinolēte: immo colat per verā digestiuam ⁊ se-
questratiuā conuenienter sanguineitas ab aquositate vrinali:
cū iam emittantur vrine: ⁊ si grosse ⁊ turbulente hora mictus:
tñ ad albū declinant ⁊ nō ad rubeū: licet aliquotiens: sed raro
emittat aliquid modicū sanguinolentū ad q̃titatem grani fru
mēti non colorificās vrinam ad rubeū: immo seorsum separa-
tū residens facta sequestratione vrine cū materia feculenta pti
cularē situm in ea obtinēs: vnde declarat sanguinē vere seque-
strari ab aquositate: ⁊ nutrire cõueniēter renes: ⁊ per sequestra
tionē que fit cõuenienter de materia grossa a substātia vrine sa
tis manifestat incolumitatem esse: ⁊ in venis cpis ⁊ aliis supra
renes: ⁊ licet sint fortificate virtutes digestiua ⁊ separatiua ip
sorum renū: non in totū tamē fortificata est expulsiua ipsorū
in resistendo materieb⁹ humoralib⁹ flegmaticis: que ad ipsos
renes a reliquis superiorib⁹ mēbris trāsmittunt ꝓpter debili-
tatē eorū: ⁊ cõsuetudinē in recipiēdo: cõiungit ēt cū casu dolor
circa dorsum: ⁊ in partibus supra regionē renū: ⁊ circa regionē
eorū: ⁊ etiā aliqualiter infra: q̃ dolor iacēdo parum manifesta
tur: sed ambulando ⁊ sedendo magis ledit: coniūgit etiam cū
casu humiditas stomaci saltem accidentalis: etiam cum cere-
bro catarroso: credo etiā accñtaliter: ex quibus mēbris vt arbi
tror de superfluitatibus ibidem generatis flegmaticis ⁊ muci
laginosis maxima portio trāsmittitur ad renes: ⁊ sic illarum
materierū flegmaticarū mixtarū cū vrina: ⁊ tandē residentiū.
Pro mediata causa sunt stomacus ⁊ cerebrū. Et magis proxi
ma est cõsuetudo nature ad trāsmittendū dictas materias ad
renes: cū alr̄s essent multū debilitati: stāte ēt debilitate aliqua-
li in expulsione renū in resistendo: sed cause interdum illius mi
ctus modici sanguinis: de quo dictū est ꝓbabiliter ⁊ rationabi
liter sunt q emittitur dictus sanguis ex incisione facta in ali-
qua vena minuta ipsorū renū: vel alterius eorū multiplicato
sanguine vltra q̃ cõuenit illi vene: etiā aliqualiter acuto existē
te cū siccitate ⁊ duritie substantie ipsius vene discooperte non
ꝓfundate in substātia renū: q̃ siccitas ⁊ durities parti etatiue
⁊ ex naturali cõplexione ei⁹ sicca: ⁊ ex applicatis stipticis ꝓ cu
ratione p̄cedentis egritudinis fuit acquisitā: q̃ tres sunt spāles
cause fluxus sanguinis: colligunt ab Auer. iij. colliget. c. xix. iʒ
ꝓpter p̄cedentē curā bene ēt renes debeāt esse aliqualr extenua
ti ⁊ exiccati cū venis eorū: iʒ etiā frigus materierū applicata-
rū constringēs ⁊ cõprimēs prohibēs extensionē dicte vene di-
sposite prepararet ad incisionē dicte vene parue. p̄cipue augmen
tato influēti nutrimento ad dictā venā: ⁊ sic ipsa nō obediente
extēsioni ꝓpter causas dictas fit incisio ipsius. Et per similes
modū fit aliquādo mict⁹ sanguinis ⁊ a tethano ⁊ spasmo for-
tibus: vt voluit Aui. qñ nō possunt dilatari vie: vnde rumpun
tur ⁊ aperiunt post preter naturaliter. Scissionē añt dicte ve
ne suadēt que dicta sunt supra. Sed multitudinē materie nu-
trimētalis extendentē: vltra quā extēsioni vene cõueniat decla
rāt modi pariodicādi tēporales in quib⁹ periodice multiplica
tur sanguis. Sed acuitatem aliqualē in sanguine declarāt red
ditus talis apparentie sanguine post exercitia cū aliquali pū
ctione: tunc in exitu vrine q accidens licet difficile videat: tñ
non est in eo timor habēdus etiā si in eo fiat reddit⁹. Et de hoc
posuit expresse Aui. sententiā in. c. proprio de mictu sanguinis
⁊ saniei in fine de mente Hypocra. cū dixit. Et est casus noster.
Inquit Hypocra. cum mingitur sanguis sine dolore sup. no-
tabili. Et est paucus in horis quibusdam. i. periodice vt in ca-
su nostro nō est malum in eo. Cause vero inhabilitatis motus
progressiui ⁊ doloris dorsalis: nō tantum in regimine renum:
sed supra ⁊ infra sumunt ex indispositione musculorū alligato
rum mēbris iuncturalibus necessariis ad dictū motū: cuʒ dicti
musculi non possint debite ⁊ libere extendi ⁊ contrahi fm ne-
cessitatē motus mēbrorū dictorū iuncturalium: ⁊ non tñ fit in
his mēbris nocumentū ad motū: immo ēt ad diuersum sitū eo-
rū: qm̄ diuerso modo extendunt ⁊ cõtrahunt dicti musculi ino-
bedientes facti ad diuersam dispositionē ⁊ sitū variū dictorum
mēbrorum iuncturaliū: vñ nō tñ in motu ꝓgressiuo: imo etiā
⁊ in sedēdo fit inhabilitas: ⁊ pñr in musculis dorsi. Sed cause
dicte inhabilitatis in musculis dictis partim sumunt ex lon-
ga quiete: vñ acquisita est in eis quedā dispositio ad motuʒ ad
dilationē ⁊ ꝯctionē. sicut ex opposito ex motu cõuenienti acq-
rit vna naturalis potētia ad facile mouendū: ⁊ habilitas q̃ in-
sequit virtutē dirigentē mēsurā cõuenientē spirituū facientiū
ad motū: que mensura cõicat tpe motus ꝑficiendi: vbi tēpore
quietis talis mēsura spirituū nō dirigit ad dicta membra: ⁊ ita
minorata mēsura calidi naturalis: ⁊ in illis mēbris ad opera-
tionē motiuā debita fiūt inepta. Cõcurrit ēt vt cā specialis ap-
plicatio medicinarū infrigidātiū ⁊ exiccātiū: q̃ facta est tpe p̄-
cedenti ꝓ cura mictus sanguinei circa partes dorsales: ēt in-
frigidatio ⁊ stipticitas inducta per medicinas interius obla-
tas pro alterandis renib⁹: que etiā dictis mēbris cõicata est in-
trinsecis musculosis: ⁊ ita ipsis ifrigidatis ⁊ exiccatis: ⁊ priua
tiue per quietē: ⁊ positiue p medicinas interius ⁊ exterius ap-
plicatas acquisita est talis inhabilitas in dictis membris in
extensione ⁊ extractione: ⁊ itidem fit labor in motu ⁊ in diuersa
dispositione ⁊ situ dictorū mēbrorum: ⁊ cõsequentur dolor Et
hec de casu sufficiant. ¶ Pro p̄seruatione igitur a reditu in si-
milem dispositionē p̄cedenti: ⁊ curatione dispositionū actua-
liter assistentiū: ⁊ de dolore dorsi in motu vt dictū est: ⁊ de nocu
mēto qd̄ remansit in renibus: vñ manifestat vrina grossa tur-
bida cū mingit: ⁊ interdū cum apparētia illius modici sangui
nis in vrina duo fiant principalr. Primo ponetur regimen in
dieta cõuenienti in p̄seruando: ⁊ in curando habendo respectū
ad causas mediatas: vt stomachū ⁊ cerebrū humida flegmatica.

Scdo

Scdo ponetur regimē in medicinalibus. ¶ Circa primū igit̄ expediēdo de aere dicatur: q aer cōueniens non debet esse excessiu⁹ neq3 in caliditate: neq3 in frigiditate. sed quasi tēperat⁹ in dictis qualitatibus: et forte parūper declinans ad calm: habita indicatiōe ad dispositionē principalr̄ ledentē dorsi est cōuenientior. In humido etiā et sicco nō sit vehemens excessus: sed vel sit tēperatus aer in his passiuis qualitatibus: vel etiā parumper ad humidū declināns habita indicatione ad lesionē dorsi: et ad mictum aliquotiens modici sanguinis. Et ita vitetur aer stuffe: neq3 multū appropinquet igni maxime cū dorso: et ita non apponantur pāni multum calidi: vel pelles multum calide ad dorsum: neq3 teneat cingulum nimis strictū ad dorsum. Et ita tēpore estatis cauendum a statione in locis calidis maxime sub radijs solis. Et ita tempore hyemis cauendū a locis frigidis et a vento boreali precipue aer grossus nebulosus et multum humidus est in casu inimicus: et maxime considerando causas mediatas: vt stomachū et cerebrum. Et ideo nō sit sibi habitatio in rure in locis altis montanis discoopertis circa partem septētrionalē. Non etiam sit habitatio in locis propinquis paludib⁹: sed sit eius habitatio media inter eē multū eleuatā et multum depressam: etiā in ciuitate eligendo camerā taliter situatā et habentem si est possibile fenestrā vel spiraculū ad orientē. Et si cōtingat suā magnificentiam recipi tēpore estatis in rure in locis calidis: dz rectificari aer cū suffumigijs ad frigidū et humidū aliqualiter declinātibus: et irrorando camerā cū aqua decoctionis florū violarū: rosarum: florū nenupharis: et foliorū vitis: et salicum cum modicissimo aceti infuso in aqua dicte decoctiōis. Vel pōt fieri irroratio p camerā cū aquis sublimatis: violarū: nenupharis: rosar. Et potest fieri suffumigiū in camera: ponēdo supra prunas de corticibus pomarū macianorū: vel potest fieri pasta et formule: de quibus ponant duo super carbones facte vt infra. ℞. florū nenupharis: viol. an. ʒ. j. sandal. citrinorū. ʒ. v. cum mucillagine seminis citoniorū. et ℈. j. thuris: fiat pasta pro suffumigio. In tempore vero hyemis vbi esset intentio calefaciendi et aliqualiter exiccandi: vt stante aere nebuloso grosso et frigido dz rectificari aer. primo cum igne facto in camera propria ex lignis iuniperi et lauri. et sermentis rorismarini: et similib⁹ iuniperis aridis: ligna etiā quercus ad hoc valent. Pōt etiā fieri aspersio per camerā cum aqua decoctionis maiorane: ysopi: calamenti pulegij: mente: apponendo etiam aliquid cinamomi: et gariofi. in vltimo decoctionis: vel aspergatur aliquid de vino aromatico. Vel si placet suffumigare pōt fieri pasta: de qua ponatur ad qūtitatem castanee vt infra. ℞. gariofi. macis an. ʒ. j. thuris laudani an. ʒ. v. cum modico storacis calamite: et modico cere fiat pasta: de qua ponat vt supra: nō tamē procuretur aliquo modo caliditas excessiua camere proptie ppter id: qd subtiliat sanguinē. et ipsum acutū reddit: et hoc de aere. ¶ De motu autē et quiete dicat: qm nobis stat intētio in pseruatione a casu in debilitatē renū similem ei: que precessit ex dilatione meatuū cū caliditate coniūcta: est etiā intētio ad remouendum debilitatē consequentē exiccationem vel extenuationem ipsorū renū et siccitatē inductā in musculis dorsi seruientibus ad motum: ideo in his circunstantijs magis adherendum est quieti q̄ motui: ideo motus si superfluus est in casu multum nociuus adducens ad exiccationem ex vna parte: et dilatationem meatuū ex alia parte. Unde Aui. intendens in hoc casu phibitiones causarū dilatationis dixit. Et phibitio quidē causarū dilatantiū est dimissio motus et coit⁹: et declinare: et ad quietem et trāquillitatē. Nā p quietē moderatā fit restauratio substantifica mēbrorū exiccatorū. Dico tñ quietē esse moderatā: nā aliqū cōuenit parumper exercitiū ad vigorandū caliditatē mēbrorū: q̄ sunt instr̄a mot⁹: vt musculorū dorsi quorū vigoratio perficit p motū moderatū nō laboriosum sed equalē: et ad eas partes p motū talē cōuertit de spū et sanguine iuuantes ad operationē motiuā. Et qm multo satis tpe fuit in q̄ete corporea quasi cōtinua: et oīs repētina mutatio est fallax et nature inimica: idcirco ad inchoādū motū ēt, continuandū: opz fieri gradatī pcessuz incipiēdo a remissiori in velocitate: et breuiori in spacio pertrāseūdo pcedēdo ad intēsiorē et longiorē paulatine: ita q in. iij. die fiat longior et velocior aliqualiter q̄ in prima et scda: et ita pcedendo deinceps ad magis intensum in velocitate et longiorē: sed nullo mō fiat vsq3 ad lassitudinē: neq3 ad manifestā supercalefactionem. Fiat etiā in hora cōuenienti: qi nō post cibum: immo trāsacta in totū stomachi digestione: et pro parte epatis: vt post sex vel septē horas assumpto cibo: et tūc fiat tale exercitiū moderatū in aere temperato ambulādo sc. ad sociū et suauiter incedēdo fm ordinē datum paulo ante. Nā tunc tale exercitiū est cōueniens et multū cōfortatiuū mēbrorum: vt declarat Gal. vj. interiorū: etiā dicente Aui. th cap. de cura vlcerum vesice: et trahit ēt ad casum nrm cum dixit. Et exercitiū quidē nrm nocet eidem: ppterea q acuit et superinflammat. Si aūt nō facit idest iuuatiuū: ppterea q confortat membrū. Et si pur noceat exercitiū pedes factum fiat in primis eques et suauiter: et semp intelligat celebrata digestione: qm stante cibo indigesto in stomacho multū disconuenit: et nō tm exercitiū pedes tactū: ideo et reuolutio in lecto de latere ad latus: fit ēt nociua: pcipue qz mouetur vrina participans acuitate: et sic incitat ad frequēter vrinandū. Et qz tale exercitiū in primis dz esse paruū et suaue: ideo in supplemētum completi exercitij fiant fricationes mēbrorum superiorū fricando spatulas versus brachia: et brachia etiā in deorsum sotis fortiter hora dicta. deinde fiant leues et suaues fricationes ad dorsum ad viuificandum caliditatē naturalē illorū mēbrorum cōuertēdo sanguinē et spiritū ad illa mēbra extrinseca quasi stupida facta: et post tale exercitiū quietent mēbra et totum anteq̄ sumat cibus ad minus per horā. Et sicut dictū est: q quies in casu magis cōuenit: ita etiā de somno dicat: q somn⁹ in hac dispositione est magis cōueniēs ad humectandū et prohibendū inflāmationē q̄ vigilie. Unde opz vt fiat pctras in vigilando: qm nimie vigilie inflāmando nocent: vñ melius est declinare ad superfluitatē in somno q̄ in vigilia. Nō intret iū ad somnū nisi per horas duas ad minus post cibū: et cooperiat pannis cōuenient fm extrema: vt man⁹ et pedes: ita vt ille partes cōtinue sint calide et nō infrigident: et nō dormiat supra dorsuz saltim notabili tēpore: neq3 supra partē dextram: sed supra sinistrā: vel supra ventrem: nisi sequat dolor in dorso: et non sit lectus de pluma nimis mollis: neq3 sup linteamē superius immediate superponat coopertoriū de pellib⁹: sed supra culcitram lineā et de coto ponatur: ita q mediet dicta culcitra inter linteamē superius et coopertoriū de pellib⁹ ad prohibendum inflāmationē mēbrorum: et ita dico in passionib⁹ alalibus esse vitādas oēs illas: que ducunt ad inflāmationē et exiccationez: sicut est ira: furor: nimia sollicitudo: et curiositas de agendis. Passiones etiā que infrigidāt et cōuertunt materias ad interius etiā nocent: vt est timor: et tristitia: proinde in isto casu magis cōuenit letari gaudere cū dilectis et charis amicis: et audire sonos et cantus delectabiles: et loqui de reb⁹ gratis et placibilibus: et bene sperare. Nā talia omnia maxime iuuant. sicut ex opposito sibi cōtraria maxime nocēt. ¶ Circa inanitionem et repletionē summatim dicat: q inanitio oīno cuz superflue siue ppter ieiuniū: siue p euacuātia quomodolibet est maxime nocens: tñ qz ducit ad exiccationē et extenuationē: q̄ extenuatio renū et musculorum dorsi est quasi principalis egritudo in casu nro: ideo ieiunare est plurimū nocēs: et silr oēs medicine solutiue: siue date desuper: siue exhibite deorsum sunt in hoc casu ad maximū nocumentū: et ppter istō cām ēt a flobotomia totū cauendū est. Et de hoc dixit Rasis i isto casu de mictu sanguinis ppter debilitatē renū vel epatis: dico q hec est species quedā de mictu sanguinis sup. ex debilitate: vñ suscipe significationē de cute et calore eius: vnde sup. si fuerit citrinus: vt in hoc magnifico viro: addit cautus sis in minutione sanguinis in hoc: vel in minutione equali in hoc &c. Et sicut dico de flobotomia ita intelligatur de scarificationibus minuentib⁹ de humido mēbrorū. Repletio tñ oīs cibalis ppter debilitatē digestiue stomaci: que etiā cōsecuta est longitudinis morbi preter euacuationē sanguineā cū vrinis est multum nociua. Et ideo melius est partiri cibū sumendo trib⁹ vicibus in die naturali si stomacus sustineat q̄ semel tantū vel bis in die dicta. Repletio ēt in arteriarū fecaliū in intestinis est apta multū nocere vicinitate intestinorū ad renes: ideo saltē singulis duob⁹ dieb⁹ habeat ventris beneficiū: sed oī die pcurando est lenitio ventris natura p se nō obediente cū clysterib: de quib⁹ infra erit sermo cū mollificatiuis et humectatiuis: nō cū acutis calefacientibus et exiccātibus ppter id: qd dictū est: nā ppter dicta clysteria et ventris lenitionē multe materie cōuertent ad intestina: q̄ nisi cōuerterent ex cōsuetudine nature trāsirēt ad renes: quarū psentia debilitarent renes et vrine redderent turbide: et proinde in hoc maxime adhibēda est cōsideratio de lenitione ventris. ¶ Circa cibū et potum primo breuiter dicatur esse cauendum ab omnibus cibis et potibus calefacientibus acute et exiccantib⁹: et ideo ab oībus salsis abstinendū nisi ad sustentationē appetitus. Nam pro appetitu cōseruando nō incōueniens vti modicissimo sale in ferculis suis: sed si aliqualr̄ sal fiat ros

sitū erit cōuenientius. Et ita abstinendū cōsequenter ab oībus spe
ciebus: que cū in ore sumunt imprimūt mordicationem in lin
gua. Ita similiter ab aceto ꝛ a fortiter acetosis: dico signanter
fortiter acetosis: quū remisse acetosa ꝛ granatorum muzorum:
vel berberorum: vel acetose herbe pro salsamentis: vt infra di
cetur ad conseruandum appetitum: ꝛ maxime in estate nō de
bēt vituperari simpliciter: precipue remittēdo acuitatem ace
tositatis dulcorando cum zucharo tabarzet. Et cauendū etiam
a melle ꝛ confectionibus omnibus melliti: ꝛ ab omnibus acri
bus: que tamen vt scio multa horum nō sunt in vsu apud ma
gnificentiā suā: vt sunt allea: cepe: porri: rutha: senationes: si
napis: ꝛ huiusmodi. Cauendū etiā ab omnibus prouocantibus
vrinā ꝛ cōuertentibus materiā ad vias vrine. Nā in hoc casu di
cit Auic. oportet abhorrere diuretica: nam ipsa in isto casu
sunt maximi nutrimenti quecunq sunt ista: propterea q labo
rare faciunt renes debiles existentes: propterea q loquēdo de
vere diureticis exacuunt vrinam ꝛ extenuant ꝛ exiccant. Et ita
cauendū a naponibus: ꝛ cariotis: ꝛ asparagis: ꝛ lupulis in sus
perfluo vsu: ꝛ capparibus: ꝛ reliquis similibus: vt sunt semina
feni. ꝛ herba eius: ꝛ se. petroselli: ꝛ herba apii: ꝛ similia: prouo
catiua etiam de fructibus: vt sunt amigdale amare: ꝛ ficus: et
vue albe: precipue sine ormillis: ꝛ omnes vue potentis vini siue
albe: siue nigre etiam si passe fuerint: ꝛ fistici propter eorum ca
liditatē in casu non admittuntur. Melones: ꝛ anguriē: ꝛ cucur
bite: ꝛ maxime ventres ꝛ interiora eorum cum seminibus: et si
sint de genere infrigidantium et humectantium: propter tamē
inclinationem motus humiditatum eorum ad renes in hoc ca
su non admittantur nisi in hora furtiua. Ab his igitur cōmu
nibus de quibus dictum est: ꝛ a venis potentibus precipue al
bis cauendum est. ¶ Jam restat vt ponantur ea quibus vti cō
uenit. Supposito igitur qd a principio dicebatur: vt q hic cō
iungatur aliqualis caliditas in sanguine cum subtilitate ali
quali. ꝛ siccitate venarum renū: immo extenuatione ipsorū cū
cōplexione sicca ꝛ frigida musulorū dorsi: oportet vt totum re
gimē inclinetur parumper ad humidū: nō quidem aquosum ꝛ
subtile: sed aliqualiter cōstans ꝛ nutrimentū eligendū tēperā
tiā his in actiuis qualitatibus. Ideo primū de pane dicat. si
fieret panis de spelta eēt electior q de frumēto. Et si pur de fru
mēto fiat sit frumentū nō antiquū plusq vnius anni electum:
ꝛ sit farina eius bū attaminata sine furfure: ꝛ si pinsetur cū aqua
decoctionis liquiritie rase ꝛ ponat vnū modicū fermēti pur q
sufficiat ad leuandū: ꝛ sine sale erit electior. Si decoquatur in
clibano cōuenientur ꝛ non superfluendū ꝛ ammoueant partes
extrinsece credo magis iuuabit: ꝛ non cōmendetur ad minus nisi
post extractionē eius a clibano p. xij. horas: ꝛ neq transeat se
cundū diē. ¶ De carnibus aūt sibi cōuenientibus precipue sunt car
nes pullorū in estate ꝛ caponū in hyeme: siue gallinarū iuue
nū: carnes etiā perdicū ꝛ fasianorū: ꝛ turturū maxime elixatas
cum in casu conueniunt. Non laudo pipiones: neq qualeas:
neq alias aues excessiue pingues: neq aues que nutriuntur ex
iunipero: quas dressos appellant: neq passeres: neq hyrūdi
nes: sed reliquas cōes aues degentes in rubis ꝛ in montanis p
ter stornellū: precipue si elixent multū laudo impinguādo bro
dium earū si non fuerint pingues cū pinguedine pullorū galli
narū: dimittant carnes omniū auiū aquaticarum: carnes ca
preti. De carnibus quadrupedum laudant omni tpe si carnes
capretorū hēri possunt: nā renes eorū cū speciali proprietate iu
uāt: immo si de renibus eorū semp cōponerent cum reliquis suis ci
bariis esset multū adiuuandū in casu. Et de hoc dixit. A. in cu
ra de debilitate renū in fine. Et comedere renes cum reliquis ci
bis: ꝛ permiscere cū eis prohibetur: sup. difficultatē digestionis
eorum est multi iuuamēti. Nā renes ex densitate substātie car
nes eorū difficulter digerunt: ideo si preparent vt digerantur
vt pistādo substantiā eorū ponendo in pistoriis cū reliquis car
nibus laudabilibus: ꝛ in saporamētis: de quibus dicetur infra: et
ꝛ maxime renes capretorum cū proprietate spāli: ad renes hu
manos spero inde maximū futurū iuuamentū. De carnibus
etiā quadrupedū domesticorū sunt carnes vitule triū mensium
precipue in estate: ꝛ castratorū in hyeme. De quadrupedibus
syluestribus etiā cōuenientibus sunt carnes capriolorū: ꝛ lepo
rum iuuenū duorū vel triū mensiū: ꝛ dānalorū. Et carnes ericii
syluestris laudant cū proprietate spāli: ꝛ istorū omnium par
tes anteriores eligibiliores sunt posterioribus. Et mihi magis
placet in hoc casu elixatio q assatura. Et si propter appetitum
aliquotiens sumant assate ammoueant partes extrinsece to
ste: ꝛ sumantur pulpe tm. Et de piscibus non vitupero pisces

petrosos: ꝛ pisces squāmosos aliquotiens etiā moderate: vt te
meros: ꝛ piscos: torellas rapiētes per saxa in occursum aqua
rū cadentiū. Et si pisces petrosi debeant assari in patella con
diantur cū multo oleo oliuarū pingui. Dimittant oēs pisces
salsi ꝛ magni corporis ꝛ bestiales: ꝛ oēs pisces reperti in ade
lacunalibus. De his q̄ proueniunt ab aīalibus laudant oua sor
bilia: maxime si per. xij. horas steterint infusa cū testa in aqua
ꝛ aceto: ꝛ postea preparent vt fieri solet stuffando in aqua cum
testa vt reddantur tremula: vel paruū ascendentia a tremulis:
vel rumpant cadentia in brodio: vel in aqua impinguata cum
oleo oliuarū immaturarū: vel cum butyro loto bis vel ter in
aqua. Pro ferculis valet pulmētū factū ex pane trito ꝛ ouis.
Et si sumant aliquotiēs alique extremitates spinachiorum: ꝛ
acetose: vel buglosse: ꝛ lactucarū in estate: ꝛ portulace parū: et
terant ꝛ bulliāt aliquibus bullitionibus: postea cū aliquibus pas
sulis ad acetosum declinantibus cōmixtis cū ouis conquassatis
ꝛ depositis in dictis herbis talr elixatis in brodio carniū lau
dabiliū: vel in aqua impinguata cū oleo oliuarum vel amig.
dul. vel cū butyro loto: vt prius fiet conueniens ꝛ suaue fercu
lū. De ferculis etiā valet far de spelta in brodio pingui: ita pa
nicū ꝛ miliū pistata ꝛ cocta in brodio pingui carnium lauda
biliū. ꝛ similiter risum: sed sit parū prius tostū ad remouendū
eius inflāmationē: si debite coquat in brodiis erit conueniēs.
Similiter valet amidū coctū in dictis brodiis etiam similā si
longo tpe coquatur est cōueniens in dictis brodiis: vel si con
diatur cū oleo amig. dul. ꝛ si dulcorent cum zucharo albo fiet
magis gratū. Azaraui9 et laudauit in isto capitulo amidum
decoctū ꝛ farinā fabarum cū lacte decocto: siue sit ouium siue
vaccarū. Sed ego dubitās propter incōsuetudinē ꝛ debilitatem
ipsius stomaci de corruptiōe lactis nō simpliciter laudo. Lau
do tū tpe estatis pro collatione in meridie digesto prius cibo in
prandio sumpto: ꝛ post sex vel septem horas sumatur quatuor
vel quinq. ʒ. vicibus de lacte caprarū cum modico zuchari.
Et licet ouinū videat habere in hoc maiorē proprietatem: tū
qz magis inflammabile in estate mihi magis placebit capri
nū: ꝛ quiescat per quatuor horas nō dormiendo tū post ipm.
to cibaria insipida humida ad frigidū declinantia:vel tēpera
ta dantia aliquo modo nutrimētū grossum glutinosum ⁊ ad=
herens. Specialiter ergo.descēdēdo sibi cauendū est ab aniso
feniculo:apio:⁊ hmōi herbis.⁊ a brodio cicerū nō excorticato
rū maxime ⁊ faseolorū:⁊ speciebus omnibus:ab aceto:alleis ⁊
huiusmodi.⁊ a ficubus maxime:qm̄ vt testatur Aui.in fine ca=
pituli de cura vlceris renū. In ipsis est lacticiniū occultū.Eui=
tentur vue cuiuscūqꝫ cōditionis, Itē euitet petrosilium: aspa=
ragos:lupulos:⁊ talia:⁊ omnia vina potētia.⁊ maxime al.et
subtilia. Utat̄ ergo vino virmiglio paucifero mixto ⁊c. Et ma=
xime tēpore estatis cū aqua decoctionis ordei per duas horas
infusi in aqua:⁊ etiā modico dragaganti. Non sit dictū vinum
acre:sed medio modo se habēs inter dulce ⁊ bruscū. Sitqꝫ pa=
nis non participans multo furfure:imo sit multū depuratus
ab eo:⁊ sit sine sale.nō sit etiā multū fermentatus:imo parum
neqꝫ totus excessiue.Et in casu quo esset talis modi dimitta=
tur pars exterior:⁊ accipiatur de medulla eius interiore duorū
vel triū dierum ad plus. ¶ De carnibus vero habeatur hic or
do:comedatur de capretis ꝙ̄diu haberi possint: qꝛ maxime in
hoc proposito cōueniūt:⁊ capita ⁊ cerebella eorū notabilē ha=
bēt proprietatē in hoc. Silr̄ valent carnes vitulorū lactentiū
⁊ maxime partes neruee.⁊ singulariter pedes eorū. Nam ipsi
bene cocti dant nutrimētū frigidū ⁊ humidū: et faciliter dige=
rūtur vt expresse voluit princeps secūdo cañ.c.de pedib⁹. Ua=
lēt etiā pulli ⁊ maxime pullastre iuuenes:⁊ laudantur perdico
ni:qm̄ dant nutrimentū frigidū ⁊ siccū: vt voluit Auerrois.v.
collibet. ¶ De quadrupedib⁹ siluestribus valēt caprioli iuue=
nes:qꝛ antiqui nō laudātur in hoc casu. In diebus vero in qb⁹
nō comedunt̄ carnes mirabiliter ad hoc cōueniunt oua sorbi=
lia etiā nō cocta nisi corpus esset supercalefactū:qm̄ in tali ca=
su forsitā nō conuenirent propter eorū facilē corruptionē.hoc
ergo nō existēte oua sic cruda conueniūt:⁊ laudant̄ cocta leui
ter ꝯtesta in aqua ⁊ agresta sine sale:tū preparari pūt in aqua
solū cocta vel i viuarolo cū caseo pingui facto sine sale. ¶ De
piscib⁹ vero fere dicat̄ generaliter ꝙ oēs cōueniūt:sed spāliter
pisces petrosi ⁊ squāmosi vt luci:tēti:fauoni:elixati tamen in
aqua et non assati in patella:⁊ ita conueniunt cancri sine sa=
le et aceto:vt dictum est superius. De ferculis sic procedatur:
vtendum est oleribus vt spinachijs:boragine:bleta portulaca
malua:folijs violarū:lactucis:⁊ talibus frigidis. nam in istis
cōpletur intentio quam querit dn̄s Aui.in.c.de cura diabetis
vltra mediū: vbi sic dicit. Nā melior res dispositionis ciborum
quos sumere precipiūtur est vt sint tales quatenus comitetur
eos leuitas nature ⁊ confractio sitis : et loquitur in hoc casu.
Similiter vtendū est de brodio rerū superius dictarū ⁊ de pa=
ne cocto in brodio:⁊ de riso:farre ⁊ furmento rupto:⁊ pisto: mi
lij:⁊ panici:etiā de lacte caprino: vel vaccino. imo eorum nutri
mentū rectificat vt vult ysaac in dietis particularibus. Come
datur etiā lac caprinū maxime loco collationis tp̄e estatis cū
modico zucchari:tū nihil comedatur post quatuor horas: ne=
qꝫ exercitetur:neqꝫ dormiatur vt iubet Aui.ij.cañ.ca.de lacte.
⁊ loco insalatucie potest sumi de portulacis : et lactucis maxi=
me parū coctis cū agresta:qm̄ per decoctionē frigidiores red=
dūtur capitulo proprio:⁊ si libet cū agresta vini nigri:nō pon
gente. ¶ De fructibus vero valent amarene:pruna:damasce=
na:poma cocta cruda ⁊ dulcia:⁊ pira:⁊ similia preter nuces: ⁊
auelanas:ficus:vuas:vt dictū est superius.⁊ hec de regimine ci
bi ⁊ potus. ¶ Quantū ad somni ⁊ vigiliarū mensuram ordo
seruetur. Primo quantū ad tp̄s inchoandi somnū incipiatur
somnus post duas horas cibi assumpti: vt illo tēpore cibus sit
in fundo stomachi. Secūdo quo ad ipsius somni perseuerātiā
absolute plus dormiendū est quam tempore sanitatis et preci
pue de nocte ⁊ de mane: qꝛ vigilie inflammando vrinam exa=
cuunt:que est causa plus mordicandi. ¶ De forma etiam dor
miendi cauēdū est:ne dormiat̄ super dorso qꝛ materie propter
inflāmationem renum inflāmantur vrine:nō etiā dormiat̄ su
per latere dextro:ne superinflāmetur epar: ꝙ super calefactū
plus de cholera generat. Jacēdū est ergo super latere sinistro
⁊ modicum se reuoluat in lecto ne habeat causam mingendi.⁊
hec de somno et vigilia. ¶ De motu et quiete obseruetur talis
ordo:minus moueatur solito sed quiescat plus:sed tū in totū
nō negligat exerci. nā ipsiū exercitiū inflāmat:moderatum tū
fortificat mēbra vrine:que in hoc casu sunt laxa: vt expresse ap
paret per Gal.vj.de interiorib⁹:capi.antepe.dicēte etiā Aui.
ca.de cura vlcerū vesice.Exercitiū quidē nocet eis propter ea qḋ
acuit ⁊ superinflāmat. Si aūt nō facit idest iuuatiuū propter=
ea ꝙ cōfortat mēbrū:experiatur ipsum ergo paulatim. Fiat tū
exercitiū iā celebrata digestione vt ante cibū ⁊ prandiū ⁊ cenā
qꝛ aliter ipso facto precipitantur materie ad renes ⁊ vesicam
sed leuiter equitet̄. In sua ergo sint exercitia leuia ⁊ hoc in ta=
li casu est maxime obseruandū. ¶ De inanitione ⁊ repletione
dicatur breuiter:ꝙ nō est vsqꝫ ad crapulam comedendum vel
bibendum.non est tū abstinendū a cibo ⁊ potu:qm̄ fames ⁊ si=
tis inflāmāt ⁊ exacuūt.Est ergo tēperate comedendū ⁊ biben=
dū.Est tū sollicitāda inanitio qua superfluitates ciborū expel
lantur.⁊ si natura nō sufficit tūc iuuet̄ cū suppositorio:vel cly=
steri

fieri de quibus posterius fiet spālis mētio: qm̄ nihil magis in
hoc proposito faciendū q̄ ventris lenitio vt omnes fatenł. Est
tñ alia specialis inanitio a qua opʒ multū abstinere tanquam
ab inimico mortē intendente: ⁊ illud est coitus: q̄ coitus le dit
vt cōstat. ¶ De victu vero vt de accidētibus anime talis ob=
seruetur ordo. Cauendū ab ira: furia: solicitudine: et tristitia:
nāq̄ talia omnia ledūt: procurandū est moderate gaudere: et
sic cū amicis cōuiuare notabiliter iuuat: ⁊ hoc de primo prin=
cipali. ¶ Quantū vero ad secūda medicinalia magis venien
do tria vel quatuor per ordinē faciā. Primo est intendēdum
ad digerendū ⁊ euacuādū materiā cholericā que fuerit in am=
bitu totius ⁊ maxime circa epar renes ⁊ in partibus eisdem ad
iacentibus: ⁊ cū medicinis cū quibus nullū nocumentū dictis
viis afferatur. Secūdo est intendendū cū medicinis diuerten=
tibus illā materiā ad viā oppositā: si qualis materia cholerī=
ca remanserit in ambitu totius vel dictis viis. Tertio intendē
dū ad alterationē mēbrorū: ne sua qualitate imprimant in vrī
nam caliditatem: ita vt in vesica impressiua reddatur: ⁊ etiam
ne ipsum epar sit multe cholere generatiuū. Quarto q̄ pur=
nō apparet q̄ stāte tēperamēto ipsius epatis quin aliquid ge=
neretur de cholera: cuius etiā pars miscetur cum vrina: cuius
grā reddit acuta: ponā aliquas medicinas que ad vrinā per=
tingētes ipsam alterabūt ne sit multū impressiua: ⁊ etiā pertin
gētes ad vesicā taliter ipsam disponēt vt nō notabiliter patiat
ob ipsa vrina. ¶ Quātū ad primū talis ordo seruetł primo di=
gerat materia cū syrupo viol. simplici dicto iuleb violarum a
Mesue: hoc dico notāter: q̄ cū medici scribūt syrupū violarū
intelligitur ab aromatarijs syrupus viola. cōpositus factus
cū aqua cucurbite: que in hoc casu parū mihi placet propter
ipsius apertionē. Potest ergo sic formari syrupus. ℞. syrupi
violati simplici. ℥.j.ß. aque endiuie. ℥.ij. portulace. ℥.j. misce p
vna vice. de quo vtatur. v. vel. vj. vicibus. Ubi tamen esset cho
lera peccans multū subtilis ⁊ inflegmata conueniret syrupus
nunc infra scribendus ad maiorē infrigidationē. ℞. syrupi de
portulaca Mesue. ℥.j. syrupi de acetositate citri. ℥. ß. aque vt
supra: vel cū aqua decoctionis maluarū: foliorum violarū: ⁊ se
men carū: ⁊ ordei quantū sufficit: de quo vtatur vnā pro vice
sex vel. viij. vicibus. ¶ Ad hoc etiā valet syrupus rosatus de
infusione ro. valet etiā syrupus de succo acetose. et in maxima
flāma syrupus de papauerecū aquis appropriatis. ¶ Deinde
de facta digestione potest fieri purgatio cū medicina faciliter
euacuāte: vnde maxime cauendū est a medicinis cōpositis so=
lutiuis: q̄ in pluribus intrat aloes q̄ nocet epati supercalefa=
ciendo: vt dicit Mesue. c. proprio ⁊ etiam. d. A. xiiij. tertij capitulo
de cura asclitis vbi videtur velle q̄ absolute nocet epati quia
oportet q̄ elōgetur ab eo nisi propter necessitatē aut cum inge
nio rectificationis. Est ergo vtēdū medicinis bñdictis vt cassia
māna: ⁊ huiusmodi: vt infra. ℞. cassie nouiter extracte. ℥. ß. cū
aqua endiuie: plātaginis: acetose: q̄ sufficit fiat potio. Uel alī=
ter fieri potest vt infra. ℞. aque decoctionis violarum: boragī
nis: seminis maluarū añ. par. j. se. papaueris albi: par. iij. vnius
in qua infundantur manne pure electe. ℥. iij. ⁊ fiat potio. Et si
apparet q̄ nulla istarū sufficiat potest reiterari quelibet earū
vsq̄ dum sufficienter eduxerit. Et in casu quo nulla earum suf
ficienter eduxerit posset fieri medicina ex reubarbaro: vt infra
cum mirabolanis. ℞. mirabolanorū: citrinorum electorū gu=
mosorū ⁊ contusorum. ʒ. ij. infundātur in aqua endiuie: portu
lace acetose decoctionis modicū passularū: ⁊ facta expressione
addatur reubarbari electi. ʒ. j. v. cassie extracte. ʒ. iij. syrupi ro=
sati de infusione rosarū. ℥. j. misce: fiat medicina. Uel si volu=
mus possumus dare reubarbarū in substantia sua solum vt in
fra. ℞. reubarbari electi. ʒ. ß. subtiliter puluerizetur et sumat
cum aqua endiuie: vel alijs aquis ad hoc propositum conue=
nientibus. Et iste modus multū mihi placet. Nec mihi placet
dare ipsum in infusione: q̄ in tali tēpore non intendo apertio
ni sed euacuationi ⁊ sigillationi: ⁊ hoc melius perficitur ipsum
exhibēdo in substātia q̄ in infusione: vt voluit Mesue: ⁊ sic ge
neraliter omnes sentiūt. Nō est mirandū si non apposui spicā
vt cōiter fit: q̄ nihil operatur: nisi q̄ adiuuans ipsius opera=
tionē vt voluit Mesue: nec ipsum reubarbarū indiget corre=
ctiuo. nam vt eleganter dixit Auer. v. colliget capitulo pprio:
postq̄ dixit q̄ est purgatiuū addit: ⁊ est mirabilior in medici=
nis purgatiuis: quia frenum suum est cum eo q̄ nulla medici=
narū purgatiuarum est sine freno in aliqua parte sui excepta
ista: q̄ quāuis purget confortat omnia mēbra. Et propterea
possumus dando purgatiuum refrenare alias medicinas per
ipsum. Et ex cōsequenti post nullā talē medicinā est dandū la=
xatiuum facta purgatione dicta intentione habita ad medici
nam. Nam fortasse virtute medicine esset educta aliqua mate
ria multū acuta: que eius subtilitate penetraret in orificia mē
brorū: que nisi abluatur fortasse reduceret aliquā malā dispo=
sitionē. Et tunc in hoc casu non habito respectu ad malitiam
medicine: sed ad materiā cōuenit lauatiuum ex aqua ordei si=
ne zuccharo. Nā vt dicit. d. Aui. capitulo de malitia cōplexio
nis calide epatis in principio capiti. Est in ipsa virtus infrigi
datiua abstersiua ⁊ stipticitas confortatiua nō superflua: que
omnia intēdimus in proposito vt pʒ: ⁊ hec de primo: zuccharū
etiā nō ponit ne eius dulcedine cōuertatur in cholerā in hoc
sic dispositū. ¶ Intētio autē secūda que est diuersio ad aliā re=
gionē illius materie que vadit cū vrina perficitur principali=
ter cū tribus: vt cū fricatione extremorū vomitu: ⁊ lenitione vē
tris. Primo ergo cōuenit sit fricationes ⁊ maxime partiū supe
riorum que fieri possunt in mane anteq̄ surgat a lecto leues tñ
fiant. Et si cū hac leui fricatione a calido tēperato sudor prouo
caretur esset multū laudabile: q̄ per sudorē euatur aquositas
serosa ⁊ diuertitur ad cōtrariū. Nō laudo tñ ipsum prouocarī
cū medicinis interius sumptis: qm̄ tales apertiue sunt que in
hoc casu mihi nō placēt. Laudant etiā in proposito vomitus
leuis. Nā vt dicit Aui. in. c. de materia lapidis renū. Ipse eñ
vomitus expellit superfluitates per viā cōtrariā vie: cuius mo
tus est ad renes ⁊ facit latus renū vacuū mundū. Hanc eandē
sententiā dixit de cura vlcerū renū ⁊ vesice. Nō laudo tñ pro=
uocari vomitum violēter: q̄ talia fortia prouocantia plerūq̄
nocēt vijs vrine. Prouocetur ergo cū aliquo vnctuoso vt oleo
cōmuni ⁊ similibus: ⁊ hoc in his qui apti sunt ad vomitū. Le=
nitio etiā vētris eādē hʒ intētionē cū vomitu: ⁊ est instrumētū
aptius ad hoc propositū. Pōt ergo fieri lenitio vētris per in=
ferius per clysteria ⁊ per superius. Fiāt ergo clysteria vt infra
℞. cassiefistule. ℥. j. pulueris zucchari. ℥. v. olei cōmū: olei viola=
ti. añ. ℥. j. v. cum decoctione maluarū: bletis. mercurialis: ma=
trum violarū: or. añ. parū fiat clystere cōmune ⁊ sine sale. Uel
potest fieri ex brodio carniū pinguiuʒ modicum salito ⁊ parte
aque or. vel aliter. ℞. lactis acetosi extracto butyro. ℥. vj. succi
malue: ⁊ mercurialis. añ. ℥. iij. olei viola. ℥. ß. misce pro clysteri.
Et hoc conuenienter fieret vbi esset magna caliditas. Et infini=
ta similia possumus ḿm extimatiuam facere clysteria magis et
minus lenientia frigidiora etiā ⁊ minus frigida ḿm necessita=
tē. Potest etiā interdum fieri suppositorium leue vt infra. ℞.
mellis violati. ℥. v. fiant suppositoria duo vel tria ⁊ inungatur
oleo vio. salito modicum vel non salito: si per se sufficiens sit.
Ualet ad hoc radix bletis in forma suppositorij. Ualet zuccha
rum candi in forma propria ⁊ his similia. Cauendū tamen est
ne exhibeantur huiusmodi nisi postq̄ cibus exierit stomachū.
Per superius vero mirabiliter laudatur cassia nouiter extra=
cta ex cānis. Pōt ergo sumi de cassia in cānis a duabus. ℥. cuʒ
media vsq̄ ad tres cum dimidia ḿm bonitatem ipsius: et ab
ipso infirmo extrahi de cānis: ⁊ sic sumi de mane vel ante ce=
nā. Uel potest extrahi ab apothecarijs ⁊ appellari in formaʒ
boli cum modico zucchari: ⁊ huiusmodi rei vsus bis vel ter in
hebdomada est multū cōueniens. Si vero de quātitate abhor
reret potest sic formari cōpositio. ℞. cassie nouiter extracte. ℥.
v. dyaprunis non solutiui. ʒ. ß. vel cum zuccharo taberzet ⁊ fiat
bolus. nam in hoc modico fortasse est tanta virtus lenitiua q̄=
ta est in. ʒ. x. cassie tantū: ⁊ sine nocumento. Potest etiam loco
dyaprunis addi de dyacatholicon damasceni: vel nicolai: cuʒ
aceto. Et de his posset dici quod dixit Aui. ad principium fa=
tis ca. de cura vlcerū renum. Huius enim expellit a corpore ex=
pulsionē subtilem cū declinatione ad partē: que alia est a par
te renum. Ualēt etiā ante pastū aliquādo brodia sana: pinguia
cū modico zucchari tepida: aliquādo pruna bene matura: vel
persicū bene maturū ⁊ sic de similibus. ⁊ in his impletur secun=
da intētio. ¶ Tertia intētio est alterare mēbra lapsa ad calidū
maxime epar ⁊ renes. Et hec intentio perficitur cū epithimati
bus: fomentationibus: vnguentis per exterius: ⁊ confectioni=
bus per interius. Primo igitur potest fieri tale epithima epa=
ti vt infra. ℞. aquarū sublimationis endiuie. ℥. iij. lactuce: por
tulace añ. ℥. j. v. rosarum. ℥. j. aceti. ℥. j. pulueris sandalorum al
borū ⁊ ru. corallorū vtriusq̄. se. ro. ⁊ acetose añ. ʒ. j. camphore
gra. j. v. misce pro epithimate epatis. Ad hoc etiaʒ valet talis
fomentatio. ℞. malue: plantaginis: rosarū: portu. añ. M. j. se=
minis corū omniū añ. ʒ. ij. granorū piperis albi. ʒ. j. v. ponant
ad bulliendū in aqua endiuie vsq̄ ad quarti cōsumptionem: ⁊
petie madefacte applicētur cū actuali calore mō sup epar mō
super renes. Et sic fiat ter vel quater nō stāte repletione talis

mēbrorū. Et de hac decoctione pōt cōtinuari. Potest etiā vngi regio epatis cū oleo ro. vel nenupharino stāte maxima flāma loto in aqua endiuie: vel solatri. vel semperuiue fm maiorem vel minorē necessitatē. Et postea facta vnctione superaspergatur de puluere sandalorū al. et ru. Et hic aduertēdū est pro regula φ nō dʒ oleū infrigidatiuū ad infrigidādū aliquod mēbrū apponi nisi prius lauetur: qm per viscositatē olei forsitā plus calefaceret reducēdo interius vapores ⁊c. φ iuuaret infrigidādo de per se. Sed de oleis calefaciētibus nō est cura. Ad possūt panni linei immergi in succo solatri: vel semperuiue cū modico aceti si expedit. Potest etiā fieri sacculus de rosis: endiuia: sandalis: sumitatib9 vitis: ⁊ immergi in aqua ro. vel nenupharis: vel succo solatri: ⁊ tepidus potest apponi epati ⁊c. Et frequēter remoueatur ne actualis frigiditas ad quā se reducit opilet. Conueniēs tū ad hoc propositū est vnctio cū vnguento sandalino Mesue: ⁊ isto cōiter vtūtur. Et si volumus isto inungere renes rectificatur vt infra. ℞. vnguēti sandalini. ʒ.v. vnguenti Gal. ℥.i. rectificetur si expedit cū oleo citoniorū: vel rosarum. Unū tū generaliter attēdēdū est in vnctione epatis cauēdum esse ne cuʒ talibus frigidis attingatur ad ipsum dyafragma: qm possent sua frigiditate ipsum immobilitare: ⁊ ex illo sequeretur maximū nocumētū: vt pʒ astāti. Et forte errore astātis sequeretur hoc: nocumētū propter indebitā approximationē talium frigidorū in tali casu omnino est abstinēdū a talibus frigidis. Et essent fiēde fomētationes cū calidis anodinis primo. que si nō sufficerēt addantur calidiora de eis que quilibet per seipsam constituere pōt. Postφ vero remotū fuerit nocumētū si adhuc remanserit mala cōplexio calida in ipso epate ⁊ renibus attendatur vt prius. In caliditate igitur renū cōiter laudantur lamine plūbee ipsis renib9 de quib9 Cōciliator duplicē dat casū. Primo φ sint plurimū perforate: qz nisi sic sint magis calefaciūt interius reuerberādo vapores φ infrigidēt. Secūdus canō est φ in vnctione sup regionē renū ponātur aliqua frigida cōfortātia: de quib9 dictū est: postea superponātur dicte lamine: nō teneātur tū nimis stricte ppter causam dictā. Superius vero sumēdo cōuenit medicinaliter zuccharum rosa. cum substantia: cōuenit dyaborriginatū: conuenit etiā cōfectio in morsellis facta vt infra. ℞. specierū trociscoruʒ de camphora. ʒ.v. cum. ℥.viij. zucchari taberzet dissoluti in aqua decoctionis seminū portulace: lactuce: ⁊ malue: fiat confectio in morsell. ʒ.ij. pro morsello de qua cōfectione sumatur morsellus vnus pro vice stō ⁊ epate inanitis. Et illa omnia scripta superius in hoc casu sunt notabiliter cōueniētia: qz in nulla suprascriptarū medicinarum est summa infrigidatio ⁊ extinctio nō humectatio que vetatur xiiij. tertij in pluribus casū. sed infrigidatio cū stipticitate ⁊ cōfortatione qd laudatur a dño Aui. ibidē: ⁊ ab Auer. vij. colliget: ⁊ hoc de tertio principali. ¶ Ad quartū vero veniendo vbi est intētio ponere aliquas medicinas que remittūt acuitatē vrine ex parte ipsius vrine mordificātis. Duo igitur faciā. Primo ponā medicinas per superius sumēdas. Secūdo illas ponam que per inferius administrari debēt exterius ⁊ interius per siringā. Primo ergo ponā medicinas per superius in hoc casu valentes. Sed oportet memorari tex. d. Aui. capi. proprio de cura ardoris vrine dicentis sic. Et de illis que conferūt supra mirabiliter est potus mucillaginū ⁊ inunctio earū. Nā per mucillagines vrina redditur impressiua minus fm se ⁊c. peruenientes ad substātiā vesice ponūt super ipsam quandā viscositatē super quā vrina trāseunte ⁊c. acuta nō tū sensibiliter imprimit in ipsaʒ. Et iste est canō qui sup oēs singularissime placet: quo nō cōiter vtūtur medici: sed principaliter intēdētes in cura cū diureticis frigidis ⁊c. cū tū omniū sonēt sententie doctorum: vt Aui. satis ad principiū de cura diabetis vbi sic dicit. Et de illis que oportet ipsum dimittere est labor dorsi ⁊ assumptio diureticorū. Qui textus ⁊ si nō videatur esse ad propositū nostrum tū bene ɔsiderāti est immediatus proposito nrō: qm ibi diabetes: vt dicit text9 in fine capituli accidit ex caliditate ignea ⁊c. vt in proposito nrō. Et hoc idē sub aliis verbis expresse sentit Auer. vij. collibet. c. xix. Et si nō in hac forma tū immediate trahitur super hoc: ⁊ illū modicū practicauit Ras. in diuisionib9. Et hoc idē expresse sentit Gal. xiij. terrapentice. ij. distinctione c. iij. ⁊ distinctione. iij. ca. iiij. hoc idē expressius voluit. d. A. xix. tertij in fine primi tractat9: ⁊ sunt vltima verba cū dixit. Et recordare eius quod dictū est in. c. renū. φ renes ⁊ vesica qn sunt dolorosi aut egri nō appropinquāt pillulis de seminib9 ⁊. i. vt augmētentur in renib9 ⁊ vesica dolor cū attractione ⁊c. ergo sup hoc tāφ super radice dʒ medic9 inniti in hac cura facta purgatione. Fiat ergo syrup9 talis vt infra. ℞. seminis altee: malue ⁊ citoniorū. aā. ℥.j. dragaganti. ʒ.iij. infundantur in aqua tepida decoctiōis radicū altee: seminis papa. al. ⁊ granorū alchichingi aā. φtū sufficit. Deinde fiāt expressiones dictorū seminum ⁊ dragagāti de quorū mucillaginib9 cōficiatur syrup9 vt infra. ℞. dictarū mucillaginū. ℥.j. v. decoctiōis supradicte. ℥.iij. zucchari albi electi. ʒ.ß. misce pro vna vice. Et de hac cōpositione syrupi sumatur. viij. vel. x. diebus cōtinuo qz in hoc proposito est mirabilis. Et si in totū nō sufficeret potest addi de mucillagine psilij tantūdē sicut de aliqua aliarū. Si tū possum9 sine hac per superius tutius est qm mucillago psilij ponitur inter stupefactiua: ⁊ notatur proprio ca. in fi. ⁊ clari9 apparet. xiij. tertij de cura singultus ad primā partē capti: ⁊ sexta quarti ponitur iter stupefactiua eo ergo tutius esse per siringā inferius vtendū vt dicetur. Ad hoc etiā propositū vʒ lac ouinū acetosum factū de quo extractū sit butyrū: ⁊ similia glutinosa: vt dictū est i prima parte huius. per inferius vero siringādo primo gnaliter vʒ quodlibet lac tepidū iniectū. Ualet etiā hec cōpositio facta vt infra notabiliter. ℞. psilij. ℥.j. coquatur in aqua ⁊ colligatur mucillago ⁊ misceatur cū oleo vio. ⁊ lacte mulieris puellā lactantis. Pōt sumi. ℥.ij. de quolibet istorū duorū: ⁊ ponatur per siringā tepidū. Pōt etiā in isto liquore cōposito misceri. ʒ.v. cāphore in maximo ardore: vel de oleo nenupharino. Pōt etiā in hoc pposito fieri decoctio plantaginis: violarū: maluarū: bursepastoris in aqua cōi: ⁊ postea accipere par. ij. ⁊ par. j. olei violati: ⁊ facere siringationē: ⁊ infinita talia possum9 imaginari. Tamē in hoc proposito placet siringatio ex lacte muliebri solo: et quolibet alio: iuuat etiā imponere virgam in scutella: vel in vase vitreo pleno lacte tepido: qz multitudo etiā humiditatis: ⁊ cōuenientia eius que fit in partib9 ibi glādosis remittit acuitatē vrine: ex qd ibi Aui. testatur. ¶ Pro inunctione laudabile est vt fiat inunctio illarū partiū infra testiculos cū aliquo vnguēto hoc faciēte vt infra. ℞. olei amigdalarū dulcium: olei viol aā. ℥.v. mucillaginis: fenugreci: ⁊ dragaganti. aā. ʒ.ij. lactis mulieris. ℥.j. cū modico cere: fiat vnguentū molle: in hoc enim est intentio predicta vt patet. Posset etiā instāte necessitate fieri balneum in quo tepido sedeat homo vsφ ad vmbilicū vt infra. ℞. malue: blitis: radicū graminis aā. M. ij. seminis altee. se. lini: optime depurati: fenug. aā. ℥.ij. camomille: mellilloti aā. M. ij. mis. ebulliant in scitula vna cū dimidia aque in tantū φ facta ebullitione aqua videatur mucillaginosa: ⁊ sedeat in dicta decoctione tepida: vt dictum est vsφ φ dolor mitigetur: et non erit malū etiā siringare cū aliquo de remediis dictis superius stāte ipso etiā in balneo. Laus deo.

¶ De ardore vrine cū sanie multe φtitatis. ¶ Consiliū. lxv.

V Ex casu colligitur essentialiter hec dispositio poni debet sub Rubrica ardoris vrine cōtingētis ex nitrositate vrine propter mixtionē materiei saniose cū ea: que quidem sanies probabiliter ex scriptis ex vlcere magis pendet renū φ aliarum viarū vrine: quod ex duobus manifestatur: precipue qz est multe φtitatis nam ex vesica vel poris mediis tanta φtitas decidi nō posset etiā qz educitur mixta cū substātia vrine: ⁊ post longū tpꝰ fit ipsius sequestratio ⁊ separatio ⁊ descensus ad fundū in vrinali: vbi si ex vesica vel viis proximis decideretur nō talis esset cōmixtio cum substantia vrine: imo cito post mictū fieret eius sequestratio ⁊ descensus: vt est sentētia cōmunis omniū autorū medicine. Credo etiā cū his licet ex casu nō colligatur: qz est satis casus imperfectus: φ dolor sit circa renes licet nō vehemēs ⁊ in illa sanies nō debet esse plurimū fetens sicut si esset vesice neφ debet esse simpliciter alba: sed ad rub. aliqualiter attinēs. Ex quo ex mēbris carniformibus ⁊ ad rub. declinātibus deciditur vt supponitur. Licet ergo videtur primū intendendū ad remissionē acuitatis ⁊ pūctionis vrine ⁊ talis vrine indispositio ex presentia saniei cōtingit ⁊ ipsa ex vlcere renū dependet: oportebit nostrā intentionē curatiuā cōuertere ad curationē vlcerū renū tanφ ad radicem ⁊ causam principalis dispositionis: deinde ad accidēs ⁊ remissionē punctionis ⁊ acuitatis vrine veniendū. ¶ Primo igitur circa dietā in aere vitetur intēperantia omnis ⁊ maxime in caliditate ⁊ siccitate: qm ad acuitatem humorū preparat. frigiditas etiā extrinseca vehemens per hoc φ facit ad obstructionē pororū ⁊ euentationis prohibitionē: ⁊ vapores acutos ⁊ materias calidas aptas euaporare interius cōuertit vt sic nocet: eligibiliter tamē melius est ad parum frigidū φ ad calidum declinare. Unde mora in stupha est discōueniēs. Ubi ergo sit indigentia propter aeris frigiditatē ⁊ ex regione ⁊ cōstitutione anni sint panni calefactēti ⁊ extrema cum his calefiant ⁊ nequaφ dorsum. Et in estate vitetur

statio

statio sub sole & locis calidis. Et si camera esset taliter disposita vt esset calida in estate rectificet aer ad frigidum cum aspersione foliorum frigidorũ: vt salicum: violarũ: nenupharis: rosarum: & floribus cordiale vel cum aqua: & aceto aspersis p camerã. Et ita caueat ne supra dorsum appodient pãni multum calidi. nec vestis sit fulta ex pellibus vulpium: sed tñ tpe necessitatis de pellibus arietũ: vel castratorũ alborũ: & non multum stringatur cum corrigia vel cingulo. Et idẽ obseruet q̃ nõ dormiat super lecto nimis molli: nec extremalr cooperiatur pãnis. Somnus sit prolixior q̃ in tpe sanitatis: sed tardetur somnus per.ij. horas post cibũ: & nõ dormiat de die nisi necessitatis cã tpe estatis: vel ex lõga consuetudine ita consuetus: & nullo modo dormiat super ventrẽ licz & supine dormire non conueniat. Dormiendũ est super altero laterũ: minus tñ super dextrum ne epar infiãmet quocunq; tñ eligatur situs ille sm quem minus dolet. ¶ Quies etiam est eligẽda super motum immo dicebat Aui. q̃ opz q̃ adhereant trãquillitati & quieti & nõ labori: & quantum pot: est: immo opz vt sint cõtenti exercitio et fricatione extremitatum: qm̃ nõ est in rebus magis vlcerib' nociuuz quorũ necessaria est cõsolidatio q̃ motus. Qñ tñ necessaria est mũdificatio nõ sic nocet motus: vt apparẽt multa sanie: sed cum iam est mundificata pro magna parte tũc oĩno vitet & sufficiat fricatio brachiorũ: & spatularũ. fricatio & leuis crurium et pedum nõ incõuenit: siãt tñ he fricationes expulsis superfluitatibus cibus maxime prime digestionis. Et quẽadmodũ dictum est de motibus corporeis ita intelligatur de motibus aĩalibus. Nã sollicitudo ira: furor: & huiusmodi inflammando multum nocẽt: lz etiã tristitia & timor calidum adintra cõuertendo sint ad nocumentuz: et sicut de istis dictũ est. ita de coitu intelligatur: nã in casu est maxime nociuus propter augeri caliditatẽ in mẽbris illis maxime propter motũ illarũ partiũ. ¶ Jaz circa cibũ & potũ breuiter & sumarie dicaẽ. Opz vitare omne acetosum fortis acetositatis: & omne acutũ & amarũ: vel salsum vitari debere: & etiã omne vehemẽtis dulcedinis per hoc quod ad cholerã facile cõuertiẽ nocet. nã talia omnia pũgũt & excitãt vlcera & dilatãt ea & acuitatẽ addẽtia in vrina reddunt eã magis pũgẽtẽ & dolorificatiuã. Sint ergo cibaria insipida & ad parũ dulce declinãtia: & sic panis nõ sit salitus. Et saporamenta ex aceto & aromatibus cõdita in totũ vitentur. Idem dico de porris: cepe: alleis: & huiusmodi. Valẽt panis lotus in brodio carniũ laudabilium: far: ordei: & spelte: in brodio cũ modica emulsione lactis: & modico zuccharo. ¶ Inter herbas valent lactuca: spinachia: malue: singulariter & borago. Si etiã apparente multa sanie ponatur aliquid de feniculo nõ est incõueniẽs. Aliter prouocantia & conuertentia ad vias vrine sunt in casu nociua. Imo etiã vsus multorũ humidorũ actualiter & brodialiũ per hoc q̃ sm magnã partẽ cõuertũtur ad renes: vnde opz eos laborare in sequestrãdo & sic nocẽt. ¶ Inter cibaria medicinalia valet in estate precipue hora collationis si sumãtur. ℥.v. lactis caprini: vel asinini cũ modico zucchari ad lauandum & abstergendũ & remittendũ acuitatẽ. Sed facta mundificatione vbi esset intentio cõfortationis & cõsolidationis magis valeret lac ouinũ vt est omniũ sentẽtia medicorũ. Sed pro regula obseruetur vt cũ sumitur lac nequaq̃ aliud cibariũ sumatur secũ: neq; dormiatur post quatuor horas. Inter fruct' laudãtur amigdale recẽtes: pinee infuse in aqua calida: granata dulcis: quedã cerasa dulcia & huiusmodi. vitent nuces: & ficus precipue. Nã in eis latet lacticiniũ quoddã occultũ q̃d est vlceris maliciatiuũ. Carnes capretorũ sunt singulares & pullorum: reliqua carnes non sic sunt eligibiles et castrati tamen in hyeme non discõueniunt. Vinũ magis valens est rubeũ satis grossuz & parũper ad dulce declinans. Sit tamen mixtum sm eius potentiam ex aqua simplici cocta extinctionis calibis: & hec sufficiant quantũ ad regimen in dieta. ¶ Jam circa medicinalia tres insurgunt principales intẽtiones curatiue. prima est circa equationẽ humorũ in toto vt eorũ acuitas remittatur. ij. circa diuersionẽ materie a vijs vrine. iij. erit circa principalẽ dispositionẽ ad mũdificationẽ vlceris & ipsius etiã vlceris cõsolidationẽ & remissionẽ doloris. Primã ergo intentionẽ cõplet flobotomia si virtus & etas cõsentiãt: facta tñ prius vẽtris lenitione de qua paulopost dicet. Et illa flobotomia fiat de basilica educẽdo sanguinis. ℥.v. Lenitiuũ autẽ conueniens fiat vt infra. ℞. cassie nouiter extracte & capellate. ℥.j. penidiorũ pulpe sebesten. ã. ʒ.ß. tamarindorũ. ʒ.j. cũ zuccharo si expedit fiat bolus: & post istũ nõ dormiatur: neq; sumatur lauatiuum: sed post. v. horas sumatur prandiũ leue. Deinde valebit digerere materiã acutã nitrosam in toto cũ digestiuo vt infra. ℞. syrupi rio. simplicis. ℥.j. syrupi de portulaca Mesue. ℥.v. aquarũ fumiterre. ℥.j. lupulorũ. ℥.j. misce & continuetur tribus vicib'. Postea sumat medicinã vt infra. ℞. mirabolanorum citri. ʒ.ij. v. indorũ. ʒ.i.v. contundantur & infundantur in. ℥.j.v. syrupi vio. & aque fumiterre: & lupuliorum ã. ℥.ij. & facta expressione post. x. horas addatur collature cassie pinguis dyaprunis non solutiui ã. ʒ.v. misce fiat potio: & sumatur sicut prior. ¶ Circa intentionẽ diuersionis: non in casu precipue vomitus: sed fiat cum leuibus & non cum fortibus. Non est res melior vt voluit Aui. cum Serapione qua vlcera renũ curantur. ¶ Ad eãdẽ intẽtionẽ valet cõuertere materias ad viã secessus. Et hec complet sumẽdo lenitiuũ de quo supra semel in hebdomada. ¶ Jã circa vltimã intẽtionẽ que est circa principalẽ dispositionẽ ad mũdificationẽ vlceris & purgationẽ saniei valet syrupus vt infra. ℞. syrupi viol. simplicis. ℥.j. syrupi de liquiritia. ℥.v. aque decoctionis seminũ maluarũ: alteẽ: lini: & papaueris al. & alchichingi. ℥.iiij. fiat syrupus & continuetur sumendo post cum per. ij. horas. ℥.iiij. aque decoctionis eadẽ: & zucchari vsq; dum videatur minorari sanies & vlcus mundificari. Si etiam de eodem syrupo cum illa decoctione imponatur per siringam in vesicã ad eãdẽ intentionem erit conueniẽs: vbi autẽ intendamus ad cõsolidationẽ fiat vt infra. ℞. syrupi de portulaca. ℥.j.v. aque decoctionis thuris: seminis plantaginis: & papa. vstiz & mirtillorũ. ℥.iij. trociscorũ alchichingi rasis in antidotario siue opio: si nõ fuerit vehemens dolor: vel cum opio. stante forti dolore. ʒ.j. misce. ¶ Et est hic obseruanda regula quam posuit hic Alexander in mundificatione vlceris: nam inspiciẽda est sanies. Et si fuerit tenuis pungens & facilis egressionis procedatur cũ eis que infrigidant & abstergunt modice. Et si fuerit grossa non oportet aliquod multũ infrigidatiuuz dare sed ad parumper magis calida & prouocantia veniendum. ¶ Ad vtrũq; autẽ intentionẽ mũdificationis & consolidationis & remissionis doloris valet electuariũ vt infra. ℞. quatuor seminũ cõmuniũ frigidorum maiorum mundatorum seminis papa. al. malue & portulace: granorum mirti: dragagãti: gũmi arabici pinearũ mundatarũ: iuiubarum: amigdalarum dulcium: liquiritie: mucillaginis psillij. ã. ℥.j. bolarmeni: sanguinis draco. spodij rosa. myrrhe. ã. ℥.ß. zucchari q̃tũ sufficit misce. Et ex hoc posset etiam dissolui in aqua mellis: vel zucchari & per siringã iniicere ad eãdẽ intẽtionem. Exterius autez supra renes & vesicam maxime facta mundificatione valet emplastrum vt infra. ℞. farine ord. ℥.iiij. farine orobi. ℥. iij. thuris: seminis alchichingi: dragaganti & seminis papa. torrefacti. ã. ʒ.ij. cum vino dulci nigro & aqua fiat emplastrũ. Possent fieri fomentationes & alia cum huiusmodi appropriatis: sed ista relinquo vestris peritis medicis &c.

¶ Pro domino Julino patiente mictum sanguineũ cum dolore & cũ presentia arenularũ.

¶ Consilium. lxvi.

Licet vir spectãtissime hui' vestri accidẽtis cã potuerit esse multiplex spãlis. ego cñ ex accidẽtibus vestris: partim ex narratione vestra intellectis: partim ex ipsarũ vrinarũ inspectiõe & reliq̃s cãm esse arbitror relaxationẽ & dilatationẽ meatuũ renũ cũ aliquali etiã essentiali & pprio ipsorum debilitate: vnde ipsi renes deficiũt in collãdo aquositatẽ ab ipso sanguine qui ei associatur vsq; ad renes. Huius tamen relaxationis & debilitatis precipua causa fuit incessus lapidei humoris per ipsos renes simul cum aliquali nitrositate & acuitate humoribus coniuncta ab extrinseco acuitate ex parte potus vini potentis: et sumptione aliquarum medicinarum siue confectionum notabiliter calidarũ. Ad hoc etiam iuuat debilitas sequens naturalez satis intẽsam ipsorũ renũ cõplexionem calidam. ¶ Pro reductione igitur presupposito debito regimẽ in cibo & potu & in reliquis rebus naturalibus maxime de exercitio et statione pedes & coitu que singularissime vitanda sunt. Restant due principales intentiones curatiue. prima' in prohibitione illius materie lapidee & nitrose ne per ipsos transeat renes. Secunda est confortatio ipsorum renum debilitatoruz & propter malitiam compositionis vt relaxationis & dilatationis meatuũ ipsorũ & propter malitiã complexionis calide ipsorum.

¶ Primã intentionẽ singulariter cõplet diuersio materie ad oppositum vt cũ vomitu leui semel in hebdomada facto si faciliter fiat stomacho nõ cibo pleno cũ impositione penne oleo cõmuni intincte intra gulã. vt dicit dñs Aui. xix. tertij in cura vlcerũ renũ. Et si nõ sumus in causis vlcerũ per simile tñ trahitur ad casum nostrũ. Vomitus enim est melius quo renũ vl

cera curantur propterea q mundificat et euacuat: propterea q attrahit humores a contrario partis renum. Quod si non fiat nisi laboriose: tunc dimittatur vomitus: sed diuertatur materia per secessum cum leniter educente non agitante: imo remittente acuitatem humorum: sumendo singula hebdomada bolum vt infra. ℞. cassie pinguis noviter extracte et tapsellate. ʒ. vi. pulpe sebesten. ʒ. iij. penidiorum. ℥. i. s. granorum berberorum qui ex proprietate remittunt inflammationem: cassie numero. vi. puluerizentur et fiat bolus. Et si expedit ad formam bonam addatur parum zucchari al. Non placet ad hanc intentionem miscere aliquid liquiritie: quia illa sua proprietate mouet ad renes. Et ab illis est intentio diuertendi. In casu tamen ad istam intentionem non minuerimo magis placet vt fiat clystere leue q bolus exhibeatur: quia vt etiam sentit Aui. eadem fen. supra allegata in cura apostematum renum. Clysteria enim magis sunt peruenientia ad ipsos. s. renes cum fixione virtutis sue. s. q sumpta per superius. Et addit. Et cum hoc ipsa non faciunt descendere aliquid desuper sicut descendere faciunt ea que bibuntur. s. ad renes. Et hoc est quod intendimus in hac intentione. Iuuant etiam propterea q non sic stomachum deijciunt: sicut ea que sumuntur per superius. Placeret igitur si bis in hebdomada fiat clystere vt infra. ℞. ordei. M. i. s. maluarum bis tis: furfuris ana. M. s. bulliant in debita quantitate aque aliquibus bullitionibus: postea sumatur de collatura circiter. ℥. xv. vel. xviij. et non vltra cassie noviter extracte. et non cassiefi. ʒ. x. pulpe sebesten. ℥. s. mellis viola. ʒ. iij. olei vio. ℥. iij. sine sale vel modicissimo salis fiat clystere cui si apponatur vnus vitellus oui recentis non erit inconueniens. ¶ Ad intentionem etiam diuersionis saltem sanguinis in quo laborat virtus renum in sequestrando: quia natura plus de eo transmittit ad ipsos q si sani forent valet flobotomia leuis duarum vel trium vnciarum sanguinis facta ex basilica singul. x. vel. xij. diebus: quia vltra istam vtilitatem valet precipue equando complexionem humorum: et ipsorum nitrositatem remittendo. Et cum his sit completa prima intentio.

¶ Secunda intentio completur cum eis que per interius sumuntur et exterius. ¶ Per interius cum manifesta qualitate et proprietate medicinalium: et cum cibis a proprietate confortantibus. Medicine autem ad intentionem conferentes debent esse aliqualiter infrigidatiue ad remissionem acuitatis materie: et male complexionis calide ipsorum renum. Debent etiam esse glutinatiue: et pro parte stiptice cum aliquo leni. deriuatiue ad illas vias et aliquo faciente medicinas dictas in dictis locis debito morari tempore: pro quo actio medicinarum compleri possit. Verumtamen quia iam ex multo tempore natura consueuit materias ad dicta loca deriuare dubium foret flu*ctibus* aliquibus materiebus ad dicta loca nisi mundificarentur ne cum dictis medicinis clauderentur in renibus: et tandem inspissate et indurate a calore membrorum in lapides conuerterentur: et sic essent causa principalis nocumenti. Ideo laudo vt interpollatim singulis tribus diebus sumatur vnus syrupus lauatiuus dictarum materierum ex renibus: si alique ibidem essent contente non tamen talis debet esse prouocatiuus principaliter sed lauatiuus: vt dictum est. Fiat igitur vt infra. ℞. ordei de grossis corticibus purgati. ℥. v. liquiritie rase non rancide. ʒ. ij. capillorumveneris. ʒ. i. decoquantur in tribus libris aque addendo capillorumveneris in fine decoctionis vsque ad quartam consumptionem: postea facta collatura addantur eidem. ℥. iiij. zucchari al. et syrupizetur syrupus longus pro quinque vicibus. Sed si forte propter caliditatem temporis non posset per notabile tempus sic conseruari addatur tantum zucchari vt fiat syrupus in bona forma: postea sumatur de eo ℥. ij. cum aqua decoctionis eiusdem. ℥. iij. pro syrupo. Alijs autem diebus fiant trocisci. ʒ. j. vt infra. ℞. seminis altheecitrulli: dragaganti: seminis papaueris albi: acacie: bollar. karabe: gummi arabici. ana. par. i. fiant trocisci cum mucillagine psillij facta ex aqua portulace quibus exiccatis puluerizetur subtiliter vnus eorum et sumatur cum. ℥. ij. aque decoctionis pentafilon et. ℥. i. s. aque portulace: et ita continuetur. Sit tamen aqua ipsarum tepida. Et post tres dies sumatur syrupus vt supra lauatiuus: postea redeatur ad dictos pulueres cum dictis aquis per tres dies continuos: et sic per circulum continuetur vt dictum est. Et si iste puluis non sufficiat cum isto ordine ad hanc eandem intentionem valebit si sumatur loco istius pulueris alius syrupus factus et magis valebit acuitati vt infra. ℞. se. maluarum: et citoniorum excorti. ana. ℥. i. dragaganti. ℥. s. infundantur in aqua tepida decoctionis radicum altheeet se. papa. al. et granorum alchichingi. ana. quantum sufficit: deinde fiant expressiones post tres horas dictorum seminum et dragaganti: de quorum mucillaginibus fiat syrupus vt infra. ℞. dictarum mucillaginum. ℥. i. s. si haberi possunt si non addatur lin. seminibus dragagantum: ita vt haberi possit. ℥. i. s. dictarum mucillaginum decoctionis supradicte. ℥. iiij. zucchari al. ʒ. ij. misce fiat syrupus continuetur vt supra aliquando interponendo de alio syrupo lauatiuo sicut dicebatur de pulueribus. Et si aliquando vtatur de pulueribus secundum modum dictum: et aliquando isto syrupo ad minus tedium nature non erit inconueniens. Ad istam etiam intentionem si in meridie hora collationis sumantur. ℥. iiij. vel. v. lactis ouini noviter mulsi cum ʒ. v. boliarmeni. et ʒ. j. zucchari albi esset conueniens. Sed tunc non est aliquo pacto exercitandum neque comedendum nisi post tres horas. Lac etiam caprinum ad lauandum et alterandum magis isto modo sumptum est conueniens vel asininum. Proficit etiam si fiat post lenitionem ventris cum clysteri vt supra: fiat etiam clystere ex ℥. viij. lactis vacini: et etiam sternatur supra dorsum ipso recepto per mediam horam. Completur etiam intentio ista confortationis comedendo de renibus capretorum: precipue si etiam puluerizentur: et cum media parte granorum elchichi. et quarta parte zucchari sumatur coclear. i. cum lacte erit conueniens. Pro confectione etiam iterdum fiat electuarium vt infra de quo potest sumi coclear. i. in meridie: aliquando tempore calido loco lactis. ℞. zucchari ros. ℥. i. s. dragaganti frigidi nicolai. ℥. i. cum syrupo de portulaca fiat confectio. Et si adderetur aliquid de puluere suprascripto erit conueniens. Verum quoniam huiusmodi medicine de se aliqualiter sunt lesiue stomachi est necessarium habere magnum studium in confortatione stomachi inungendo ante cibum cum vnguento vt infra. ℞. olei spice. ℥. i. olei masticis et absynthij ana. ʒ. ij. gariof. macis: squinanti: corallorum ru. galange. ana. ℈. i. galliemuscate: ligniale. ana. ℈. v. cere parum: fiat vnguentum. ¶ Iam vltimate circa extrinseca alteratiua laudo primo fieri vnguentum pro vngendis renibus bis die mane et sero vt infra. ℞. olei citoniorum: olei ros. ana. ℈. vi. olei masticis. ʒ. iij. lauentur omnia quinque lotionibus in aqua plantaginis portulace et absyn. ana. postea addatur corallorum ru. coriandrorum. pp. bollar. meni: mumie ana. ℈. j. thuris. ℈. v. camphore gra. j. cere parum: fiat vnguentum. Sed pro regula est obseruandum q omnibus duobus diebus in sero habeatur parum aceti calefacti: et cum panno lineo in eodem aceto infuso abstergantur et mundificentur partes inuncte ne viscositate olei et cere fiat clausio pororum cutis: et sic interius vapores claudendo dictum vnguentum magis per accidens forte calefaceret q infrigidaret. Ideo obseruetur ista regula singulariter. ¶ Placet etiam pro rectificatione humiditatis glandularum in radicibus testiculorum existentium: que propter acuitatem et nitrositatem humoris ad dicta loca sepe fluentis exiccanda fiat inunctio: et bis in die circa genitalia inter anum et testiculos cum vnguento vt infra. ℞. mucillaginis dragaganti: seminis althee: citoniorum: facta infusione in aqua plantaginis ana. ʒ. iij. olei amigdalarum dul. ʒ. ij. cum cera fiat vnguentum molle. Postremo quia dictum est singulariter q exercitium factum pedes et statio dorsi maxime nocet cum tamen intentio magis sit diuertere materiam ab interioribus ad exteriora: pro singulari remedio obseruandum est: vt saltem semel in mane expulsis superfluitatibus communibus fiat notabilis fricatio in supplementum exercitij membrorum exteriorum precipue superiorum vt brachiorum pectoris et dorsi. Fricatio etiam membrorum inferiorum: iuuat: licet non tanta fieri debeat sicut in superioribus. Et his sum contentus. etc.

¶ Pro quodam hebreo de mictu sanguinis cum residentia grossa sanguinea etc.

¶ Consilium. lxvij.

Casus essentialiter huius domini Aaron hebrei septuagenarij declarando per accidentia de exeuntibus per vrinam est interdum mictus sanguineus cum residentis grossa sanguinea facta supra apparente vrina non sanguinea, non tamen recte clara: et aliquando consiligebat difficultas mictus vrine propter trumbositates in vesica inspissatas siue conglobatas aliquando tamen vt hoc tempore presenti in exitu vrinarum non apparet verus sanguis nec mixtura sanguinea vrinalis: sed interdum apparet vrina satis clara: tamen aliqualiter ad liuidum declinans: et interdum transeunte nutrimento ad membra apparet in vrina fundus quidam grossus feculentus cum reliqua parte vrine satis clara: et cum hoc accidenti coniunguntur valide opertiones principales cerebri et cordis et stomaci vt ex narratione: et processu diligentissime facto et accuratissime per subtilissimum artium et medicine doctorem. d. magistrum Hieronymum de gustlano in scriptis ordinato plane deprehendere potui: concomitante interdum aliquali remissa caliditate circa renes: quo tempore: vt scribitur: et est rationi consonum tunc vrine magis tinguntur et confunduntur cuius effectus causam immediatam arbitratur esse debilitatem precipuam contentiue renum: et sequestratiue eorundem cum relaxatione quadam et dilatatione colatorum: que operatio quia renibus maxime

maxime appropriatur cū debilitatur ad rubricam de debilita
te renū maxime ascribit: cōcurrente cū hoc etiā fortitudine at
tractiue ipsorū renū: & nō in totū etiā ablata aliquali debilita
te essentiali in virtute digestiua ipsius epatis cum sibi subser
uientibus virtutibus: & per euidentias manifestissimas deduci
potest: & etiam clarissime deductū per clarissimum doctorē: vt
supra. Et hec de casu sufficiāt. ¶ His igitur suppositis primū
circa regimen in aere euitetur aer excessiue caliditatis facien
tis humores fluere & vias nimis dilatare: licet etiam aer frigi
dus excessiue noceat: tum qz virtutibus naturalibus est cōtra
rius: tū qm impinguit materias ad profundū: & sic ad vias vri
ne quarū cōuersio ad exteriora est cōueniēs. Est igit aer eligē
dus tēperatus in vtraqz cōtrarietate: vel parū ad frigidum et
siccū declinās maxime ꝓpter cōfortatione virtutis retētiue: et
latitudinē viarū aliqualiter cōstringēdarum. Et circa hoc ha
beat diligens cōsideratio: qm aeris immutatio plus facit ad
nocēdū & iuuādū q̄ alie res naturales. Et proinde tpe hyemis
caueat ab aere stuffe notabiliter calide &c. Et etiaz camera sue
habitationis nō sit terrena & humida: sed inter duo solaria cō
stituta habēs in hyeme fenestrā ad oriētē: & in estate ad septē
trionē si fieri potest. Sōnus eius eligat lōgus .vij. vel .viij. ho
rarū ad minus in die naturali ad quietē humorū & remissionē
acuitatis eorū: & magis in estate q̄ in hyeme. Tardet tamē so
mnus ad minus per duas horas si facile fiat dormiēs: q2 si pro
pter nitrositatē humorū vt in senibus cōtingit difficulter dor
miat: tūc nō expedit tardare tm̄ a cibo: sed sufficiat hora vel di
midia vt somnus faciliter inducat. Et sic somn9 factus supra
partē sinistrā magis q̄ supra dextrā: lz in principio accubitus
precipue cū inducitur somnus repēte post cibū quiescere supra
dextrū per horā vel circa sit cōueniēs. Sed nullo mō dormiat
supra dorsum maxime super culcitra molli. ne calefacta vena
chilis & emulgētib9 & calefactis renib9 vigoret nimis attracti
ua i attrahēdo materias ad renes: ne etiā caliditate relaxatis
venulis cōcetētibus recte collatorū primū fiāt renes passibi
les ad recipiendū superfluitates aliūde. ne etiā aliquale gros
sum qđ debet retineri circa renes educat simul cū vrina. Nam
vitio talis collatorū & retētiue renū: & fortitudine attractiue re
nū ipsorū: vt supra visum est maxime pēdet dispositio ista vri
narum. ¶ Circa hoc igitur est habēda maxima cautela. Et si
cut dictū est de calefactione illarū partium per istum modum
accubitus: ita intelligatur de multa statione in pedes et de te
nendo pannos cū cingulo multū strictos circa dorsum: maxi
me lato cingulo: & precipue ex pellibus vulpinis: vel aliis cali
dis: nā ad ista sequuntur eadē nocumēta que dicta sunt de ac
cubitu supra dorsum. ¶ Et ex eadē radice sequitur circa motū
q2 omnis motus laboriosus progressiuus: et maxime velox est
in casu multum nociuus. Unde declinandum est magis ad
quietem q̄ ad motū. Non est tamē in totū negligēdū exercitiū:
imo eius vsus moderatus est multū cōueniēs cōfortādo virtu
tes naturales mēbrorū extremorū: vt & nutrimenta & humores
ad ea conuertantur: & ita non percipitent ad interiora: & ad re
nes. Sit tñ moderatū: & factū in mane post vnā horam diei ex
pulsis superfluitatibus cōmunibus de egestionibus vrina: et
sputo & huiusmodi. Neqz adducat vsqz ad lassitudinē: imo cum
incipiūt mēbra aliqualiter extrema calere in tpe tēperato sic
sistēdū est. Et incipiatur a re minori paulatine intendēdo: & ita
cū est intētio vt in totū auferatur paulatine remittat. Et quā
do ꝓpter impotētiā virtutis vel aliā malā valitudinē nō pos
set vti exercitio ꝓgressiuo loco illius fiāt fricationes satis suaues. Et fortiores & lōgiores fiāt in mēbris superioribus in sur
sum conuertendo: & ad brachia q̄ ad inferiora. Et post exerci
tiū qualecūqz factū quiescentur mēbra per horā vel circa ante
q̄ sumatur cibus. ¶ Et qm passiones animales conuertendo
spiritus interius vel exterius magnum faciunt motum in hu
moribus: idcirco etiā circa passiones animales ponatur regu
la: q2 omnes tales passiones fortes nocent vt ira: furor: & tristi
tia: & timor: gaudere autem & letari est in casu multum conue
niēs: & bene sperare. ¶ De inanitione aūt & repletione summa
rie dicatur: q2 licet nimia inanitio & ieiuniū inflāmādo humo
res & cōmouendo cholerā: & cōsequenter habilitādo fluxum sit
ad nocumentū: tñ magis nocet repletio precipue nocendo di
gestiue epatis: & reliquis virtutibus: vnde hec passio dependē
tiam habere dicitur: vt supra visum est. Inanitio aūt modera
ta iuuat pro quanto membra extrinseca redduntur auara ad
attrahēdū sibi nutrimētū: & cōsequēter minus de sanguine ad
renes mouetur. Et proinde magis laudo parcitatē & sobrietatē
q̄ repletionē. Et proinde si nō fuerit ventris lenitio naturalis
laudo singula die prouocetur vel cū clysteri vel cū brodio ante
cibū sumpto: qđ sumatur ad quantitatē .vj. ℥. per duas tertias
hore ante cibū cū .℥. v. zucchari vnius cocte. Cōpositio aūt cly
steris fiat vt infra. ℞. cassief. nouiter extracte de cānis .℥. j. mel
lis violati collati .℥. v. cum vitellis duobus ouorū: & brodio car
nium pingui: & modicissimo salis fiat clystere. ¶ Circa cibum
& potum vltimate veniendo. Primo vitentur quecunqz sunt
in casu nociua. Et ex his precipue sunt omnia acuitatem faciē
tia in humorib9: vt sunt omnia acuta: vel acrumina: vt allea:
porri: cepe: sinapis: caules diminute decocti. Uitanda etiam
sunt salsa & amara: & quecūqz acutum sunt saporem inducen
tia. Acetosa etiam vehementer sunt nociua nam omnia talia
generant mordaces humores incitantes naturam ad expulsio
nem: & stimulantes expulsiuā: & cōsequenter impedientes con
tentiuam a debita operatione. Dico notāter vehemēter aceto
sa: vt est acetū vini: quoniā remisse acetosa ad ponticū aliqua
le declinantia: vt est vinū granatorū non acetosorū: sed mizo
rū siue dulcium etiā modicū agreste nō multum acetose: & dul
chorate cum zucchari triū coctarū iuuant ad aliqualem acui
tatis humorum remissionē. Uitanda etiā sunt quecunqz dila
nē excellētis. et similiter fasianorũ in hyeme. et turturum q̃ñ est
intentio ad cõfortationē. Carnes autē piptonũ et qualeatum:
et aliarũ auiũ: que nutriunṯ ex iunipo vel ficubus et alijs calis
omnino euitenṯ. ¶ De carnibus quadrupedum singulariter
valēt carnes capreolorũ in omni tpe quo hrī possunt: et carnes
danelorũ cum proprietate etiam ad renes et vesicam: et carnes
cuniculorũ et capriolorũ: et cõueniunt et ericij cũ ,pprietate spã-
li. In hyeme. n. carnes caponũ et castratorũ vnius anni: maxi
me cũ est intentio ad mundificationem possunt exhiberi. Car-
nes quoq3 vitulorũ in estate dimittēdo partes pingues et eli-
gendo partes neruosas maxime fluente sanguine sunt lauda
biles: immo et pedes ipsorũ si debite coquantur in ista intētio-
ne sunt conuenientes: nam sunt boni nutrimenti et facilis diges
tionis scd̃o can. caplo de pedib9. Carnes etiã et leporum lactã-
tium cõueniunt: etiã valēt cũ cõfortione: et si esset vehementissi
mus ardor et punctio: tunc partes posteriores ranarum colle-
ctarum in pratis in aquis fontalibus currentibus decenter co
cte cõueniũt in moderato vsu. Et cũ est intentio alicuius infri-
gidationis cũ abstersione et nutricatione valent carnes obstra
torũ debite preparate abstergēdo muscositates fm actem: naȝ
in his omnib9 vt voluit Gal. in de alimētis est virtus quedam
abstersiua. Et si ,ppter difficultatē digestionis carũ et debilita-
tē virtutis digestiue infirmi nõ possent debite digeri mastican-
do reducanṯ cũ alijs carnibus electiorib9: de quibus supra cũ
pistello massellãdo et conterēdo cum brodijs cõuenientib9 ad
formã potabilē. ¶ De piscibus autē vbi virtus cõstaret: et non
esset necessaria multa restauratio: et conuenienter possent di-
geri valerent fere oia genera piscũ: p̄ter pisces dure carnis et
bestiales ex qualitate frigida corũ attinente cuidã viscositati.
Sed pisces psici dicti et temuli et similes coloris argenti: vt vo
luit Gal. in de cõferentibus et nocētibus sunt inter reliquos ele
ctiores: et maxime si pisces fuerit petrosi et squãmosi elixati in
aqua cum modico vini vermilij sine speciebus. Oua etiã sor-
bilia et perdices multũ conueniunt non stante nimia inflam-
matione: immo de mente Alexãdri si sumãtur tepida vt a gal-
lina educunṯ non cocta cum tota substãtia in punctione vrine
plurimũ afferunt iuuamentũ. Possent etiam fieri aliqua sa-
poramenta ad cõseruandũ appetitũ cum succo acetose: vel cũ
vino granatorũ dulci: vel modico succi arancij semper dulco-
rando cũ zuccharo dimittendo succos herbarum aperitiua-
rũ omniũ: vt est feniculus: petroseliũ: asparagi: et similia. Nam
oia prouocatiua et multiplicatiua vrine sunt in casu nostro ve
tita. nisi cũ est intentio eductionis saniei: et apertionis opila
tionis materie inspissate circa vesicam: alĩs plurimum nocent
omnia talia: sed in dictis casibus aliq̃d de eis sumere est cõue-
niens etiã aliq̃d de dictis medicinis diureticis cum offerētur
ea: que sunt frigida et stiptica ad consolidationē: sed in modica
dosi exhibere cõuenit: et hec et in cibis et in medicinis. Et istum
casũ. etiaȝ posuit Aui. in cura vlcerũ: q2 debent participare glu
tinatione sup. facta mundificatione per hoc q̃d dixit. Et opor-
tet vt cõmisceas cũ medicinis vlcerum oĩbus: et sup. cum cibis
medicinalibus glutinationem facientia: sicut sunt amilum: et
dragagantũ: et gũme frigide. Et ponens rationē dixit. nã glu-
tinatio est ex eis: q̃ ,phibēt vlcera minuta ab excoriatiõe cor-
que transeũt sup ea. i. acutorũ. Et q̃m talia difficulter trãseunt
ad dicta membra: idcirco paulopost addit. Et oportet iterum
vt immisceãtur cum eis diuretica sup. modica et medicine sub-
tiliatiue sup. in modica dosi ne faciant peruenire ad ipsa sup.
mēbra medicinas rectificantes et singulariter. Sed addit: et est
verbũ semp notandũ in hac materia: lȝ ipse. s. medicine diure-
tice ipsis nocēãt. s. taliter infirmis et pmoueant cõuertēdo ma
terias ad dicta mēbra lesa. Et ita pro regula obserueṯ: q2 pro-
uocatiua nullo modo exhibeanṯ nisi in modicissima dosi in di
ctis casibus: et est ab eis fugiendũ tanq̃ ab inimico interficien-
te: vt paulopost dicã: cum erit sermo de potu. Et ita asparagi:
et lupuli: et melones: et similia cõiter oblata in dictis casibus de
ardore vrine cũ vlcere vel sine sunt a quibus cauere oportet:
nisi vt pauloante dictum est. Ideo inter fructus vitentur ficus
precipue: et vue omnia generis: quinimmo etiã et amigdale: lȝ
laudenṯ cum est intētio mũdificationis saniei: et ita semina ma
iora cõia tñ in modicissimo vsu debent exhiberi propter id: q̃d
ad renes cõuertũt: sed alijs fructibus mouentibus magis ad
intestina et lenientibus ventrē vt sunt pruna bene matura: et psi
ca bene matura: et ceresa: et hmõi: si p certum tps añ alia ciba-
ria sumanṯ: parce tñ leniendo ventrē: et conuertēdo materias
ad partē oppositã vie renũ in casu satis cõueniunt. Si etiam
sumantur duo vel tres boli de piris coctis in scd̃a mēsa cũ mo
dico zuchari nõ est disconueniens. Sed a citonijs cauendum
est: cum inter prouocatiua ab auctoribus connumerenṯ. ¶ Iã
veniendũ est ad potũ in quo dicaṯ cũ dño. A. etiam in capitu-
lo cure vlcerũ renũ: et idem intelligatur de apostematibus re-
nũ et vesice. Licet oportet vt sit minoratio potus aque: et per
aquã intellexit vinũ et reliqua potabilia parata conuerti ad
renes: et adducit rationem minorationis potus dicens: vt mi-
noreṯ necessitas mingendi: et minoretur motus renũ ab eo: q̃d
peruenit ad eos sup. de humoribus per potuȝ: et eorũ ratio. i. ex
coriatio per id. i. propter motũ humorũ ex potu conuertēte hu
mores ad eos: nã de natura potus est conuertere ad vias ri-
neiq3 sicut materia grossa ɔuenienter educiṯ p intestina: ita ma
teria aquosa subtilis vt sic a natura deriuaṯ ad vias rnũ: et iõ
in caplo cure apostematuȝ ipsorũ renũ dicit: q2 op3 vt prohi-

beas potū aque plurime. nam pot⁹ aque plurime nō euacua=tur: sup. etiā si frigida fuerit quin laborare faciat renes suo i=cessu ⁊ motu: ⁊ sup. ꝯducēdo humores ad renes: cum tñ vt ibi=dem dixit: nō est vlceribus aliqd ita cōgruū sicut quies: ⁊ ꝑus tea dixerat: nā ⁊ si aqua sit cōueniens sup. in principio aposte=matū calidorū appareat: q: ifrigidat ⁊ humectat apostemata calida. i. phibendo fluxū materie ⁊ remouēdo malā cōplexio=nē: verū tñ est taliter q ipellit ꝓuocatione. i. humores p ꝓ=uocationē ad renes: ⁊ coartat versus eos: ⁊ ea que sunt effusa ad latus partis huius apostematis ad ꝯtrā vie suo motu sup. de humorib⁹: qui mouerent ad aliā viā: ⁊ hic nocumentum ei⁹. s. ꝓuocationis ꝑ potus aque est sup ipsius iuuamētū cū qualita=tis sue. i. supra iuuamētū qđ est natū sequi ex qualitate aque ꝯtra per frigiditatē apostemata calda ē in principio. ¶ Et ita de mēte sua colligit: q in nocumētis viarū vrine abstinendus est a potu quantū possibile est: q si necessaria fuerit potatio si=gnificat quasi p totū: vt voluit Aui. blādiendo sit in modicis=simis ꝗtitate: ⁊ hoc siue sit pot⁹ de brodiis: siue de aquis vel vi=no. Sed cōueniens potus cū cibo est: vt sit vinū paucīferum mediū coloris remisse vinositatis ad dulce aliqualiter declinās nō ad acetosum mixtum cū aqua decoctionis cōfectionis dra=gagāti: vel cū querit mūdificatio saniei cū aqua decoctionis liquiritie plus vel minus ſm vini potentiā: ⁊ necessitatē restau=rationis: ⁊ egre cōsuetudinē. Et hec sufficiāt ꝗtum ad regimē cibi ⁊ potus. ¶ Iā veniēdo ad medicinalia cōmemorovnā sen=tentiā dñi Aui. in ꝑn. cure apostematū renū: q ꝯuenient trahi pōt ad casum nr̄m cū dixit. Initiū curationis apostematū ca=lidorū est absciscio eius p flobotomiā ex basilica: si sanguis est vincēs: ⁊ paulo post addit: ⁊ p solutionē vētris ē si sit illic hu=mores acuti cū sanguine vel sine sanguine. Hec est ꝑma intē=tio vt constat: q stat in equatiōe humorū acutorū. Scđa intē=tio ꝑficit cū diuertētib⁹ humores tales ad viā oppositā vie re=nū: vt ad viā secessus: vel p vomitū. Alia intētio erit ad ipsam dispositionē mūdificādo vel cōstringēdo ſm exigētiam simul cū intētione remissionis doloris aliquotiēs maxime molestā=tis. ¶ Primū ergo de flobotomia: lz sanguis in ea nō sit vin=cēs dicat: q constante aliqualiter virtute leuis flobotomia de vena basilica erit in casu admodū cōueniēs: nā maxime est fa=ciēs remissionē acuitatis humorū: ⁊ si nō sit indigētia euacua=tionis sanguis principaliter. Et precipue valeret in casu qñ fieret mictus sanguine⁹ etiā diuertendo. Vñ si singulis. xv. dieb⁹ vel circiter fieret leuis apertura vene intelligēdo semper cōstante virtute: ⁊ extrahēdo duas. ℥. sanguinis nō vltra credo in casu multū cōuenire. ¶ Equatio etiā humorū fit cum alternātib⁹ per interv⁹ sumptis ⁊ remittētibus acuitatē colere: sed nō exhi=beant ea: que sunt cōductiua ad vias vrine. Et in hoc valet sy=rupus de portulaca Mesue singulariter cū aqua lactuce deco=ctiōis semis maluarū ⁊ berberorū: syrupus etiā fact⁹ ex deco=ctione iuiubarū: sebesten: ⁊ ordei excorticati erit conueniēs. Si=militer cōfectio facta loco syrupорū vt infra valebit. ℞. succa=ri violati: dyaborraginati añ. ℥. i. ʒ. v. dyadragāti frigidi. ℥. i. succi portulace cocte ⁊ depurate. ℥. v. carniū tamarindorū: ⁊ sebestē non musilorū añ. ℥. iij. cum foliis. vj. argenti fiat confectio: de qua sumi potest coclear vnū cum dimidio in mane hora syrup=porum. Ad istā intentionem valent epithimata ad epar ⁊ ad cor facta ſm cōes descriptiones ad alterandum ⁊ ad frigidum. ¶ In intentione aūt diuersionis stante facilitate ad vomen=dū cōpletur propriissime intētio cū vomitu: qm̄ diuertit ⁊ eua=cuat antecedētes materias: de quo dicit Serap. in. c. renū. Et ego nō narro laudē vomit⁹ ꝓpter euacuationē repletiōis vi sce=rū eius: immo p hoc vt dixit: q qñ homo vtit eo assidue sanatur ex vlceribus velociter sanatione cōpleta. Et. A. dixit licet vo=mitus quo vlcera renum medicant: addit q est sufficiens ad id excusans ab alio: dz tñ talis vomitus induci suauiter cū vo=mitiuo leui: ne fiat cōmotio agitatiua humorum in toto: vt cū penna intincta in oleo oliuarum: ⁊ aqua decoctionis seminis aneti: q: tñ vt scribit videt esse debilis stomachi forte vomitus quilibet in casu est suspectus. Sed si fieret dolor post vomitū oportet rectificare stomachū saltē exterius cum appropriatis vt sacellationib⁹ appropriatis ⁊ vnctionib⁹ ⁊c. ¶ Perficitur etiā hec intētio diuersiua cū ꝯuertentib⁹ ad viā intestinorū: ⁊ per viā eorū: que supponunt per clysteria: ⁊ ē per ea que supe=rius. Per inferius pōt fieri clystere vt infra. ℞. maluarū. M. ij. matrū violarū: florū altee añ. M. j. ordei ⁊ furfuris frumen=ti añ. M. v. Et vbi esset magna flāma posset addi aliquid de lactuca ⁊ portulaca in decoctione: de qua facta colatura de=bite ꝗtitatis addatur cassie nouiter extracte. ℥. j. vel mellis vio=

lati. ℥. j. ſm diuersitatem intentionum in magis vel min⁹ ab=stergendo cum vitellis duobus ouorū: ⁊ cū olei cōis ⁊ violarū ⁊ semi. lini añ. ℥. j. sine sale fiat clystere. Sepū etiā hyrci vel ca=pre ad liniendum in casu cōuenit: ⁊ si bis in hebdomada solēt vtatur talibus clysteriis erit conueniēs. Per superius etiā ad eandē intentionē laudo vt singulis octo vel decem diebus ad minus sumat de cassia: nō in forma potus ne moueatur ad re=nes: sed in forma boli vt infra. ℞. pulpe cassie. ℥. j. ⁊ pelletur subtiliter sine armillis pulpe sebesten etiā depurato. ʒ. ij. gra=norum berberorum ad correctionē inflammationis cassie nu=mero. iiij. vel. v. ⁊ cum zucharo albo omnia simul reducant in forma boli. Et si displiceret cassia potest sumi de confectione dyaprunis nō solutiui: vel dyacatholicone damasceni ad eā=dem dosim. Et gratior erit cōpositio si fiat vt infra. ℞. pulpe sebesten. ℥. v. tamarindi. ʒ. j. passularum nigrarū. ʒ. ij. penidio=rum. ʒ. vj. fiat bolus: ⁊ ita completur hec intentio diuersionis. ¶ Circa autē ipsam dispositionē principalē si fuerit acuitas ⁊ punctio sine sanguine ⁊ sanie sufficiat infrigidatio cū hume=ctatione insipida nō cū prouocatiuis: vt dictū est in prima parte. Et in hoc singulariter valent gummi arabicū: dragan=tū semina lactuce: portulace: ⁊ papaueris: ⁊ succus liquiritie ex his possunt fieri trocisci ⁊ exhiberi cū aqua lactis. Et qñ vehe=mētissimus esset dolor oporteret vsq ad opiata transire. Pro quo valent singulariter trocisci alchechengi Rasis in antido=tario almāsoris: ⁊ singularissime etiā valēt trocisci eiusdē Ra=sis. x. cōtinentis facti ad strāguriam: siue sequantur vlcera: siue adustionem vrine: quorū proprietas est statim sedare dolorē vt dicit: ⁊ fiūt vt infra. ℞. iusquiami: ⁊ opij añ. ℥. v. semi. citrul=li: ⁊ lactuce añ. ʒ. iiij. semi. portulace. iij. fiant trocisci cum aqua liquiritie. nam de eis possunt exhiberi. ʒ. j. cū aqua decoctio=nis liquiritie: ⁊ possunt dissolui in lacte ad stringandum per deorsum. Dyapapauer etiam ad hanc intentionem valet. Et qñ cōiungit cū acuitate exitus sanguinis: cuius retētio sit ne=cessaria vltra flobotomias ⁊ reliqua oportet misceri quedam cū stipticitate aliquali glutinationem faciētia: vt sunt bolus armenus: terra sigillata: arale: ⁊ trocisci de charabe ad hoc sunt excellētes. Et oportebit magis infrigidare epar ⁊ renes ⁊ vesicā qm̄ i primo casu remissiora tñ frigida debēt poni circa vesicā q circa epar vel renes: immo cū frigidis semper dz ap=poni aliquid confortans caliditatē naturalē vesice cuiusmodi est lignū aloes: ⁊ ad sedationem doloris aliquid de altea ⁊ ca=momilla vel aneti: de quo dicit Aui. Et fortasse necessarium est causa doloris vt apponat in eis aliqd de papauere: ⁊ cortis=ces mādragore sunt cōuenientes ad id. Et paulo ante dixerat in cura apostematū. Et ex illo est sup. medicamine vt emplet cū panno lineo infuso in oleis calefactiuis: ⁊ illis in quibus est virtus aneti ⁊ altee sup. cum aliis frigidis. Qđ si educat mate=ria saniosa: tunc intētio stat in mūdificatione saniei mūdificā=do cū aliqualiter leuib⁹ abstergētib⁹: nō tñ ꝓuocatiuis nisi re=missi ssime: imo cū mūdificatiōe dz eē aliqualis exiccatio absq mordicatione. Et de hoc ē dicit Aui. in cura scabiei vesice: in primo opꝫ vt administrent mundificatiua abstersiua: que sint de exiccatiuis absq mordicatione. Inter medicinalia singu=lariter hic laudatur aqua lactis: de qua dicit Rasis. x. cōtinē=tis: q nō est aliquid melius aqua casei in his locis in hac intē=tione: qm̄ laudat hec loca violenter. Nō exhibeatur tñ in plu=rima ꝗtitate ꝓpter id qđ dictum est. Et quādo apparuerit sa=nies mundificari erit intendendū cū ꝯfortantibus magis ⁊ sti=pticis: non tantū per superius: sed etiā per inferius siringādo. Et qm̄ partes ille sunt multū lese: vt supponitur: ⁊ omne qđ in=cutitur si fuerit asperum multū nocet: idcirco ordinandū est sief in casu conueniens qđ faciat ad mundificationē etiam ad cōsolidationē fricādo dictū sief sup cute cū lacte vel aqua plā=taginis ſcđm diuersas intentiones fiat vt infra. ℞. sarcocolle quatuor dieb⁹ nutrite in lacte mulieris quater in die lac reno=uando. ʒ. vj. ceruse: amili: plumbi vsti: tucie bene preparate añ. ʒ. vnam florum nenufaris violarum seminis lactuce añ. ʒ. j. ʒ. opij: iusquiami albi añ. ʒ. v. croci. ℈. j. fiant sief cum emul=sione papaueris albi: ⁊ de eis fricetur super cute vt dictum est. Et si vngetur intra vesicam cum. ʒ. j. ʒ. vel. ij. dissoluendo duos vel tres sief pro vice in dicto liquore: ⁊ quęratur orificium col=li vesice in vulua versus partem superiorem per duos digitos interius. Erit etiam cōueniens ad mitigationē doloris circa illas partes: vt fiat fomentatio cum filtro vel panno lineo in=fusis in decoctione vt infra. ℞. maluarū: radicū altee añ. M. j. radicum nenupharis ⁊ semium eius añ. ℥. iij. melliloti: camo=mille añ. M. v. granorum alchechengi. ℥. v. calami aromatici.

ʒ. ij.

ʒ.ij.bulliant in aqua cũ debita ꝙtitatis aliquot bullitionib⁹:
⁊ ex ea fiat fomẽtatio vt dictum est. Põt etiã fieri inunctio ad
dictas partes cum vnguento vt infra. ℞.olei vio.olei amig.
dul.mucillaginum:altee:fenugreci:⁊ citoniorum ana.ʒ.v.olei
myrtillorũ.ʒ ij.cum cera alba fiat vnguentum. Et si fierẽt opi-
lationes in dicta via per ingrossationem humorum vel sanie-
ei in dicta via vel sanguinis coagulati: tũc fiant fomentatio-
nes humectatiue cum modica caliditate: vt ex altea: camomil-
la: fenugreco: parietaria fenationibus: ⁊ semine lini: ⁊ huiusmo-
di. apponẽdo etiã in vnctionibus aliqñ de oleo de lilio: ⁊ amig.
dul. cum modico croci insundendo ʒirbum adipinum castrati:
vel capti: ⁊ est electior in dicta decoctione ⁊ tepidum superpo-
nere. Et his sum contentus: ⁊ sit omnium factori laus.

¶ Pro vlcere in collo matricis versus os intrinsecũ in quadã
dña spectabili de burgundia. Consilium.lxxiiij.

Casus iste vt ex accidẽtibus scriptis ⁊ verbo relatis
est apostema vlceratum in collo matricis: ⁊ ad hoc
causandum pro causa primitiua fuit ille casus su-
per scalã: de quo in casu significatũ est: qr ꝓpter
vehementem dolorẽ materia ad locũ illum lesum
attracta: ⁊ membro debilitato ibidem retenta fuit: ⁊ a virtute
membri non cõuenienter regulata causauit dictum apostema
⁊ ad collectionem venit tandem: ⁊ instrumẽto cirurgico facta
solutione: tandem nõ perfecte curato apostemate remansit vl-
cus: in qđ plerũqꝫ cadit apostema quodlibet matricis: partim
ꝓpter mẽbri debilitatẽ: ⁊ ipsius aptitudinem ad superfluitas-
tũ receptionem a toto: partim etiã qr ꝓpter aliqualẽ dñarum
erubescentiã vel pudorẽ nõ pmittitur vt perfecta sanatio fiat.
Et exinde est colligãtia matricis cũ dorso ⁊ renibus anchis sto-
macho: corde: cerebro: vesica: intestio maxime recto: ⁊ muscu-
lis coxarũ. Hec mẽbra ẽt in ꝓpriis operationib⁹ ramanẽt le-
sa: vnde notabiliter renib⁹ dolet: ⁊ aliqñ nõ potest ambulare:
⁊ ꝓter vicinitate vesice ꝓpter lesionẽ cõtentiue vesice non põt
nisi modicã vrinã cõtinere. Necqꝫ inconueniẽs foret ꝓpter im-
mediatã cum vesica vicinitatem: vt aliqua pars saniei ꝑ resu-
dationẽ ad vesicã deriuata ⁊ nõ debite mundificata in vesicam
impressẽrit nocumentũ: ⁊ ita vt in eandẽ vlcerationem causa-
uerit. Et hoc esset primo deterius propter inquã dictum vlc⁹
cõtinuo manente virulentia vel sanie per collũ matricis ver-
sus extremum eius orificiũ: ⁊ distillãte vrina per porum extre-
mum colli vesice per ipsum collũ matricis ad exitum abstersit
materiã oẽm viruletam: siue saniosam cui obuiat in collo ma-
tricis existentem. Et exinde apparet turbida vrina saniosa vel
virulẽta: etiam nõ existente vesica lesa. Et nõ inconuenirẽt in-
terdum apparere vrinã sanguineã: vt si existente vlcere corro-
siuo corrodat aliqua pars venosa. Possem per signa ⁊ euidẽ-
tia manifestare casum fore talẽ: sed qr in hoc modo cum pau-
citate vtilitatis esset multũ laborandũ: non pro nũc latius ad
hoc laborandum insistã. ¶ Pro cura igitur vel saltez alleuia-
tione huius male dispositionis obseruato debito primo regi-
mine in sex rerum dicta nõ naturaliũ: ponã consequenter regi-
mẽ curatiuum. Et qr principalis intentio est ad vlcus: qđ vt sic
indiget exiccatiuis: ⁊ scđa intentio est ad causam ipsius corro-
siuam: que vt arbitror est flegma nitrositate ⁊ salsedine parti-
cipans. Ideo primo circa collectionẽ aeris sit aer habitatio-
nis ipsius satis tẽperatus in actiuis: ad siccũ tñ declinãs. Ca-
uendũ igitur ab aere calido: vnde tẽpore hyemis nõ multum
approximet igni: necqꝫ stet in stuffis: necqꝫ in aere specieb⁹ aro-
matizato: necqꝫ vbi sit multitudo fumi: sed teneatur in solario
in camera bene clausa cũ modico igne: ⁊ sit ignis ex lignis sa-
licum. Cauendũ etiã tẽpore estatis a caumate: ꝫ rectificet aer
cum sandalis corticibus citri: rosis in copia: vel cũ aspersiõe
aque rosate per camerã: vel aque fontis cũ magna parte ace-
ti. Cauẽdũ tñ generaliter ab omni aere vẽtoso: qr licet aliquo
modo cõuenire videat manifesta qualitate: tamẽ ledẽdo mẽ-
bra neruosa plus nocet ꝙ iuuat. ⁊ hec de aere. ¶ Circa cibuꝫ ⁊
potũ nõ potest poni regula in electione ciboruꝫ nisi negatiua
vt.s. cauendũ sit specialiter ab oĩ salso pungitiuo ⁊ acuto: ⁊ ab
oĩ eo ꝙ cũ comeditur imprimit acuitatem in ore vt species al-
leũ ⁊c. ⁊ ab oĩ etiã vehementis dulcedinis ꝓpter ipsi⁹ facilem
cõuersionẽ in colam. Affirmatiua vero regula dari nõ põt: qr
alia cõuenirẽt stante vlcere sordido: ⁊ alia stante mũdificato.
¶ Est itaqꝫ cõsiderandũ ꝙ ab vlcere vel educitur materia mul-
tũ saniosa: vel virulẽta mali odoris: vel educit materia modi-
ce malicie: immo vel fere nihil educit stante remisso dolore: vel
educitur sanguis purus: vel satis purus: ⁊ sic arguam⁹ de mũ-
dificatione facta ab ipso vlcere. Si pmo modo educatur mate-
ria saniosa vel male qualitatis: eo casu conueniunt cibaria: qui-
bus cum hoc ꝙ sunt boni nutrimẽti cõiungat etiam aliqualis
virtus ablutiua vel lauatiua. Et si non apparet sanies vel vi-
rulẽtia: sed cõstaret de mundificato vlcere ex casu competũt ci-
bi ad stipticũ ⁊ glutinosum magis declinantes. Generaliter ta-
men oẽs cibi debẽt esse boni chimi ⁊ bone qualitatis insipidi:
vel aliquo modo ad dulcia declinantes. Specialius tñ descẽ-
dendo in primo casu apparente materia virulẽta sit panis fa-
ctus ex duabus partibus farine or. mundi ⁊ electi ⁊ vna parte
frumenti electi cũ modico fermento ⁊ minimo salis: ⁊ si in eo-
dem sit aliquid furfuris nõ inconueniens est. In scđo tamẽ ca-
su potest fieri panis ex maiori ꝙtitate frumenti: ⁊ minori ordei
⁊ minima parte fermẽti cũ ablatione in totũ ⁊ furfuris ⁊ salis
sit bene coctus vtrobiqꝫ cũ ablatione partiũ corticaliũ duorũ
vel trium dierũ ad plus. ¶ Circa carnes in primo casu conue-
niunt carnes vituloꝝ arietum: ⁊ pulloꝝ: ⁊ gallinarum iuue-
num. Caro etiã capreti iuuenis valet. Et ista oĩa hic elixentur
⁊ non assentur. Nõ inconuenit etiã aliqñ vti perdicibus vel fa-
sianis. In scđo vero casu conueniunt carnes ad stipticũ ma-
gis declinantes vt aues parue oẽs montane. Perdices autez
⁊ fasiani in hoc casu precipue cõueniunt: carnes etiam vitulo-
rum nõ nimis propinquorum generationi ⁊ maxime neruose:
⁊ cartilaginose: ⁊ carnes pullorum: exercitatoꝝ. Fe icitabit
tamẽ operatio si iste carnes erũt assate magis ꝙ elixate. Im-
positis etiã quibusdã ad stipticũ et glutinosum declinãtib⁹ vt
coriãdris sandalis citrinis: dragagãto: grania granatorum:
⁊ hmõi. Ex quib⁹ etiã intrantibus non incõuenit interdũ face-
re aliqua salsamẽta cũ amigdalis apposito modico zucchari
⁊ agreste. Et hec de carnibus nõ cõmemorando a quib⁹ absti-
nendũ est specialiter: vt ex his intelligat qđ ab omnibus aliis
sit abstinendũ ⁊c. ¶ In diebus aũt quibus carnes nõ comedũ-
tur in primo casu.s. stãte necessitate mũdificationis vlceris va-
lent oua gallinarum sorbilia cocta in aqua cũ testa sine sale et
accupata in aqua. Valet ẽt ꝓ ferculo electo panis coct⁹ bene
subtilis cũ modico olei ⁊ lacte amigdalarum dul cum modico
zuchari. Nõ laudo in isto casu multum pisces: sed in scđo casu
magis laudo pisces ꝙ oua. Et lꝫ pisces squamis carẽtes vt ma-
gis glutinosi ad propositũ facere videant magis ꝙ squamosi
tamẽ ꝓpter alia nocumenta apta induci magis laudo pisces
petrosos vel squamosos aliis. Et in hoc casu cõpetit exhibitio
casei recentis modico sale participantis. In primo tñ casu no-
stro. Et generaliter nunꝙ cõpetit caseus antiquus. Inter ole-
ra aũt in primo casu valẽt ea que ad humidũ aliquo modo de-
clinant: ⁊ in scđo que ad stipticũ ⁊ glutinosum. Nunꝙ eligen-
do herbas calas siue aromaticas. Valẽt igit primo in primo
casu spinachia lactuca: ⁊ aliquid petrosilii: asparagi etiã vidẽ-
tur bene cõuenire. In scđo casu magis vꝫ portulaca: ⁊ ꝑcipue
plãtago buglossa: borrago: ⁊ hmõi. Et ex varia mixtura dicta-
rũ herbarũ ſm casus exigentiã põt fieri varia ꝑparatio ciba-
riorũ. Inter fructus vero vitent gñaliter fructus calidi ꝑcipue
ficus que ꝓpter lacticiniũ quoddã occultũ in eis vt voluit.d.
Aui. vlceribus maxime inimicant. Cauendũ etiã ab vuis auel-
lanis ⁊ hmõi. In primo casu nõ incõuenit aliqñ vti prunis bñ
maturis: vel psiciis: vel amarenis ad remittendum nitrositatẽ
⁊ salsedinẽ materie virulẽte. Sꝫ pro regula sumatur ante cibũ
ad minus ꝑ horã ſm doctrinã. Gal. in de alimentis. c. de pru-
nis in fine. Amigdale etiã cõueniũt qñocunqꝫ. In scđo vero
casu magis valent pyra: mespila: granata: muza: ⁊ huiusmo-
di. ¶ De vino magis eligat in pmo casu vinũ al. ⁊ subtile mix-
tũ cũ aqua decoctiõis zucchari: seminũ cõium frigidorũ ⁊ liqri-
tie. Et in hoc scđo casu magis vꝫ vinũ nigrũ ad stipticũ aliqñ
declinãs mixtũ cũ aqua decoctionis coriandrorũ.pp. ⁊ draga-
ganti ⁊ modico zuchari. Et generaliter cauendũ ab omnibus
vinis magnis ⁊ potentibus declinãdo semꝑ ad paucifera ma-
gis ⁊ min⁹ ſm vini potẽtiam: ⁊ hec de cibo ⁊ potu. ¶ De mo-
tu ⁊ quiete dicatur: ꝙ lꝫ quies sit necessaria in oĩ vlcere remo-
uendo: tamẽ stante vlcere sanioso indigẽt mũdificatione ⁊ ma-
xime in matrice vt in casu nr̃o. Cõuenit igit aliqualis motus
localis. Idcirco existente indicatione ad mundificationẽ com-
petit aliquãdo motus: vbi facta mũdificatione stante intẽtio-
ne ad cõsolidationẽ competit quies opposita illi motui. Et ne-
cessaria est loco exercitii fricatio extremorũ: ⁊ maxime mẽbro-
rũ superiorũ magis ꝙ inferiorũ ꝑ ꝑ oppositũ diuersion⁹ eius
laudo singulo mane facta ventris lenitione vel natur[ali] vel
artificio vt infra videbitur fiat fricatio totius corp[or]is: primo
leuiter incipiendo: deinde intendendo magis circa spatulas ⁊
brachia: ⁊ sic supplebit vices exercitii cũ prop[ter] cõsolidatio-

nē vlceris sit inflicta quies localis. Et hoc est obseruandum et
nunq̄ relinquendū: quia in hoc pendet maxima radix cure.
¶ Et ex hoc intellecto pōt patere q̄d sit dicendū de somno et
vigilia: q2 somnus attestat̄ quieti ⁊ vigilia motui secunda.p.
Stāte igit̄ indicatione ad mundificandū amplior cōpetit vi-
gilia q̄ somnus: imo tunc mediocris exhibeat̄ somnus: ne ꝓ-
pter retentionē illarū prauarū materierū: ⁊ ipsarū effumatio-
nē ad principalia membra sequant̄ inde notabilia nocumen-
ta. Sed vbi sit maior intentio ad consolidationem facta mun-
dificatione: maxime cōpetit somnus ad confortationē opera-
tionis naturalis mēbri lesi. Sit tñ regula in somno vt nō dor-
miat̄ immediate post cibum: sed saltē transactis duabus horis
⁊ in principio somni fiat aliqualis leuis fricatio ad plātas pe-
dū. ¶ De inanitione vero: ⁊ repletione sumarie dicat̄ q̄ ois im-
moderata repletio maxime nocet. Et plus est declinandum ad
inanitionem q̄ ad repletionem. Verū q2 iam coniungitur vir-
tutis debilitas ꝓpter prolixitatem ⁊ longitudinē morbi cum
forti attractiua mēbrorum: q̄ manifestat̄ ex vehementi appe-
titu ipsius. laudo vt cibus partiatur: ita vt si solebat bis tm̄ in
die naturali refici ter reficiatur: ita vt singulis. viij. horis dan-
do partim de cibo reficiatur. ¶ De aīalibus quoq3 passionib⁹
dicatur breuiter q̄ oēs ēe passiones nocent preter gaudium
⁊ leticiam: quibus interdū vel cōueniūt. Unde conuersatio cum
amicis ⁊ audire instrumēta sonora: ⁊ cant⁹ suaues: vel melo-
dias: si hora cōuenienti afferant̄ cōueniunt: nō afferantur im-
mediate post cibum: sed trāsactis trib⁹ vel. iiij. horis a cibo. De
coitu vero vltimo dicat̄ q̄ oī modo est ab eo abstinendum: quia
ipsius vsus celebrari non potest in casu nostro sine maximo ⁊
notabilissimo nocumento. Et his sum cōtentus pro regimine
diete. ¶ Ad medicinalia tandē veniendo duplex insurgit ge-
neralis intentio vna. s. ad antecedentē cām: alia ad coniunctā
dispositionē. Prima aūt triplici instrō pficit̄ vel quarto pri-
mo. s. diuertēdo cām ad oppositionū. scdo. s. materiā digeren-
tio tertio eandē digestā euacuādo. quarto mēbra cōfortando.
¶ Ante has tñ vna est cōis in oībus materialib⁹ morbis: q̄ est
lenitio vētris ⁊ materierū cōium eductio q̄ pficit̄ pmo cū clyste-
ri cōi facto vt infra. ℞. cassief. de cānis nouiter extracte mellis
rosa. pulueris zucchari añ. ℥. j. salis. ʒ. ij. olei cōis. ℥. iij. cū deco-
ctione furfuris frumenti ordei maluarū: qd̄ sufficit fiat clyste-
re. Habēdo semp mēti q̄ in isto casu nunq̄ cōueniunt clysteria
fortia: in quibus intrēt hyere vel electuaria alia fortia ne vici-
nitate membri lesi ad intestinū rectum propter acutā qualita-
tē clysteris lederet̄ membrū iam debilitatū. ¶ Est etiā memo-
randū vt nō sint nimie q̄titatis sed. x viij. ℥. ad plus ne ꝓpter
extensionē factā in intestino recto a q̄titate clysteris fiat com-
pressio ⁊ nocumentū loci appropriati vel ꝓpter compressionē
loci fiat expressio clysteris: ⁊ sic frustra laboraremus. Quo fa-
cto clystere sequenti mane exhibeat̄ lenitiuum per superius vt
infra. ℞. cassie pinguis nouiter extracte et electe. ℥. j. dyapru-
nis non solutiui. ℥. v. cum aqua decoctionis prunorum: coral-
lorum: sebesten: tamarindorū qd̄ sufficit fiat potio. Qua fa-
cta mundificatione pro diuersione materie laudo prius si vir-
tus ꝯsentit vt fiat leuis flobothomia ex basilica dextri brachij
extrahendo. iiij. vel. v. ℥. sanguinis. Et si non posset tollerare
ꝓpter virtutis debilitatē fiat in saluatella manus extrahendo
vsq3 ad. ℥. iij. quo facto post tres vel. iiij. dies: nisi stet stomachi
nimia debilitas: precipue in hoc casu competeret vomitus: sꝫ
leuis fiat cū impositione pēne inuncte oleo in gulam post sum-
ptum cibū diuersarum rerum vnctuosarū per medium hore fa-
cto ipso vomitu clausis oculis ⁊ ligatis cum binda: ⁊ post ho-
ram sumat̄ frustū panis parū assatum infusum in modico vi-
ni stiptici ⁊ post mediā horā eius sumat prandium ⁊ leue. Et si
talis vomitus fiat bis in mense fm ordinem dictū plurimū iu-
uabit. ¶ Pro expedienda scda regula sumatur syrupus. v. vel
vj. vicibus vt infra. ℞. syrupi viol. simplicis mellis rosa. syrupi
de fumoterre añ. ℥. v. aquarum boraginis endiuie: ⁊ lupulorū
mis. quo continuato: pro expedienda alia intētione ad euacuā-
dum materiam fiat medicina vt infra. ℞. mirabola. citrinorū.
ʒ. j. v. chebulorum ⁊ indorum añ. ʒ. j. infundantur in aquis lu-
pulorū fenicul: ⁊ fumiterre decoctionis passularum: epithimi
⁊ violarum: ⁊ dimittantur in infusione per. x. horas. Deinde
facta expressione addat̄ expressioni cassie nouiter extracte et
electe. ʒ. vj. confectionis amech diasfenicoms añ. ʒ. j. ⁊ fiat po-
tio: ⁊ si magis placeret in forma pillularū fiant pillule vt infra.
℞. pillularū de fumoterre: pillularū indarum añ. ℈. ij. cū mel-
le ro. forment̄ pillule. Quibus assumptis vl̄ aliquo supradicto
pñ solutiuorū post. vj. horas iā facta cōueniēti p secessum eua-
cuatione sumat̄ lauatiuū vt infra. ℞. aq̄ decoctiōis or. ⁊ acorū
cicerorum ru. ℥. viij. zucchari vnius cocte. ℥. v. mis. ⁊ calidū sumat̄.
Et post horā assumptionis sumat̄ leue prandiū cū cibis deli-
catis vt supra. Sequēti vero die in mane sumat̄ cōfectio vt in-
fra. ℞. diabuglos. ℥. v. zucchari ro. ℥. ij. mis. ⁊ ista sufficiant ꝓ
remouenda cā ancedēte. ¶ Laudo tñ q̄ in duob⁹ vel trib⁹ mē-
sibus fiat talis euacuatio. ¶ Pro cōplenda vero. iiij. intētio-
ne vt ꝓ cōfortatione membrorū fiat cōfectio in morsellis vt in-
fra. ℞. specierū dyarondon descriptiōe cōi. ʒ. ij. specierū tria-
sandalorū: ⁊ aromatici rosa. sine musco añ. ʒ. j. cum zucchero-
al. dissoluto in aquis fumiterre ⁊ lupulorū: qd̄ sufficiat fiat cō-
fectio in morsellis: ⁊ fiant morselli. ʒ. ij. pro quolibet ⁊ sumat
vnum singula vice semper ante cibum per horā. ¶ Ad hoc ē
vꝫ electuariū factū vt infra. ℞. dyabuglosse manuschristi cum
perlis añ. ℥. v. cū syrupo de succo acetose fiat cōfectio: ⁊ ex his
cōpletur intentio ois q̄ hr̄ ad cām antecedentem. ¶ Veniēdo
aūt ad cām cōiunctā ⁊ magis immediatā opꝫ adducere: que-
dā q̄ per superius exhibita valēt ⁊ quedā q̄ p inferius: lꝫ ea que
per inferius exhibent̄ multo maiorē afferāt vtilitatē q2 imme-
diate attingunt ad mēbrū lesum q̄ ea que per superi⁹. Ultraq3
tñ ⁊ per superius ⁊ per inferius diuersificari opꝫ fm variam ⁊
q̄riā intentionē q̄ sumitur in cura: q2 aliq̄n stat intētio de ab-
stergēdo apparēte sanie ⁊ virulentia: ⁊ aliq̄n de cōsolidando ⁊
glutinādo vt mūdificato iā vlcere ⁊ apparente vero sanguine.
¶ In primo igit̄ casu per superius ⁊ p inferius exhiberi pos-
sunt ⁊ syrupi ⁊ cōfectiones vt infra. ℞. mellis ro. collati. ℥. j. sy-
rupi de bizantijs. ℥. j. v. cū aquis eupatorij matricarie ⁊ lupu-
lorum fiat syrupus. Et si expedit magis prouocare ⁊ abstergere
potest addi syrupus de duabus radicibus: vel de omnibus sine
aceto addendo decoctionis suprascriptarū aquarum modicū
de radice yreos: ⁊ aromatizando modicū cinamomi vel croci
nisi fuerit coniuncta nimis intensa caliditas. Loco vero cōfe-
ctionis cōueniret cōfectio dyanisi vel de seminibus. Et si time-
retur nimia apertio posset apponi de speciebus triasandalorū
vel rosate nouelle simul cū predictis magis ⁊ minus fm maio-
rem ⁊ minorē indicationē de mundificādo vel nō mundifican-
do. Et loco electuarii cōpetit dyalacca vel dyacurcuma exhibē-
do. ʒ. j. cum modico vini subtilis. Et si placeret refrangere ni-
miam apertionem posset addi aliquid de zuccharo rosa. vel
diabuglos. Si vero esset intentio ad consolidandum ⁊ cōglu-
tinandū ⁊ prohibendum fluxum sanguinis isto casu p superi⁹
valerent syrupi de agresta ⁊ portula. de citonijs: de ribes: de
myrthis: ⁊ huiusmodi: cū aquis plantaginis: ⁊ buglosse: burse
pastoris: portulace ⁊ absynthij. Aromatizatis syrupis cū san-
dalis coriandris preparatis: coralis rub. dragagāto ⁊ similibus.
Et ex his artificiosus medic⁹ sciet componere syrupos magis
⁊ min⁹ stipticos fm maiorē ⁊ minorē necessitatē. ¶ Loco vero
cōfectionis cōueniunt cōfectiones facte ex speciebus triasan-
dalorū trocis. de spodio cū semine acetose de terra sigillata cū
aquis suprascriptis faciendo magis ⁊ minus stipticas fm va-
riam intentionē. Et si placeret facere in formā electuarii po-
test fieri cōpositio trociscorū supradictorum cum zuccharo ro.
veteri ⁊ incorporare cū aliquo supradictorū syruporum stipti-
corū. Et q̄n talia nō sufficerent ad prohibēdum sanguinis flu-
xum: liceret exhibere singulo mane de trifera minore ex arte se-
norum vsq3 ad. ʒ. j. v. Et si non sufficeret tunc in introitu ad le-
ctum: ⁊ pro dormitione exhibēda ⁊ sanguinis prohibitiōe cō-
ueniret exhibere. ʒ. j. athanasie magne vel filonij persici. Et est
singulare cū aqua plantaginis vel alicui⁹ huiusmodi. Et in il-
lo casu comedant̄ ventose frequēter posite sub mamillis sicce.
Et his sum cōtentus q̄tū ad ea q̄ p superius exhiberi possunt.
¶ Quantū vero ad ea q̄ per localia inferius dicendū breuiter:
q̄ quedā sunt applicāda in forma balnei ⁊ somētationū: que-
dā p vnctiones exterius: q̄dā p suffumigationes: quedā per in-
iectionē in forma clysteriorū: quedā per supposita vel linimē-
ta cū vnguentis facta. Et ista oīa variant̄ vel variari debent
fm duplicē intentionē generalē: q2 aliq̄n maior est intentio ad
abstergendū ⁊ mundificandū: q̄nq3 magis ad consolidandū et
sigillandū. Primo igit̄ pro mundificatione ⁊ remissione dolo-
ris fieri pōt balneū vel fomentatio cū spongijs eiusdem balnei
super regione matricis positis: ⁊ fiat balneum cum his vt in-
fra. ℞. radicū altee. M. j. maluarum: camomil. mellilot: ane-
ti añ. M. v. furfuris frumenti. M. ij. ⁊ si intendimus alicui cō-
fortationi matricis addi potest calami aromatici. ʒ. iij. Et vbi
intentio maior esset ad cōfortationē mēbri vt facta mundifica-
tione vel quasi supradictis addatur radicum nenupharis: ⁊ se-
minum eius añ. ℥. iij granorum alchichingi. ℥. v. bulliāt in aq̄

cōmuni

cũ aliquot bullitionib⁹: ⁊ extinde cum filtro vel spongiis vt supra fiat fomẽtatio. Et si placeret facere balneũ: oportet multiplicare quantitatẽ simpliciũ ꝭm proportionẽ ⁊ mensuras. Et hoc fiat arbitrio boni apothecarij: ⁊ in dicto balneo sedere poterit vsq; dum balneũ prope vmbilicũ. Et postq̃ sedere p.vj. vel.viij. partem hore facta exsiccatione prius cum panno tepido fieri potest inunctio cõuenienter cum vnguẽto vt infra. ℞. olei amigdalarũ dul. ℥.j. olei camomille: olei de lilio: olei vio. aã. ℥.v. ⁊ cum modico cere fiat vnguentũ. Et si addatur mucilaginis altee: ⁊ fenugre. aã. ʒ.ij. cõueniat. Hoc dico in casu vbi intentio sit ad mundificationẽ ⁊ doloris remissionem. Et vbi intentio foret magis ad cõfortationẽ ⁊ prohibitionem fluxus materie posset auferri oleum de lilio: ⁊ minorari oleum amigdalinum: addendo de oleo citoniorũ ⁊ mucilagine eorundẽ verbi gratia aã. ℥.v. ⁊ cũ seminibus nenupharis ⁊ alchichingi subtilissime puluerizatis ponendo aã. ʒ.j. de quolibet potest rectificari vnguentũ ⁊ valebit. ℭ Consequenter per interi⁹ stante intentione ad mundificandũ potest fieri clystere cum aqua mell. Et si placet aliquo modo cõfortare fiat decoctio mellis rosa. ⁊ si non sufficit aqua mell. tñ potest poni in decoctione parum furfuris. v.l ⁊ est fortius addere radicẽ yreos. Et si pur materia esset corrosiua ⁊ grossa nõ incõueniret potest ponere aliquid salis. Et si materia foret subtilis ⁊ virulẽta posset fieri clystere cũ aqu lactis vel cũ modico ordei: ⁊ modico zuchari. ℭ Est tñ multũ aduertẽdũ q̃ in vlcerib⁹ huiusmodi nõ est ꝓcedendum cũ multum abstersiuis nisi stante necessitate in vlcere multum corrosiuo: quo casu abstersiuũ satis fortes factum ex vrina: ⁊ maxime collerici hois apponẽdo de yreos ⁊ sarcocolla vz. Facta vero perfecta mundificatione potest fieri clystere ex lacte ouino addendo de boloar. dragaganto: thure: et huiusmodi subtiliter puluerizatis. Uerum q̃ stante mundificato perfecte vlcere puluis q̃tumcunq; subtilis attingens ad illas partes multũ acute ⁊ dolorose imprimit: idcirco mihi conueniens in hoc casu visum est vt fiant sief. vel trocis. qui bñ exsiccati fricentur cũ lacte super cote quo vtunt barbitonsores: et tandẽ dissolutis eis in lacte vsq; ad q̃titatẽ. vj. vel. vij. ℥. lactis fiat clysterizatio intra matricez. Fiant ergo troci vt infra. ℞. specierũ trociscorum: alchichingi Rasis in antidotario sine opio vel cum opio stante maiori necessitate. ʒ.ij. infundantur in lacte ouino vel muliebri per diẽ: ⁊ tandẽ ex eis fiant trocisci. Possent etiã fieri sief. vt infra valẽtes. ℞. sarcocolle quatuor diebus lacte cõmuni nutrite quater in die lac renouando. ℥.v. ceruse amidi: plumbi vsti: tucie: p̃p. aã. ʒ.j. violarum: florũ nenupharis: seminis lactuce aã. ʒ.j. v. iusquiami alb. ʒ.v. opij: et croci aã. ℈.j. fiat sief. cum emulsione seminis papaueris al. et ex his fricetur cũ lacte vt supra. ℭ Ad hoc etiã vz vnguentum vt infra. ℞. tucie ablute par. ij. climie: ceruse: sarcocolle nutrite vt supra aã. par. j. olei ro. ⁊ cere q̃tum sufficit mis. ⁊ fiat vnguentum: ⁊ isto potest vti cirugicus supra pecia ponendo sup loco vlcerato facta mũdificatiõe. Et vbi necessaria sit mundificatio ⁊ carnis remotio illo casu vz vnguentum viride vel vnguentũ egyptiacũ. Possent etiã fieri cõsolidatiue clysterizationes cũ aquis decoctionũ rerũ stipticarũ vt rosarũ mirthillorũ: sumach: balaustiarũ nucũ cipressi: ⁊ hmõi p̃mixtis ẽt dictis aquis cũ vnguẽtis rectificãtib⁹ vt est vnguentũ de climia de plũbo adusto: cũ oleo rosa. ⁊ hmõi. Et si cõiungeret complexio multũ cal'a conueniret in dictis clysterijs addere de succo portulace vel plantaginis: addẽdo cõsequenter de mucilagine dragagãti vel psillij: ⁊ pulueribus trociscorũ: de terra sigillata: ⁊ charabe: ⁊ hmõi. Et ex talib⁹ ⁊ suprascriptis ꝭm variã intentionẽ cõsolidãdi vel mundificãdi fieri possunt suppositoria vel pessaria ꝭm diuersa appropriata constituta: de quibus cõtinuo potest tenere intra matricẽ maioribus vel minoribus factis ꝭm maiorẽ vel minorẽ distantiam vel propinquitatem vlceris ab ore extrinseco matricis. ℭ Ex dictis etiã potest expertus medicus colligere appropriatas medicinas pro suffumigijs: aliqñ ad mundificationẽ: aliqñ ad confortationem ⁊ sigillationẽ: verbi gratia. Pro mũdificatione vz vt sumal myrrhe: storacis: yreos aã. ⁊ cum oleo de lilio vel terebẽtina fiant formule: ⁊ superponant carbonibus pro suffumigio. Sola ẽt terrebentina vz suffumigata: vel adipes cum croco ⁊ cassia li. ⁊ cinamomo: ⁊ huiusmodi ex quib⁹ possunt fieri formule ad suffumigium. Et medicinis autẽ stipticis fiant suffumigationes stiptice vt ex dragaganto boloar. corallis: nucibus cipressi: ⁊ huiusmo di calidis vel frigidis plus ⁊ minus apponendo ꝭm maiorẽ necessitatẽ infrigidandi vel calefaciẽdi cum mucilagine dragaganti vel psillij: vel vnguento aliquo appropriatorũ fiant formule: de quibus fiat suffumigium. Et istis pro nũc sum cõtentus paratus ad vlteriora scribendũ ⁊ consulendũ: si alie noue difficultates in isto casu emergerent.

ℭ Pro vlcere matricis. ℭ Consilium.lxxv.

CAsus iste vt scribitur est vlcus in matrice cum cõplexione sanguinea. Utrum autẽ contingatur cũ eo apa vel non: ⁊ verum vlcus causam habuerit ragadias siue scissuras matricis: siue materiã tñ virulentam ⁊ corrodẽtem: siue aliam causam extrinsecam hoc ex casu nescio: quorum tamẽ cognitio necessaria esset ad debitam consolidationem fiendã: quoniã si apostema complicaretur cum vlcere vel aliunde fluat materia ad curaz vlceris oporteret prius attendere apostemati vel materie fluẽti: vt fuit sententia Gal. iij. thegni. illo textu. Et si quidem flegmatisatio aut quassatio: aut scirrosis: aut tumor cum vlcere fuerint curandum est illa prius ⁊c. Quicquid tamen sit vl[...] matricis difficillimũ est ad consolidandũ: quoniã s[...] lutio in matrice difficillime consolidatur: vt est sen[...] vj. anteriorũ. c. pe. multo magis si cũ solutione cum compli[...] vlcus: ⁊ precipue in profundo ad quẽ locũ difficillime attingũt medicine vt in casu nostro. ℭ Ego tñ in presenti arbitratus: q̃ causa vlceris fuerit ruptura venarũ ꝓpter extensionẽ ex materia repletione venarũ matricis cõcurrente: ẽt acuitate ipsi⁹ sanguinis ex habitudine totius: ponã quedã generalia in casu cõcretẽta: immo specialia magis: supponens generalia facta quedam pertinentia ad regimen: quedam magis ad curam. ℭ In regimine igitur ꝓhibeaf aer calidus: licet etiã aer extreme frigiditatis noceat. Et ideo quecũq; extrinsec⁹ applicitur sint neq; intense calida: neq; intẽse frigida: sed ad tepidũ inclinata: q̃ñ matrix membrũ neruosum existẽs ab actualiter frigidis maxime ledit. ℭ Prohibeaf etiam p̃cipue ira: furor: ⁊ sollicitudo. Inducaf letitia ⁊ gaudiũ q̃tũ possibile est: vt materia ad exteriora cõuertaf. ℭ Et attineat quieti magis q̃ exercitio: immo fugiat motũ precipue ambulationẽ ⁊ fricationẽ tibiaꝝ: vl' partiũ inferiorũ: lz fricatio partiũ superiorũ in casu sit conueniẽs. Uitentur balnea quecũq; humectãtia absolute: q̃ñ habilitãt mẽbra lapsa ad receptionẽ. ℭ Adhereat etiam magis somno q̃ vigilie: q̃ñ somnus detat materias ⁊ infrigidat. In somno tñ sit aduertẽtia vt dormiens non dormiat supra partem vlceratam: sed supra aliã partẽ vt sanies in loco non retineatur: sed si aliqñ apponantur medicamina interius pro certo tẽpore tũc iaceat supra partẽ lesam: vt pro eo tẽpe retineantur medicine in loco. ℭ In regimine cibi ⁊ potus cauendũ est ab omni salso p̃sgitiuo ⁊ acuto: ⁊ ab oĩbus amaris: ⁊ ab omni eo qđ cũ comeditur imprimit acuitatẽ in ore. Et sic cauendũ est a spẽb⁹ vinis potẽtib⁹: allei: porris: cepe: ⁊ huiusmodi. In reliquis autẽ cibarijs nõ põt dari regula gñalis: q̃ñ alia cõuenirent stante vlcere sordido: ⁊ alia stante vlcere mundificato. Idcirco aduertendum est ad debite dietandum nunquid ab vlcere educatur materia multũ saniosa vel virulẽta mali odoris: vel educatur sanguis purus vel satis purus. Si primo modo educatur materia saniosa vel male qualitatis: cuz tunc sit indigẽtia abstersionis: ⁊ tũc cõueniunt cibaria: que cum hoc q̃ sint boni nutrimenti ad frigidũ aliqualiter inclinantur etiã sint abstersiua ⁊ ablutiua. Et si nõ appareat sanies neq; virulentia: sed videatur constare de mundificatione vlceris: tunc regimẽ sit diuersum a primo. Nam cibi illo casu debent inclinari ad stipticum ⁊ glutinosum. Generaliter tamen omnes cibi debẽt esse boni chimi: ⁊ bone qualitatis insipidi vel aliquo modo ad dulce declinantes. Posset exẽplificari specialius ad oẽs cibos discurrẽdo: sed q̃ñ cert⁹ sum q̃ ista notabilia dña dz eẽ sub regimine alicuius notabilis medici secundum istas regulas quilibet doctus medicus sciet ad specialia descendendo determinare ⁊ appropriare cibos. Et hec generalia sufficiant quãtum ad regimen. Intellecto tamen de vino sicut dictum est de cibis q̃ in casu necessarie mundificationis vt apparente sanie vel virulentia vinum conueniens debet esse album subtile debile tamẽ mixtum cum aqua decoctionis zucchari ⁊ liquiritie: sed vbi intentio sit ad cõsolidandũ vinũ cõueniens erit nigrũ grossum ad stipticũ inclinatũ: aliqualiter dulce: si põt fieri cũ mixtione aque decoctionis zucchari: ⁊ liquiritie: sed vbi ꝑ ronẽ supra: ⁊ hec sufficiant quantum ad regimẽ sex rerum nõ naturalium. ℭ Circa medicinalia duplex vertitur intentio generalis vna. s. ad cãm antecedentẽ alia ad coniunctam. Et ad cãm antecedentẽ perficif cum diuertentibus digerentibus ⁊ preparantibus materiã ⁊ tãdem euacuãtib⁹ facta tamen prius ventris lenitiõe qđ est cõis doctrina medicorum. ℭ Ad hec tamen

non me extendā: q̄ꝛ credo sufficiēter ista generalia facta esse:
pur cōmemorabo quedā ne fiat error in opere prius facta leni
tione ventris cū cassia vel māna ꝯuenit singulariter flobotho
mia facta de basilica dextri lateris. ¶ Cōsequenter conueniet
vomitus factus cū lenibus tñ ꝓuocantib⁹ vt videt̃ snia Gal.
xiij. de ingeniosa circa illā partem. Quod si in epate incipiēte
flegmonare ꝛc. ¶ Cōsequēter vero facta flobotomia a vena ba
silica cōueniet euacuatio p saphenas vt fuit intentio Gal. in
lib. de flobothomia distinctione. iij. c. v. in ꝑncipio cū dixit. Nā
incipientib⁹ quidē supple ꝑiculis ledi ex eā sanguinea q pro:
hiberi opꝫ qḋ superfluit. In antiqͤs vero vt in casu nr̃o ipm̃ so:
lū euacuare qḋ incumeatū est in pacienti particula. Euacua:
bitur aūt optime hoc p copulatas venas eis que in ipsa: vt in
casu nr̃o est de saphena respectu matricis: que completa intē
tione: licet nūc dictū magis appropriet̃ ad cām coniunctaꝫ q̄
antecedētē: q̄ꝛ tñ sermo erat de flobothomia apparuit ꝯuenie
ter factū si hoc in loco positū fuit. ¶ Circa digestionē materie
laudarē syrupū vt infra. ℞. syrupi de fumoterre: syrupi viol. et
mellis ro. añ. ℥. v. aquarū boraginis: lupullorū: ꝛ endiuie añ.
℥. i. misc. continuent̃ duq3 victibus. Postea sumat̃ medicina vt
infra. ℞. mirabola. citri. ʒ. v. yndorū ꝛ chebulorū añ. ʒ. i. infun:
dant̃ in aquis lupulorum: ꝛ fumiterre: decoctionis epithimi:
passularum ꝛ violarū añ. dimittantur in infusione per. x. ho:
ras: ꝛ facta expssione addat̃ cassie extracte electe dyacatholi:
conis añ. ℥. v. cōfectionis humech. ʒ. i. v. dyafeniconis. ʒ. j. syru:
pi vio. ℥. i. misc. ꝛ fiat potio. Et si magis placeret in forma pillu:
larum potest fieri vt infra. ℞. pillularum de fumoterre pillu:
larum yndarum añ. ʒ. ii. cū syrupo vio. fiant pillule. Et sumā:
tur hora medicinarū sumendo lauatiuū ex aqua ordei. ꝛ zuc:
chari post. vj. horas. ¶ Cōsequenter sumendo prandium leue
semper cauēdo a prouocationibus ꝛ diuertētibus ad vias vri:
ne ꝛ matricis. Et sequenti die sumat̃ confectio vt infra. ℞. dya
buglossati. ℥. v. zucchari rosa. ʒ. ij. misc. ꝛ si talis euacuatio fieret
singulis tribus mensibus esset cōueniens. ¶ Iam restat inten
tio cōfortationis mēbrorū maxie epatis generātis sanguineꝫ
calidū. cuius mēbri rectificatio fit cū vsu cōfectiōis vel electua:
rii vt infra. ℞. specierū rosate nouelle: specierū dyarodō ab:
batis ꝛ triasandalorū añ. ʒ. i. cū zucchero al. dissoluto in aquis
fumiterre: lupulorū qḋ sufficit fiat cōfectio in morsellis: vel po:
test fieri electuariū vt infra. ℞. dyaboraginati. ℥. i. v. zucchari
ro. vel vio. ſm varias intētiones supradictas. ℥. v. manuschri.
cum plis. ℥. i. Et si fuerit magnus ardor ꝛ caliditas estiua ad:
datur. ʒ. v. specierū trociscorum de cāphora: ꝛ cum syrupo vio.
fiat electuarium. Et hec sufficiant q̄tū ad causam anteceden:
tē ꝛ mēbra mandantia. ¶ Ultimate restat intentio que est ad
actualē dispositionē. In qua si primo cōiungatur dolor vehe:
mens cū vlcere prius remittendus est dolor: colligit̃ ex senten:
tia Aui. iiij. primi. c. primo. Et hec intentio ꝑfici potest exteri⁹
ꝛ interius applicata. Faciēdo primo sessionem in balneo vsq3
ad vmbilicū cum aqua decoctionis vt infra. ℞. maluarum: ca
momille: melliloti: aneti añ. M. v. radicū altee: ꝛ florū añ. M.
i. florum nenupharis: fenugre. ꝛ seminis lini añ. M. v. misc. et
fiat decoctio in sufficienti q̄titate aque pro balneo. Per inte
rius vero stante vehementi caliditate ꝛ ardore infundantur
per clisterizationem mixtura vt infra. ℞. aque virge pastoris
aque añ. ℥. vj. ꝛ in ea tepida infundantur psilij. ℥. v. fiat muci:
lago. ꝛ addatur emulsionū seminis papaueris albi: ꝛ iusquia
mi. añ. ℥. v. lactis mulieris puellam lactantis. ℥. iij. ꝛ si non suf
ficit addantur albumina tria ouorum conquassata: ꝛ si nō suf
ficiat addatur camphore grañ. iiij. ꝛ si non sufficeret vltimate
addatur opij ꝛ croci añ. gra. ij. Remisso igitur dolore iam in:
tentio est ad principalem morbum que vel perficitur cum ab:
stergentibus ꝛ mundificantibus: vt appareate sanie ꝛ virulen
ta: ꝛ hoc fiat cum clisteri iniecto ex aqua or. cum zucchero: vel
addendo de aqua mellis vel tandem addendo parum vini al:
bi. Et si non sufficiat in abstergendo valet vrina viri. Deinde
perueniatur ad hoc vt ponatur in decoctiōe eius parū yreos
aut de aristoro. ꝛ de huiusmodi abstergentibus. Facta vero
mundificatione fiat clistere ex lacte ouino addendo pro conso
lidatione vt bolo ar. draganto thure puluerizatis subtiliter
vel fiat vnguentuꝫ quod ponatur in forma pessarij ꝛ est Aui.
xxj. tertij. ℞. litargiri: ceruse ꝛ sarcocolle añ. partes equales:
ꝛ ex eis cum cera: ꝛ oleo ro. fiat vnguentum: ꝛ inuoluatur de
vnguento in pessario ꝛ supponatur loco egro. Valet etiam ad
propositum si fiat mixtura vt infra. ℞. tutie ablute par. i. cli:
mie argēti: ceruse: sarcocolle in lacte pluribus vicibus lote añ.
p. i. ꝛ cum oleo ro. longo tempore contrito in mortario plum:
beo cum pistello plumbeo fiat mixtura. ¶ Et ita cum his intē
datur cōsolidationi. Quod si apparuerit iterato sanies redeat̃
cum abstergentibus ad abstergendū. Tamē aduertendū ne ab
stergentia sint nimis fortia: ne nimis profundetur vlcus: ma
xime vbi fuerit nimis corrosiuū: quo casu necessaria sunt ma
gis abstersiua vt dictum est. Possent etiam fieri decoctiones
rerꝫ stipticarum ꝛ supponi pro consolidatione. Possunt etiā
compleri intentiones abstersionis ꝛ consolidationis cum suf
fumigijs factis ex medicinis appropriatis: que medic⁹ exper:
tus facile ex dictis cōponet faciēdo formulas superponendas
ignis sub cathedras miscendo pulueres: de quibus dictum est
abstersiuos vel consolidatiuos cum terbentina. Et his sufficiō
tētus cōmemorando vnū singulare qḋ est dñi Gal. in libro de
facile acq̄sibilib⁹: dixit q epar testudinis terrestris si exiccetur
ꝛ ponatur in pessario est valde efficax ad dolores matricis. Di
xit etiam q cor leporis exiccatum si detur in potu multum iu
uat. Et hec sufficiant ad laudem dei amen.

bia vniant: deinde ponant emplastra cõsolidatiua. Primo er-
go per interius laudat Aui. cõfectionẽ sagzenea q̃ ponitur ab
eodẽ. v. can. inter confectiones tyriacales: z valet in proposito
nr̃o resoluendo z exiccãdo cum decoctiõe nucis cypressi. Põt
ergo exhiberi vt infra. ℞. sagzenee. ʒ. j. aque camomil. ℈. j. de-
coctionis nucis cypressi. ℥. iij. misce z placet. Hic valent confe-
ctiones oẽs de quibus supra cũ dicta decoctiõe. Ponam etiaz
vnum puluerẽ ab aliqb9 laudatissimum precipue a Lãfranco
mediolanensi cuius vtilitas in hoc casu ad cõsolidãduz magis
est proprietate occulta q̃ qualitate manifesta: q2 vt ipse refert
suis tpibus cum isto plures sanauit: z ipsum secreto habuit a
quadã nobili muliere q̃ curauit infirmos cuz isto puluere. ℞.
pulueris de radicibus valeriane oĩ materie. ʒ. v. cum. ʒ. ij. vini.
mediocris z continuet. viij. vel. x. diebus. Posset hic plures cõ-
fectiões cõsolidatiuas per superius exhibẽdas adducere: verũ
q2 plurime earũ ad glutinosum declinãt ꝙ nõ bñ ꝯuenit i casu
hui9 dñe saltẽ pro articulo cõceptiõis: q2 ẽt vt supradictum est
virtutes harũ medicinarũ in trãsitu multum debilitant ero cõ-
tẽtus si vnã posuero q̃ fuit gẽtilis q̃ inter alĩs precipua ẽ. ℞. ra-
dicum consolide maioris z minoris. añ. lib. v. bollarme. sang.
draco. myrrhe. añ. ℥. j. radicum brusci. herbe filupendule. añ. ℥.
iij. gallarum cypressi. ℥. v. sanguinis leporis. ℥. ij. radicum sigil-
li salomo. z sigilli stem marie añ. ℥. ij. radicum asparagi. ʒ. iij. co-
loso, ʒ. ij. cum melle fiat electuariũ de quo sumat in mane q̃ti-
tate nucis cũ vino subtili. ¶ Circa xo localia prio laudo vt sꝫ
regulã superius prius ponat medicina aggregationẽ faciens:
deinde cõsolidãs. Primũ ergo fiat qd iubet Aui. vt infra. ℞.
sauine. M. j. nucis cypressi z foliorũ cypssi. añ. M. v. cõtũdãtur
z pistẽtur z superponantur in forma empli. Et si placeret adde-
re aliquid de oleo camomille ad incorporandum erit conue-
niens ipsa. Et sic aggregate sunt radices emplorum ad hanc
supra intentionẽ sup plurimũ iuuamẽti quorũ est cõuenietia:
dixit princeps. Et si placeret põt fieri decoctio eorũdem in vino
rub. z tunc lot9 cum vino decoctiõis cũ pecia epithimari z i hoc
casu valerẽt spica squinantũ absynthium cipi nux musca. bac-
ca lauri: z hmõi. Et hoc fiat quater in die duob9 cõtinuandum
diebus anteq̃ aliud emplm cõsolidatiuũ supponat. Est tñ hic
pcipue habẽda aduertẽtia vt facta aptura ligature p vsu hoꝝ
medicaminũ ne patiẽs aliquo mõ moueat z gñalr ab oib9 ca-
ueat q̃ ad descẽsum faciãt de qbus infra dicet. Tãdẽz sunt enu-
merãda qdã empla vel cerota q̃ extensa super corio loco super-
ponantur: z firmẽtur cum brachali scdm ordinẽ supradictuz.
Primo in hoc casu valet cerotũ vt infra: ℞. glutinũ piscilũ vel
carte. ℥. iiij. colofonie. ℥. iij. picis naualis armoniaci añ. ℥. ij. oĩa
frustratim incidant z ponãtur in. ℥. ij. aceti z. ℥. iij. olei de masti-
ce per diẽ z noctẽ: postea liquefiãt in patella z collentur per stra-
mẽ: z collatura inspissef cum hoc puluere. ℞. masticis thuris
bollarme. mumie sanguis drac. dragagan. farine fenugre. añ.
℥. v. misce z diutius agitentur vsq3 ad formam: et in hoc ego cu-
raui vnum senẽ. lx. annorum. ¶ Ponã aliud z est singulare z
sufficeret: z vocat cerotũ de pelle arietis: qd sic fit. ℞. picis na-
ualis. ℥. ij. litargiri. ℥. j. cere citri. z rubee colofonie. añ. ℥. ij. armo-
nia. oppo. bdelij galbani. añ. ℥. j. visci quercini. ℥. iij. aloes. ℥. j.
v. masticis corticum thuris myrrhe terbentine nucis cypressi
glutinis piscis sarcocolle. añ. ℥. j. bollar. gipsi. añ. ℥. iij. aristol.
lon. z ro. mumie sang. dra. añ. ℥. ij. radicis consolide maioris et
minoris. añ. ℥. j. sanguinis hominis. lib. v. ciperi sansuci acacie
gallarum. añ. ℥. v. sauine capitum granatorum. añ. ℥. v. Item
℞. pellem arietinam vnam z coque diu in aqua dulci. pluuia-
li quousq3 pellis discoagulata sit cum mollifica viscum z gum-
mas in dicta aqua pluuiali z pone ad ignẽ vsq3 dũ bñ dissoluta
sint oĩa: deinde colla z postea adde desuper puluerem aliarum
rerum oĩm: z denuo reduc ad ignẽ z coque quousq3 fit in modũ
emplri: postea ipso vtere. ¶ Nota tñ pro regula: ꝙ ipso apposi-
to non moueatur circa. ix. dies: patiente semper q̃tum est posi-
bile quieto manente. Nã vt refert Auẽzoar. li. xxiiij. theisir. Quidã
iuuenis qui hoc morbo laborabat: q2 stetit duobus mensib9 su-
pra dorsum cum bono regimine sine appositione medicaminũ
liberatus est. Et cum his credo deo dante liberabitur. Quod si
pur ista aliqua cã nõ sufficerẽt: sed vellet patiens certa et perfe-
cta cura curari: tunc deueniendum est ad cauteriã aliqñ potẽ-
tialia aliqñ actualia q̃ vt oẽs conueniunt doctores eligibilio-
ra sunt. Uerum q2 doctrine talis curationis magis factis quã
verbis pñt declinari in psentiarũ nõ ponã modũ: sed notabo lo-
ca ad q̃ recurrẽdum est. Recurre igit ad dñm Haliabba. ix. sue
practice, c. xv. Et ad Albucasiz. c. v. de ramice itestinali. Et spe-
cialius. c. ij. vbi expresse hr doctrina casus nr̃i. Alios doctores
non adduco: cũ per istos plenissime satisfiat z hoc q̃tũ ad medi-
cinalia primi principalis casus. ¶ De scdo nihil loquar remit-
tẽs me ad illa q̃ alias scripsi pro dispõne eiusdẽ dñe: tunc existi-
mãs ꝙ casus esset difficultas conceptionis a plurima hũidita-
te flegmatica phibẽte. Recurrẽdũ ergo ad ea q̃ ibi scripta sunt
q̃ iuuabãt ad cõceptionẽ. ¶ De dieta ẽt sumatim ptrãseo: tuz
q2 res de se facilis est: tum q2 ab alĩs credo circa hoc copiosi9
scriptum fore: nec in hoc a vulgari medico plurimũ errare cõ-
tingeret: sꝫ cauẽdũ ab oib9 generalr q̃ vel relaxare vel descẽde-
re vel apire orificiũ pñt: z sic ab oib9 calidis naturalr: z artifi-
ciose cibis. s. z potib9 saltu clamore cantu rixa ira motu violen-
to maxime sup repletionẽ: z ẽt coitu potissime super repletio-
nẽ z huiusmodi zc. Ad laudem omnipotentis. Amen.

¶ Pro filio comitis Frãchini si gibbosus possit generare.

¶ Consilium. lxxxiiij.

REquisitus vt quadã qõne proposita qd sentiam iu-
dicium meum afferam: z in scriptis redigã. Pri-
mum formabo casum in terminis: deinde quantũ
intellexero vt pro veritate satisfaciaz conabor ad-
implere. ¶ Casus talis est. Clarissimus adolescẽs
z miles generosus dñs Petrus ruscha fili9 Magnifici comi-
tis Frãchini cõiunx vel ꝺr pudicissime z generose iuuenis filie
Magnifici comitis Philippi bõromei est aliqualr distortus:
z fm ptẽ vnã posteriorẽ dorsi gibbositatẽ hñs z fm aliã partẽ
oppositam thoracis strumã quadã in etate iuuẽtutis constitu-
tus in operationib9 naturalib9 z aĩalibus potens z opatiões
motiuas precipue fortes z laboriosas sine nocumẽto tolerãs.
¶ Queritur si ideo matrimoniali thoro cum sibi desponsata
cõiungatur z carnali copula vt cõuenit coniugatis vtat si est
aptus propter illã malã cõpõnẽ siue meli9 stãte illa mala ꝯpo-
sitione gñare. Et si pter vsum mrimonialis thori probabili-
ter non possit ad multos annos superuiuere. ¶ Ad quam dubi-
tationẽ q2 est bimẽbris: prio rñdebo ad primã partẽ. s. si cũ hac
dispõne reddi possit viripotens. dehinc ad scdaz vt. s. si pter
vsum debitum fiet breuis. ¶ Pro rñsione igitur ad primuz ex
collectis virtualiter ab his que scribuntur ab Arist. xvj. de aia-
libus. c. vltimo z. v. de hystoriĩs ẽt vltimo z. ix. de hystoriĩs. Et
Haliabbas. ix. theorice. capitulo. xxxvij. z. xxxix. z Rasis. ix. cõ-
tinẽtis. c. iiij. z Serapio. v. breuiarij. c. xxxviij. z ab aliĩs aucto-
ribus medicine precipue a Gal. v. affori smorũ z ab Aui. xx. ter-
tij. c. de diminutione coitus z. xxj. tertij. ca. de sterilitate z diffi-
cultate impregnationis: etiaz tertio colliget ab Auer. Noto ꝙ
cause difficultatis generationis pter cões accñales et extrinse-
cas reducuntur ad hanc diuisionẽ. Cause impedimẽti vel pro-
hibitionis. Aut se tenẽt ex parte spermatis: aut ex parte instru-
mentorũ generationis vt virge testiculoruz vasorũ seminariũ.
Aut ex pte defectus in principĩs. s. principalib9: vt corde ce-
rebro z epate. Aut ex defectu in mẽbris mediĩs inter hec princi-
palia z instrumẽta generationis. Nã posset esse semẽ ex mali-
cia cõplexionis sine materia vel cũ nõ prolificũ: z hoc vel vitio
corpulẽte materie vel spumose: z hoc cũ omni malitia cõplexio-
nis z calida z frigida humida z sicca simplicibus vel cõpositis
z hoc propter multas causas cõtingere potẽtes. z quodãmodo
infinitas vt verbi gratia: si sperma fuerit ante eius emissionem
in corpore nimio tpe retentũ z sic infrigidatur: ita ꝙ nõ ꝯuenit
gñationi. Et similes pñt esse alie cause indisponẽtes semẽ ad ge-
nerationẽ que sunt cause corporee. ¶ Et preter eas dixit etiam
Azarauius ꝙ accidit aliqñ sterilitas a viro z muliere propter
proprietatẽ seminis: z nõ propter alias causas sicut accidit ar-
borib9 nõ ferẽtibus fructũ. Propter mẽbra etiã generationis
põt esse defectus multipliciter maxime vt dicit Rasis in diui-
sionib9. Aut propter paruitatẽ virge: aut q2 ligamẽtũ capitis
virge abbreuiatũ est z aliqualr spasmatũ vt nõ possit semẽ eij-
cere ad modũ sagitte zc. Nimia etiã lõgitudo põt esse causa im-
pedimẽti vt tradũt autores: z multe alie possunt esse cause no-
cumentorũ in mẽbris generationis ad quas in presens discur-
rere curiosum esset magis q̃ vtile. Propter etiam defectum in
principĩs potest esse nocumentũ: qñ vt. xx. tertij de causis sper-
matis dixit Aui. verificando dictum Hip. s. ꝙ scissio venarum
post aures facit ad sterilitatẽ: dixit oportet vt sit ei. s. spermati
ex omni mẽbro principali fons: z vt sit ex aliĩs mẽbris resuda-
tio ad istas radices. Et hoc maxime verificatur de parte spiri-
tuosa seminis. Et pinde passiones animales vt tristitia timor
z hmõi difficultãt generationẽ. Ex parte etiã mẽbroꝝ medioꝝ:
põt esse difficultas vel impossibilitas vt qñ essent oppilate vie

medie:ita vt semẽ non posset etiã cõueniẽter vel scd̃m partem
eius corpulẽtã vel spiritu osam ad mẽbra gñationis transmit=
ti. Vel mala qualitas mẽbrorũ medicorum vt renum vel vena
rum emulgentiũ in male ipsum semen qualificantium. Et alie
similes cause ⁊ plures possent adduci ex parte mulieris. Sed
qm̃ proposito nostro nõ seruiunt illas obmitto. ¶ Ad propo=
sitũ igitur nostrũ conuertẽdo hec mala cõpositio ⁊ sit membro
rum in dicto. d. Petro. Primo non est causa nocumẽti ad ge
nerandũ ex parte mẽbrorũ gñationis: qm̃ mẽbra gñonis q̃tuz
ad compositionẽ vt longitudinẽ breuitatem rectitudinem ⁊c.
vel etiã ad eorũ cõplxones a mẽbris pectoris nullam videntur
hr̃e depẽdẽtiã: ⁊ sic ex parte impedimẽti in instris pro hac con=
tortiõe nõ reddit̃ impotẽs ad generãdũ. Nõ ẽt gr̃a principa=
tus mẽbrũ reddit̃ impotẽs ꝓpter cõtortionẽ: qm̃ cũ tali cõtor=
sione stare põt bona valitudo principaliũ mẽbrorum. s. cordis
cerebri ⁊ epatis: immo de facto cõtingit̃ vt ex accidẽtib⁹ et opa=
tionibus vniuscuiusq; mẽbrorũ principalium. s. cordis cerebri
⁊ epatis põt demonstrari: nã põt quidem in oẽs operationes
vitales naturales ⁊ aĩales sufficiẽter vt plane cõstat. Neq; etiã
ex parte nocumenti spermatis est merito huius dispõnis defe
ctus qm̃ cũ sperma sit superfluitas vtilis vltimi alimenti. Et
id q̃dẽ abundat a materia nutricationis mẽbrorũ vt volũt me
dici oẽs: ⁊ talis materia pficit̃ principalr̃ a virtute digestiuã: cu
ius basis ⁊ radix est epar: q̃tũ ad partẽ spirituosam perficitur
a tẽperamẽto principaliũ mẽbrorũ precipue cerebri: postremo
acquirit virtutem informatiuaz in testiculis ⁊ preparatiuã in
vasis seminarijs fm̃ veriorẽ opinionem. Ideo si cum tali ma=
la cõpositiõe thoracis põt stare bonitas digestiue epatis ⁊ mẽ=
brorũ aliorũ cũ tẽperamẽto ẽt principaliũ mẽbrorũ et testicu=
lorũ ⁊ vasorũ seminariũ: vt supra declaratũ est: vr̃ ẽt q; ꝓpter
hanc partem nõ reddat̃ impotẽs ad generandũ. Neq; postre=
mo apparet q; ꝓpter intermedia mẽbra sit aliquale nocumen
tuz: q; neq; fm̃ renes vel alia mẽbra vicina mẽbris spermatis
est aliqua manifesta lesio. ergo videt̃ cõcludẽdum pro respõsio
ne ad primã partẽ dubitationis q; ꝓpter nocumẽtũ strume vel
gibbositatis nõ redditur impotens ad gñandũ. Ex hoc tñ non
inferat̃ q; si cum vxore cõcubuerit q; necessario generabit: nam
posset esse nocumentũ in proprietate occulta vtriusq; seminis:
vt supra dictum est. Etiã si forte vterq; ipsoꝝ esset generatiuus
tñ contingit q; alter cum altera non gñabit. Unde dixit Aui.
Et qñq; est causa in spermate: vt sit sperma diuerse impressio=
nis ei que est in spermate mulieris contrarium receptrici aut
cõicantis super vnum duorũ ordinum: ⁊ non accidat inter ea
ambo filius: ⁊ si permutet vnusquisq; sociũ suũ non est dubiuz
quin sit ambobus filius. Idẽ sensit Arist. ix. de animalibus vlti
mo capitulo cum dixit. Et forte accidit pluribus viris ⁊ mulie=
ribus q; non possunt generare insimul qñ separãtur gñant ⁊c.
¶ Pro rñsione ad scd̃am partẽ questii noto vt colligitur tertio
techni de mẽte Gal. in illa parte. Venereorum vero secũdũ
epicurũ ⁊c. Et q; vsus coitus nõ semp est nociuus: immo vt scri
bitur. xx. tertij de iuuamentis eius hoiem in cuius corpore est
vapor fumosus coit⁹ alleuiat ab ipso: ⁊ cõfert ei: ⁊ remouet ab
ipso q; timet de nocumento coartatiõis vaporis fumosi. Et ad
dit. Et qñq; accidit viro ex dimissiõe coitus: ⁊ abundãtia sper
matis ⁊ frigore eius: ⁊ cõuersione ipsius ad venenositatem vt
mittat sperma ad cor ⁊ cerebrum vaporem malũ venenosuz si=
cut accidit mulieribus ex coartatione matricis. ¶ Et ex his cõ
cludo rñdendo ad hãc partẽ: q; sicut dictum est in habitis ante
cũ tali dispositiõe stat possibilitas ad debite generãdũ q; si vta
tur thoro matrimoniali vt cõuenit nõ propterea ex hoc infir=
mabitur vel ledet̃: immo ad meli⁹ disponet̃. Sz si queratur de
mõ tp̃e ⁊ numero vsus ei⁹ dicatur: q; nõ põt dari regula vnifor
mis: nã diuersis diuerso mõ cõuenit: sed habeatur regula gene
ralis quã ponit Gal. loco allegato supra: vt celebretur ex inter=
uallis tantis: vt in visibus neq; dissolutionem sentiat: ⁊ leuior
ipse se ipso videat̃ factus: ⁊ melius dormiens. Et sic sit satisfactũ
ad vtrãq; partẽ. Hoc igitur est qd̃ de dubitatione ꝓposita sen
tio: ⁊ ita firme iudico.

¶ Pro patiẽte varices ⁊ elephantiam.

¶ Consilium. lxxxv.

In casu varicũ ⁊ elephãtie ꝓ aliquali obseruãdo or=
dine in discursu harũ dispositionũ quãtũ ad essentiã
earũ ⁊ cãs ⁊ signa ꝯsiter causarũ: et postremo ad cu=
rã. Sciendũ est q; varices ⁊ elephãtia in genere mor
borũ sunt oĩa gñia morboruz includentia principalr̃ tñ sunt in
genere male cõpositionis q; augmẽti. Uñ varices sunt augmẽ
tum venarum per tybias protensarum: que quia tortuose ince=
dunt per crura ad modum vitis. vites ab aliquibus appellan
tur. Cum eleuatione tñ dictarũ venarũ cruriũ multotiẽs cõiun
gitur aliarum partiũ matrefactio: propter opilationẽ ipsarũ
venarũ vt videbit̃. Elephantia aũt est innaturale augmentum
⁊ crurium fere equale: ⁊ per hoc distinguitur a varicibus: ecce
qũo hic vtraq; est morbus precipue in compositione: q; in au=
gmẽto cruriũ vel venarũ ipsi⁹. Est autẽ egritudo materialis q;
tale augmẽtũ fit propter multitudinẽ humoris vt plurimũ gros
si in illis partib⁹ cõtẽti: qui humor ⁊ si ibidẽ vt multum multi
plicet̃ per viã defluxus maxime in varicibus: tñ non inconue=
nit vt etiã paulatine ibidẽ per indigestionem ⁊ impotẽtiã reso
lutiue vel expulsiue aggregetur: ⁊ precipue in elephantia. Et
ex his pz: q; tales morbi sibi talia membra determinant. Unde
si in alijs quã in tybijs vene tumescerent et ingrossarentur vel
alia membra vel brachia sicut pedes in elephãtia nõ propter=
ea varices vel elephantia denominaretur. Sunt igit̃ a ꝓprie
tate egritudines. ¶ Cause aũt earũ maxime per viaz defluxus
ad has duas reducuntur. s. ad debilitatẽ membri recipientis.
Uel est talis in creatura: aut est talis ex tempore. In creatura
ex debilitate principiorũ naturaliũ: vel ex nõ debita ipsorũ ꝯue
niẽtia. Ex tp̃e cõtingit maxime propter malitiã noue cõplxonis
p̃cipue calide: q̃ etiã in attrahẽdo iuuat. Et propterea in itine=
rãtibus: ⁊ onera portantibus vel ꝓpter longã stationem acci
dunt tales dispositiões: q; talia mẽbra fatigata supercalefiũt.
Exacuitur autẽ expulsiua superiorũ mẽbrorũ ipsa irritata: aut
multitudine humorum: aut ipsius malitia: q; necessitate irri=
tate virtutes naturales sumũt incremẽtũ. Malitia aũt humo
ris aut est talis ꝓpter acuitatẽ: aut ꝓpter grossitiẽ ⁊ viscosita=
tẽ. Acuitas aũt lz vt multũ cũ materia subtili cõiũgat̃: tñ etiã
aliqñ cũ grossa vt in materia melãcholica p viã adustionis.
qm̃ materia subtilis merito substãtie nõ est disposita: vt in con
cauitate venarũ vel in mẽbris multo tp̃e reclusa cõtineat̃ ma=
xime si calida sit: ideo in causis corporeis cã añs ⁊ cõiuncta vt
plurimũ est materia melãcolica adusta maxime influxa mate
ria: qm̃ in tali materia est terrestreitas faciẽs ad ꝑmanẽtiã in
mẽbro ex vna pte: ⁊ acuitas faciẽs ad fluxũ ꝓpter stimuluz ex=
pulsiue ex alio. Ex dictis pz p̃mo q; cã corporea harũ dispõnuz
nõ est cholera vel sanguis subtilis. Pz scd̃o: q; aliqñ cã est mul
titudo sanguis substãtia non peccãs. Pz tertio: q; aliqñ cã est
flegmatica grossuz cui aliqd̃ differẽs cõmiscet̃. Pz quarto per
idẽ: q; aliqñ materia melãcholica fecalis est in cã. Pz vltimo
q; materia melãcholica adusta est in cã vt plurimũ ex quocunq;
humore fiat adusta nõ tñ putrefacta. Differunt tñ q; materia
melãcholica in varicibus vt plurimũ est ex sanguine adusto: et
in elephãtia ex flegmate adusto. ¶ Ex alijs autẽ causis equalr̃
fit elephãtia vel varix scd̃m variã mẽbroꝝ ꝓpationẽ: ceteris ꝑi
parib⁹ in substãtia materie appet magis materia varicũ q̃ ele
phãtie. Loquor in facta per viã defluxus: q; subtilior materia
penetret in venas paruas: ⁊ nõ claudit̃ in cõcauitatibus tantũ
magnis. Pz vlterius: q; quelz talis dispositio est morbus cro
nicus ⁊ tarde terminationis: ⁊ vt multũ desperat⁹ ad curam si
fuerit cõfirmat⁹ ꝓpter debilitatẽ mẽbrorũ ⁊ multitudinem vel
grossitiẽ materie: ẽt q; cũ tali materia cõiungit̃ acuitas quia
medicinis subtiliãtib⁹ ⁊ resoluẽtibus sepe malitiatur: vñ dete=
rior fiet dispõ. ¶ Ex quo vlterius pz correlarium Auicc. qd̃ si
nõ addit̃ in malitia melius est vt non curetur. s. nisi blandien=
do ꝓhibẽdo augmẽtum ⁊ malitiã eaꝝ. Pz vlterius q; in vari=
cibus vt multum alie partes crurium minorant̃ pp prohibitio
nem ⁊ opilationẽ trãsitus nutrimenti. Pz ẽt q; in oĩbus venis
per trãsuersum mẽbra inferiora extenuantur. Patet vlteri⁹
q; tales morbi vt plurimum sequuntur morbos cronicos licet
etiaz sequi possint acutos per crisim maxime tamẽ sequuntur
egritudines splenis vt patet. Et hec in causis ꝓnosticis sumat
sufficiant. ¶ Signa harũ dispõnuz sunt duplicia: quedã sunt
signa ipsarũ dispõnũ: q̃dã signa cãrũ. ¶ Signa dispositionuz
per se non sunt: q; vt dixit Rasis ad almãsorẽ. c. proprio. Cum
vene plene grosse: ⁊ diuerso modo curuate: et virides. s. aliqua=
liter vt plurimum in crure apparuerint: egritudo que vitis dr̃
adesse significat̃. Ecce signa clara varicum. Cum aũt crus vi=
deris totũ ingrossatũ equalr̃: ita vt a genu infra fere sit equalis
cũ pede etiã tumefacto: ⁊ sit durities cum colore offusco in toto
crure: ⁊ non alibi sit tumor: tunc elephantiã iudicabis. Dico
notãter cum colore offusco ⁊ duritie ꝓpter vndimiã in qua nõ
appet color offuscus: qd̃ est aña album molle: q; a materia fle=
gmatica molli depẽdẽs. Dixi ẽt ⁊ nõ alibi si tumor ad dñaz ca
cesie: in qua nõ solum cruris fit tumefactio: sed ẽt in palpebris
saltẽ apparet: q; dicta dispõ vitio epatis toti nocumentuz cõi=
catum

catū prouenit: qđ nō necessario in elephantia cōiungit. Et sic
patēt signa dispōnū. ¶ Signa aūt causarū vt nunquid tales
sint per viā defluxus: vel per viā paulatine cōgestionis ghate:
ꝛ si p viā fluxus nūq̄ sint ꝓpter alias egritudines acutas vel
cronicas etiā sunt clara ex mō ghationis earū subito vel tar:
de: etiā ex ꝑcessione cārū primitiuarū vario mō coadiuuātium
ad mēbri debilitatē vel ad fluxibilitatē materie etiā ex preces:
sione morborū acutorū vel cronicorū. ¶ Expedit solū vt ponā
tur signa materie distinctiue. ¶ Signa igit multitudinis san
guinis sunt rubedo loci: caliditas tactus nō multū tñ acuta: ꝛ ꝗ
vaporosa: difficultas ad imprimēdū: vtplurimū cōiungitur cū
signis dñij sanguinis in toto: vt cū amplitudine venarū rubore
coloris: pulsus magnitudīe: vrina rubea obscura ꝛ similib⁹ ex
ꝑcedēti regimine ꝛc. ¶ Signa aūt sanguinis adusti sunt ista
ista: saluo ꝙ color mēbri est ad fuscū magis declinās: ꝛ in ta:
ctu calor est acutior ꝛ ꝑcessit regimē adustiuū. Et addit Rasis
in diuisionib⁹ ꝙ in ista apparet aliqđ ex eminētijs. ¶ Si vero
materia fuerit cholerica adusta est rubedo magis clara ad ci:
trinū aliqualiter declinās: ꝛ i tali caliditas est magis mordax:
ꝛ pōderositas minor ꝛ habitudo totius cholerica: ꝛ regimē pre
cessit cholericū ꝛ adustiuū ex exercitijs laboriosis: ꝛ cibis ꝛ coi
tu: ꝛ similibus .s. adustionē ꝓducētibus in cholera. ¶ Signa
aūt flegmatica sunt q: tact⁹ est frigidus: color cruris alb⁹: pō
derositas magna: impressio mollis cū habitudine flegmatica
ꝛ vrina pulsu ꝛ regimine ꝑcedēte attestātib⁹ flegmati. ¶ Qđ
si fuerit melica ex flegmate stat albedo cū quadā offuscatione
ꝛ aliquali calore remisso: tñ etiā maior in imprimēdo difficul:
tas: ꝛ quod precipuū est si post regimē flegmaticū ꝛ habitudi
nē flegmaticā secuta est cū adurēs ex fortibus exercitijs vel lon
gitudine febris vel alia simili cā. ¶ Si vero materia fuerit me
lencolica naturalis: quod raro cōtingit propter terrestreitatē
materie: adsunt multa grauitas: color fuscus frigiditas in ta
ctu habitudo melica cū signis melēcolie. Et si fuerit melēcolia
adusta ex melēcolia tūc color ad viriditatē declinat cum pōde
rositate: ꝛ aliquali acuitate in tactu ꝛ fiūt etiā tromboseitates
maxime in elephantia vnde assimilantur nodis ꝛ postremo co:
lor denigratur cū reliquis signis proportionabilib⁹ precedēti
bus de habitudine ꝛ regione ꝛ maxime si sequerētur febres me
lencolicas: ꝛ apata splenis: ꝛ tu alia discurre: ꝛ his sum conten
tus. ¶ Cura habet duplex regimē .s. vniuersale et particulare.
Uniuersale aūt principaliter attēditur circa duo: vt debitū re
gimē sex rerū nō naturaliū ad prohibitionē materie antecedē
tis in toto: ꝛ .ij. circa materiā antecedētē in toto cū appropria
tis digerēdā ꝛ euacuādā: ꝛ tādē cū cōfortatione mēbrorū alte
rādo ipsorū cōplexionē malā ꝛ bonā inducendo. ¶ Particu:
lare aūt regimē maxime vertitur circa materiā cōiūctā in ve:
nis magnis tybiarū vel ipsarū crurū cōtētā. In regimine vni
uersali primo aduertendū: ꝙ q: omnis materia apta fluere ad
dicta loca: ꝛ ibi tē multo tpe cōtineri est frigida ꝑter sanguinē
qui vt supra dictū est aliqñ sola multitudine peccās pōt eē cā.
Ideo in oībus preterq̄ in illa regimē debet ad calidū declina:
re: q: etiā q̄libet alia a sanguine preter ea que pēdet a flegma
te grosso est melencolica siue a melēcolia naturali siue a melē:
cholia adusta sit cāta: ꝛ cū omnis talis sit materia sicca opꝫ vt
regimē ad humidū declinet. In omni ergo preterq̄ in sangui:
nea ꝛ flegmatica regimen dꝫ ad humidū declinare ꝛ in quali:
bet preterq̄ in pēdēte a sanguine debet ad calidum inclinare.
Inequaliter tñ ꝛ diuerso mō: qm̄ in facta a materia frigida si:
ne adustione vt in flegmatica melēcolica naturali dꝫ regimen
notabiliter ad calidū declinare. In factis aūt per adustionem
ad remisse calidū. ꝛ ad remissius calidū in factis per adustionē
ex humoribus calidis vt ex sanguine vel ex cholera quā ex fa:
ctis ex flegmate vel ex melēcolia: q: regimē notabiliter calidū
disponit ad adustionē: imo dicūt quidam ꝙ in melencolia ex
adustione cholere regimen debet ad frigidū declinare ad pro:
hibitionē adustionis: ꝛ quidā addunt hoc esse debere propter
humorē digerendū existimantes humorē talē melencolicū esse
calidū: cuius oppositū ego probabiliter credo vt videtur colli
gi posse primo primi .c. de humoribus in facto esse cū sit essen:
tialiter melencolia: cuius est ad frigidū declinare cū per nota:
bile tpꝰ permāsit talis q: forte in via transitus ꝛ generationis
facta per adustionē maxime ex calido humore vt est probabi:
le etiā per certum tpꝰ permaneat calida. In processu tamē vt
credo remanet frigida. Dicerē igitur in tali casu ꝙ intentione
habita ad materiā in toto existente antecedentē improprie q:
aptā trāsire in materiā proprie antecedētē vt habita intētiōe
ad materiā cholericā: que abūdet in toto aptā per regimē cali

dū facile cōuerti in melencoliam adustam: que postea ad loca
declinaret ꝛ fieret coniuncta: tunc regimen ad frigidū deberet
declinare. Sed habita intentione ad materiā proprie antece:
dentē: ꝛ etiam coniunctā que melencolica est ꝛ cōsequenter fri
gida dico ꝙ regimē debet ad calidum declinare magis tñ ꝛ mi
nus ꝑm ꝙ materia est ꝑm se magis vel minus frigida: q: si ima
ginetur materiā melēcolicā factā per cōgelationē ex flegmate
vitreo tūc manifestū est ꝙ regimē debet ad calidū naturaliter
declinare: sed vbi materia erit melēcolica ex adustione prasine
cholere tūc regimē debet ad remisse calidū multum declinare:
forte tñ in principio ad aliquale frigidū. Et est aduertendū ꝙ
vbi pro digestione materie esset necessitas regiminis multū ca
lidi: tūc cōuenit regimē notabiliter humidū: preterq̄ in flegma
te: qm̄ in materia melencolica per regimen multū calidū nisi
notabiliter multū humectetur dubiū est ne resolutione facta
in partibus subtilibus relique partes putrescentur: sed si hu:
mectetur equata materia cessat illa dubitatio. Et hec oīa bene
mēti tene: qm̄ ex his dictis poteris discurrere ad debitum regi
men in omni materia. Et ego nō ꝓcedā particulariter ad regi
mē cuiuscūq̄ materie: q: nimis lōgū esset: sed solū deueniā ad
regimē materie: vtplurimū ꝯtingētis .s. ad regimē materie me
lencolice per adustionē ex sanguine in varicibus: ꝛ regimē ma
terie melencolice ex flegmate in elephantia: qm̄ sicut supradi:
ctū est dicte dispositiones vtplurimū a dictis materijs proce:
dunt. ¶ In varicibus igitur erit intētio ad materiā melencoli
cā ex sanguine: ꝛ in elephātia ad materiā melēcolicā ex flegma
te. Et ꝑm hūc ordinē credo processisse .d. Aui. in textu qđ etiam
intelligenti diligenter cōsiderāti manifestū erit. Si tñ medico
per signa predicta innotesceret causam dictarū dispositionuꝫ
aliā esse recurrat ad doctores vbi tractant de passionibus me
lencolicis: ꝛ ab illis doctior fiet: quomodo circa ghalia operā:
dū sit cū memoria eorum que premissa sunt paulo ante. ¶ In
varicibus igitur primo sit aer ad remissum calidū ꝛ humiduꝫ
declinās: hoc dico intētione habita ad ipsam materiā vere an
tecedētē vel cōiunctā. Sed si haberemus intentionē maiorem
ad materiā antecedentē: vt in corpore repleto sanguine prohi:
bendo adustionē in eo: tūc aer deberet ad frigidū ꝛ siccum ali:
qualiter declinare: qui si non habeatur sic dispositus ꝑm natu
ram rectificetur talis ꝑm artem euaporando cameram vel ir:
rorando cum appropriatis: vnde si intenderemus calefactio:
ni ꝛ humectationi conueniret irroratio ex aqua buglosse pro
duabus partibus ꝛ aquis violarū ꝛ melisse aā. pro parte alia.
Et si infrigidationi ꝛ exiccationi fiat irroratio ex aquis endi:
uie pro duabus partibus: ꝛ vna parte aque rosate: ꝛ aceti aā.
In elephantia autem sit aer ad calidū ꝛ humidum satis decli
nans habito respectu ad ipsam materiā flegmaticam prohi:
bendam. que faciliter transiret in ipsam melencolicam adustā
habito respectu etiā ad ipsam materiā iā factā. Sed si intētio
verteret ad prohibitionē adustionis opꝫ aerem ad frigidū ali
qualiter declinare. Iō omni respectu habito: laudo vt aer ad
tēperiē in qualitatib⁹ omnib⁹ declinet. Eligat igit aer tēpera:
tus nō vētosus: mūdus a vaporibus prauis: clarus boni odo:
ris: qui si natura talis nō existat fiat artificialiter cū suffumi:
gio facto per camerā vt infra. ℞. sandalorū oīm aā. ʒ. v. rosa
rū. ʒ. vj. ambre. ʒ. j. musci. ℈. v. bene albi ꝛ rubei. aā. ℈. ij. florū
nenupharis. ʒ. iij. laudani. ʒ. j. masticis thuris. aā. ʒ. ij. cōteran
tur omnia grosso mō. Et si apparet addere potes aliqđ de li:
gno aloē. Hoc tñ est pro diuitib⁹ posito de isto cocleari me⁹ super
prunas. Pro paupere aūt fiat suffumigatio vt infra. ℞. flo:
rosarū violarū nenupharis. aā. ʒ. ij. thuris masticis gariofilo:
rū aā. ʒ. j. v. misce ꝛ fac vt supra. ¶ Circa motū ꝛ quietem dico
ꝙ q: quies humectat: ꝛ in materia melencolica intentio est hu
mectatio. Ideo laudo quietē supra exercitiū: qm̄ etiā ꝛ in casu
nostro vtroq̄ mēbra lesa sunt crura: ꝛ lesa conseruantur per
malā cōplexionē calidā coadiuuantē ad attrahendū. etiam q:
per motum disponūtur materie ad decursum. Ideo in vtroq̄
exercitiū pedū est maxime vitandū. imo ꝛ statio super pedes.
Uerū q: nisi corpus aliqualiter exercitaretur dubium esset de
multiplicādo materias in toto: ꝛ cōsequēter ab expulsiua mem
brorū superiorū cōfricta debilitati mēbrorū inferiorū facile pel
lerentur superflue materie ad inferiora: vnde nocumētū auge:
ret: ideo cōueniēs est corpus aliqualiter exercitari. Et q: exerci
tiū crurū est incōueniēs vt dictū est: ideo loco ipsius conueniet
exercitiū factū cū fricationib⁹ mēbrorū maxime superiorum vt
brachiorū: ꝛ spatularū. Fiat igit tale exercitiū cū fricationib⁹
leuiter factis per duas horas in mane ꝛ vnā horā ante cenā p
horā: nō fiat tñ nisi prius expulsis superfluitatibus cibus ꝛ cele

bratis duab⁹ digestionib⁹ vt stomaci ⁊ epis: vt pz cōiter.viij.
horas ab assumpto cibo precedēti. Fiāt aūt talcs fricatiōes in
aere clause camere rectificato sicut prius dictū est. Et sint sua-
ues fricationes: ne si fortes fiāt corpore inflāmato disponant
humores ad fluxū: ⁊ ad adustionē. Laudaretur etiā exercitiuz
factū cum naui vel suauiter equitādo: licet propter situ mem-
brorū istud etiā nō sit cōueniēs. Et in hoc ad curam harum di-
spositionū est habēda omnino obseruātia: qz est maxima pars cu-
re: sicut fortiter pedibus exercitari est maxima causa taliū di-
spositionū: vt pz in itinerātibus: ⁊ corā regibus assistētibus in
quib⁹ tales solēt euenire dispōnes. Si etiā talia corpora exer-
ceātur exercitio manuū: vt arte cāpsoria sutoria scriptoria vel
pectinatione lane vel alio hmōi in quo brachia exercitentur:
⁊ nō crura est laudabile multū saluo nisi esset ars adurens vt
ferraria vel vitrearia: qm̄ per tales disponūtur humores ad
adustionē que in casu vitāda sunt. ¶ De somno autē ⁊ vigilia
laudo qꝫ somnus equetur vigilijs in virtute maxime in elephā-
tia: qm̄ superflue vigilie adurūtur ⁊ somnus superfluus dispo-
nit ad flegmatica multiplicandū: qꝫ facile trāsit in materiā ve-
re antecedentem. Et licet dixerim ista equari debere in virtute
nō intelligo qꝫ q̄tum ad tp̄s sit equalitas: nam semper fere vi-
gilia debet esse prolixior somno q̄tuz ad tp̄s: sed somnus. viij.
vel. ix. horarū ad plus in virtute equatur vigilijs horarū: duo-
decim: qz tm̄ humectātur corpora per illud spacium in somno
q̄tū exiccant per vigiliā moderati exercitij horarū duodecī. In
varicibus tn̄ minor somnus conueniret: vt patet. ¶ De reple-
tione ⁊ inanitione. Inanitio aliqualiter laudatur: non laudo
ieiuniū qz preparat ad adustionē: sed notabilē in vtroqꝫ casu
laudo parcitatem qz minorātur materie apte trāsire in adu-
stionem. Non est tn̄ ita attenuanda dieta qꝫ si forte oporteret
in varicibus post lōgū tp̄s qm̄ reliqua nō contulissent deueni-
re ad cyrurgicā operationē vbi oporteret virtutē esse constantē
cōtingeret reperire virtutē debilitatam: ⁊ sic nō possemus ad
operationē deuenire naturalē ⁊c. Superfluitates aūt commu-
nes purgentur per vomitus leues clisteria ⁊ suppositoria vt
inferius dicetur. ¶ De passionibus animi breuiter dicatur: qꝫ
passiones nocent omnes que faciūt accidere caliditatē addi-
tam: ⁊ superfluam sicut furor: ⁊ ira quādo preparāt adustionē
que etiā faciūt accidere frigiditatē superfluam sicut timor et
pauor etiā nocent sua frigiditate maxime in elephantia. Sed
que producunt caliditatē temperatā ⁊ frigiditatē temperatā
tales cōpetere possunt vt producētes frigiditatē in varicibus
sicut tristitia ⁊ inuidia: ⁊ caliditatem in elephantia vt gaudiū
⁊ letitia: ita exemplificauit Hali in cōmēto.xxxiiij. secūdi tech-
ni. De coitu dico qꝫ vt in pluribus nō iuuat: sꝫ in varicibus in
corpore sanguineo ⁊ solito tali euacuationi stāte obiecto etiā
delectabili interpollādo iuuat: fiat tamē celebratio duab⁹ pri-
mis digestionibus: ⁊ cū sanguis est in semita ad membra: non
tamē hora famis: sed tēpore precedenti ⁊c. ¶ Quantū ad regi-
men in cibo ⁊ potu primo obseruentur alique regule. ¶ Pri-
ma cibus eorū nō sit cruduus: sed sit aliqualiter de se resoluens
cruditatē ⁊ ventositatē precipue in elephātia. ¶ Secūda cib⁹
non sit grossus: imo subtiliās grossum vt fiat subtilis nutrimē-
ti. ¶ Tertia omnia opilantia in casu sunt nociua: siue opilāt
per modū substātie vt grossa viscosa ⁊ inherentia: siue opilāt
per qualitates: vt sunt pontica stiptica ⁊ talia. Ex hoc tn̄ non
inferatur qꝫ aperitiua in casu cōueniant qz preparant ad di-
scursum hūorū: ⁊ sic nocet. ¶ Quarta regula omnia fortis fri-
gida cibaria nocent: omnia etiā vehementer calida per hoc qꝫ
ad adustionē disponūt nocent. v. regula. Cibaria cōuenientia
debēt ad aliqualē caliditatē ⁊ humiditatē declinare magis tn̄
⁊ minus fm̄ qꝫ supra dictum est de materia diuersa: nō sint tn̄
substātie multū passibilis vel corruptibilis. Ex his regulis po-
tes corrolarie inferre in particularibus quibus est vtendum: ⁊
a quibus est abstinendū. Sit igitur panis eorū panis frumēti
mediocriter fermentatus et aliqualiter furfureus vnius diei
duorū vel triū nō multū in furno exiccatus: quē si habere con-
tingat crusta amoueātur. In carnib⁹ cōueniūt carnes galli-
narū pinguiū iuueniū perdicū: fasianorū: pullorū iuuenū aui-
cularū mōtanarū pinguiū: qz macre vt aliqui volunt sunt me-
lencolice propter siccitatē. Carnes etiā edorū castratorū ⁊ iu-
uenū vitulorū sint elixate: ⁊ nō assate. Sed si assate placeant:
partes exteriores amoueātur qz aduste. Euitētur carnes vac-
cine: hyrcine: porcine: caprine: siue sint salite siue non: bouine
etiā specialiter salite. Carnes etiā aquatice sunt vitāde ⁊ silue-
stres animaliū multorū vt ceruine leporine precipue qz prone
sunt ad humorē melēcolicū. Credo qꝫ carnes capreoli iuuenis

edaneq iuuenis ⁊ cuniculorū cōueniant. Caseus etiā nocet: et
maxime antiquus fortiter salitus. Euitet lentes fabas: ⁊ olera
omnia sicca: vt eruci: raffanū: caules: teuter ola multū acria: ⁊
salsa multū. Pro integra doctrina huius vide Gal. iij. interio-
rū. c. vij. vbi clare ⁊c. Cōueniūt oua sorbilia: nō tn̄ multum fre-
quēter precipue in varicibus corporis sanguinei: qz sanguinē
nimis multiplicarent. Et hoc intelligatur de cibarijs omnib⁹
multū nutritiuis. Pisces cōuenientes sunt petrosi: ⁊ squāmosi
nō grossi corporis. Vtātur pane cocto in brodijs dictorū car-
nium. Valet far collatū cum zucchari. Brodetū cū zuccharo
vel cum lacte amigdalarū dul. quod in hoc casu multū conue-
nit. In secūdis mensibus valent amigdale vue passe: pinee ali-
que: ⁊ phistici. Vinū sit vinum non vinosum neqꝫ albū subtile
penetratiuū: sed sit medie substantie ad rub. declinans medio-
cris potentie: mixtū etiā notabili parte aque zuccheri. Et his
sum contentus q̄tū ad regimen in rebus nō naturalibus. ¶ Ex-
pedito primo principali vt circa regimen obseruandū in dieta
iam cōsequēter restat circa vniuersale regimen fm̄ principale
vt curatio cū medicinis circa causam antecedentē in toto exi-
stentem que in se includit multas intentiones. ¶ Prima est
circa preparationē ⁊ digestionē in materia. ¶ Secunda circa
euacuationē diuersiuā ⁊ minoratiuā ⁊ tādē eradicatiuā dicte
materie. ¶ Tertia erit circa cōfortationē mēbrorū ad generā-
dū materiā laudabilē in toto maxime circa cōfortationem cor-
dis ⁊ splenis et epatis. Unde dicebat Mesue in cura sode ab hu-
more melencolico. Cura omniū egritudinū melencolicarū nō
est expolienda ab vno triū regiminū. Primū est regimen circa
adequationē cause eius: ⁊ ipsius digestionē. Et fm̄ regimē cir-
ca ipsius euacuationē supple ⁊ diuersionē. ¶ Tertiū est regimē cōfor-
tatiuū cordis supple ⁊ splenis vel epatis. Quia tn̄ digestio ꝓpria
materie maxime in elephātia perficitur cū subtiliatiuis ⁊ cale-
factiuis ⁊ opilationes aperiētib⁹: que medicine exhiberi non
possunt remanētibus materiebus cōibus in stō et in intestinis: ⁊
qm̄ tales materie cōes per tales medicinas perducerētur ad ve-
nas ⁊ essent cā maioris opilationis: iō regulare est primo tales
materias cōes euacuare cū clisterijs vel medicinis secessiuis. In ca-
su igitur vt in elephātia cōueniret clistere vt infra. ℞. maluas-
rum mercurialis bletis. aā. M. j. camomille furfuris frumēti.
aā. M. v. bulliant in debita quātitate aque vsqꝫ ad debitā con-
sumptionē que dꝫ esse parua: ⁊ de collatura sumat lib. j. v. cui
addatur cassie f. ℥. v. mellis ro. pulueris zucchari. aā. ℥. v. cū. ℥.
iij. olei cōis vel seminis lini et. ʒ. iij. salis fiat clistere. Et in vari-
cibus loco bletis ⁊ camomille ponerē matrē violarū cuz ordeo
cum modico olei violati loco olei de semine lini. Per superius
exhiberi potest potio vt infra. ℞. cassie nouiter extracte de cā-
nis. ʒ. x. syrupi vio. ℥. j. v. in varicibus vel mellis violati. ℥. j. in
elephātia loco syrupi violati cū decoctione prunorū tamarin-
dorū sebestē violarū ordei quod sufficit in varicib⁹ ⁊ in elephā-
tia addatur parum anisi ⁊ feniculi in decoctione et fiat potio.
¶ Facta aūt vētris lenitione veniēdū est ad ꝓpriā materiam
antecedētē: ⁊ qz in elephātia duplex est materia antecedens. s.
materia flegmatica ⁊ melēcolica ex flegmate: ad hāc vtrāqꝫ in
digestiuis ⁊ euacuatiuis dꝫ esse intētio in elephātia. In varicibus
aūt etiā est duplex materia antecedēs vt sanguinis super cale-
facti in via ad adustionē: ⁊ melencolica sanguinea igitur ⁊ in
varicibus ad vtrāqꝫ dꝫ esse intētio. Et qm̄ he intētiones cōtra-
rie quodāmodo perficiūtur vt supradictū est: obseruabimus
regulam dñi Ga. j. aphorismorū in cōmēto aphorismi. Dumi-
de diete vbi dixit. In his ergo duobus cōtrarijs opꝫ vt fortior
medicet prius: alter tn̄ nō negligat: sicut in ydropicis cū febri-
citāt ⁊c. In varicibus igitur qz maior intētio in materia ante-
cedēte est preuidere ne sanguis in melēcoliā per adustionē trā-
eat qꝫ cū frigidis cōplet qꝫ sit ad ipsam melencoliā que cū alie-
qualiter calefacietib⁹ digerat vt est dictū: iō in digestiuis in ca-
su appropriatis he intētiones fm̄ hūc ordinē saluabuntur. In
elephātia nō est tāta diuersitas. In tēporibus tn̄ est aliqualis
que etiā in appropriatis obseruetur. Digestiuū ergo in varici-
bus cōueniēs ⁊ domesticū esset tale. ℞. syrupi acetosi simpli-
cis. ℥. j. syrupi de fumoterre. ℥. v. aquarū endiuie: fumiterre: et
buglosse aā. ℥. j. misce. Et si materia esset grossior: et in corpore
senili in hyeme loco syrupi acetosi ponerem oximel simplex.
Possem etiā facere iulep ex aquis appropriatis pro delica-
tis vt infra. ℞. aquarū cicoree: lupulorū: buglosse ⁊ fumiterre.
aā. ℥. iij. aceti al. ℥. j. ⁊ cum zuccharo al. debite quantitatis cla-
rificetur iulep. In elephātia cōueniet syrupus vt infra. ℞. oxi-
mellis simplicis. ℥. ij. syrupi de byzancijs. ℥. j. mellis ro. aquarū
melisse: buglosse: feniculi. aā. ℥. ij. clarificetur pro duabus vici-

bus ⁊

bus ⁊ aromatizetur cū modico croci. Posset etiā fieri iulep de dictis aquis ſm modū ſupradictū: ⁊ iſtis ſyrupis vtatur. vi. vel vij. vicibus: maxime in elephantia propter diſpoſitionem humoris anteq̄ fiat euacuatio in humore: neq̧ in principio vti debemus fortioribus digeſtiuis: q: in qualibet materia groſſa eſt habenda cautela ne fortia digeſtiua ⁊ calefactiua ſubito applicentur ⁊ precipue melencolica. imo oportet gradatim materiam equare primo ſubtiliando ſi ſit viſcoſa vel humectando ſi ſit melencolica: ⁊ ꝯſequēter exhibere aliquid ſolutionem faciens cū mediocritate: ⁊ propter eius quod habilitatū eſt vt ſonant ſententes precipue Auic. ⁊ Meſue in .c. de melencolia: et primo remiſſiora: deinde fortiora. Et cū materia iā digeri manifeſtatur: tunc exhiberi poteſt aliquod ſolutiuū etiā ſatis debile in principio: ⁊ reguletur precipue in elephātia. Et habita intētione ad materiā ipſam iā melēcolicā factā ſm canones etiā ipſi⁹. d. Meſue in cura ſoˀe melencolice dixit ſic: ⁊ ſunt verba aurea. Regimē euatiuū materie. ſ. melēcolice cōplēt tria conſiderabilia in euatione huius materie obſeruāda. Primū eſt vt nō laborioſam ⁊ ſubitā faciamus euōnē ſed per interualla habentē tēperiē: vt natura euonē: ⁊ nō euo naturā regulet. Hoc enim eſt precepto Ypo. Subita enī ⁊ violenta operatio vix a natura regulaē: ⁊ eius operatio eſt ſicut impet⁹ flāme que ſubito in ſubtile agit ⁊ debile ⁊ preteregrediē groſſum. Op⁹ xo moderati caloris eſt equaliter in vtrāq̧ partē rei elitabilis ⁊ aſſabilis agere. Secūdū ꝯſiderabile eſt vt euatiuū ſit cōmenſuratū nō excedēs mediocritatē: ſed ſit extenſio eleuationis eius nō recedens aut modicū recedens a gradu medicinarum incolumiū. Et tertium conſiderabile eſt: vt non ſpolientur ſolutiua a rebus lenitiuis ⁊ humectatiuis: hoc enim eſt quod operationē bonificat: ⁊ hoc eſt cōmune omniū egritudinū melēcolicarum vt predixerat. Euacuatiuū igitur conueniens in varicibus habendo maxime intentionem ad mundificationem ſanguinis eſſet ſumere. ℥. vj. vel. vij. decoctionis capilliueneris quā ſcripſit Meſue diſtinctione. vij. in principio. Et habita intentione ad materiā aduſtam magis conueniret decoctio fumiterre ibidem poſita. Poſſet etiā fieri ſolutiuū appropriatū ſm hūc modū. ℞. aque diſtillationis fumiterre ⁊ buglo. añ. ℥. ij. v. tamarindorū: florū fumiterre ⁊ ſene. añ. ʒ. ij. ſimul bulliant: et in fine decoctionis addatur epithimi: cuſcute. añ. ʒ. j. ſ. ⁊ poſt parum dimittantur tepefieri: dein de manibus fricentur ⁊ collentur: ⁊ in collatura diſſoluatur caſſie extracte. ℥. ſ. ⁊ iterum colletur: ⁊ addatur dyaſene. ℥. ſ. ⁊ plus ⁊ minus ſm neceſſitatem hoc eſt appropriatum vt patet. Si aūt eſſet intentio ad materiā flegmaticā: ⁊ melencolicā ex flegmate: vt in elephantia ꝯueniret: ⁊ ſolutiuū leue in principio: poſt tū digeſtionē vt infra. ℞. polipodij. ʒ. ij. turbith. ʒ. j. agarici electi mixti cum oximelle ſimplici. ʒ. ſ. ſalisgēme. ℈. añ. gra. iij. infundantur in aq̄ bugl. feniculi: fumiterre. añ. ʒ. j. ſeri. caprini. ʒ. iij. dimittātur in infuſione per horas. xij. poſtea fiat collatura in qua diſſolue caſſie. ℥. ſ. diacatholiconis non acuati cum diagredio. ʒ. ij. miſce fiat potio. In hoc etiam caſu poſſet exhibere diaſcene commune ſine dyagredio dando. ʒ. iij. vel. iiij. ſm diſpoſitionem patientis: ⁊ poteſt formari bolus vel poteſt fieri potio cum aquis ſupradictis. Poſſea etiā formare pillulas ſatis leues in caſu iſto ſm formam vt infra. ℞. hyerepigre. ʒ. iij. agarici electi. ʒ. j. mirabolanorū: kebulorū ⁊ indorū añ. ʒ. ſ. florū bugloſſe ⁊ borraginis. añ. ℈. j. cū ſyrupo de epithimo fiant pillule de quib⁹ exhibebis. ℈. iiij. vel plus vel minus ſm ꝙ apparebit. ¶ Nūc expedit videndū eſt de flobotomia ſi ꝯueniat vel non: ⁊ ſi conueniat vnde fieri debeat. Pro primo dico dubium eſſe ſi in materia melencolica cōueniat propter quoſdā textus qui videntur cōtradicere. Nā eſt textus in principio. c. de cura. quartane prima quarti. Verū omnibus ſpeciebus ſuis ſunt iudicia in quibus cōicant: ⁊ ideſt qꝺ ipſe oēs minuūtur in principio. Poſtea pauloꝑoſt dixit. Et qū nō neceſſaria eſt flobotomia: tūc flobotomia eius nocens: inquantū debilitans: ⁊ inquantum educit contrariū melencolie: ⁊ inquantū mouet humores ad exteriora: primus ſonat ſemꝑ in melencolia conuenire ſecundus nō. Poſtea verſus finē capituli dixit. Cum ergo digeſta eſt egritudo tunc bonū eſt flobotomare ex baſilica. Etiā poſt qū vituperauit tyriacas ante digeſtionē dixit. Et in fine eius ſi neceſſaria fuerit flōmia aude ſuper eā. Ecce ponit eam timoroſam neq̧ cōuenire niſi poſt digeſtionē ⁊ euacuationē: ⁊ tū ex primo textu habebantur quod in principio. Et alibi multotiens inuenimus in dictis autorū ſuper hoc varietatem. Non curo adducere propter euitare prolixitatē. In ſumma ad tollendum controuerſiam dicerē primo ponēdo vnā diſtinctionē ꝙ talis materia melencolica vel eſt in toto vel particulari membro. In toto dupliciter: q: vel intra vaſa magna vt in quartana continua: vel in totius ambitu vt in lepra. In particulari mēbro etiam dupliciter: q: vel in principali aut nobili membro vt in melēcolia in cerebro: vel in ignobili vt ſplene vel in tybija vt in caſu noſtro. Et quelibet talis aut eſt ſanguinea vel ſanguini admixta: aut a cōplexione ſanguinis non notabiliter remota aut econtra. Etiam aut coniungitur in corpore plectorico ſanguineo cum alijs conditionibus flobotomiā promouentibus: aut non. Alia diſtinctio: talis flōmia aut intēditur ratione euacuationis dicte materie: aut rōne prohibitionis ꝑationis et multiplicationis eius. Secundū has diſtinctiones ponā iſtas concluſiones. Prima ſtante materia melencolica intra vaſa magna nō remota a natura ſanguinis ⁊ cōiungatur in corpore ſanguineo cū alijs cōditionibus flobotomie nō contradicētibus: tūc cōuenit flobotomia ⁊ in principio: pȝ cōcluſio q: per flōmiā prohibetur multiplicatio melēcolie euando ſanguinē aptū faciliter in melēcoliā trāſire. Hāc cōcluſionem intellexit Aui. loco allegato in primo tex. cū dixit. Verū omnib⁹ ſpeciebus ſuis ſunt iudicia quibus cōmunicāt: ⁊. i. vt ipſe omnes minuuntur in principio. i. omnibus ſpeciebus quartanarum ⁊ a quacūq̧ materia pendētiū cōuenit vel cōuenire pōt vt minuatur in principio: vt in caſu cōcluſionis habita intētione principaliter nō ad materiā propriā: ſȝ ad aliē: q: i q̄rtana a melia naturali ꝓcedēte ſi cōiūgaē cū cōditōib⁹ dictis cōpetit flōmia vt pȝ ſi ſr̄ i ceteris vt diſcurrēdo pȝ. ¶ Scḋa ſtāte materia melēcolica in toti⁹ ambitu ꝯiūcta multitudine ſanguinis i venis cū ꝯditionib⁹ poſitis in alia cōcluſione cōpetit flōmia: ⁊ i principio. Pȝ cōcluſio vt ꝓcedēs itelligētī. Hāc cōcluſionē itellexit d. Aui. tertia quarti tractatu. iij. de cura lepre i prin. c. cū dixit. Et cū tu verificaueris ꝙ illic. i. in vaſis cōibus eſt ſanguis pl̄m corruptus. i. nō elōgatus a natura melie aduſte: ⁊ ſed in via ad eā: tūc opȝ vt incipias ⁊ flōmes flōmia: ⁊ ſi nō aliunde ſaltē ex manib⁹. ¶ Tertia ſtāte materia melica in particulari mēbro maxime ꝑncipali vt cerebro exiſtēte in toto habūdantia ſanguinis nō ſeparati multū a materia melēcolica cū conditionibus: vt ſupra cōuenit: ⁊ in principio flōmia. Et hac intentione habita ad prohibitionē ꝑationis melie: pȝ cōcluſio vt ꝓcedēs. Et hāc cōcluſionē itellexit Gal. iij. interiorū. c. vij. cū dixit. Cū videris materiā melicā eſſe clauſam in corpe. ſ. bū mixtaȝ cum ſanguine: flobothoma venam mediā q̄ colligātiam hȝ cum baſilica ⁊ cephalica: ⁊ eſt canō primus. Et loquebatur in caſu paſſionis melice q̄ eſt paſſio cerebri: hāc ēt cōcluſionē intellexit. d. A. prima tertij de cura melie cū dixit. Euatio ita qdē fienda eſt nam ſi vides venas plenas qualitercunq̧ ſit: tunc collera: nigra eſt ſanguinea. i. ſanguis non notabiliter differt a natura melēcolie: flobothoma ergo et nigra: imo opȝ ſm oēm diſpoſitionem. ſ. hmōi. i. in quocunq̧ mēbro peccauerit melancolia ſtante tali diſpoſitione venarum vt a flobothomia incipias. Et ſic ampliaē ēt cōcluſio per idem fundamentuȝ peccāte materia in alio mēbro a mēbro principali. ¶ Quarta habita intētione ad euacuandū materiā melancolicā ꝓpriam peccantē per flobothomiam ſiue ſit in toto peccans ſiue in particulari mēbro nō conuenit flobothomia niſi precedente digeſtione: ⁊ vt plurimū facta de materia minoratiua euacuatiōe. Iſta cōcluſio ratione declaraē: q: melācolia vbicūq̧ fuerit nō digeſta ſed cruda elongaē notabiliter a natura ſanguinis: ⁊ frigida ⁊ ſicca exiſtens immobilis reddiē ⁊ inepta euacuationi per flobothomiā. Et talis ante digeſtionē nō eſt ꝑ flobothomiam euacuāda. Et cōfirmaē q: facta flobothomia materia melācolica indigeſta exiſtēte ſit ſanguinis ⁊ humorū calidoꝝ euacuatio: quorū ꝑſentia diſponiē materia digeſtioni: ⁊ ꝑ eoꝝ euacuationē incrudaē: ipſa tū materia melācolica nō euacuaē cū ꝑ talē euacuationē nō ſit apta ꝯueniēter euacuari: igiē ⁊c. ¶ Quinta: ⁊ q: materia melica in morbis ꝓportionalibus vt plurimū multitudine peccat: ⁊ nō reddiē apta a multitudine ꝯſiter digeri niſi virtute ꝑ exonerationē alleuiata ꝑ euacuationē minoratiuā ꝓficiē: iō ꝯcluditē ꝙ vt pl̄m nō dȝ fieri talis materie euō ꝑ flobothomiā niſi precedente euōne minoratiua eiuſdem. Hec cōcluſio eſt de mente Aui. locis ſupra allegatis cum dixit. Cū ergo digeſta eſt egritudo: tunc bonum eſt flobothomare. Et cū addit: ⁊ in fine eius ſi neceſſaria fuerit flobothomia: quia ſi ſit facta digeſta mixta ſanguini: ⁊ conuerſa ad naturam eius aude ſuper eam innuit quod ſi aliter fieret flobothomia ad intētionem euacuationis materie melēcolice: ⁊ ſi nō ſit digeſtio in materia tūc timoroſum eſt ⁊ nociuū. Poſſem alios tex. ꝓ hac concluſione adducere: ſed iſti ſufficiāt. Confirmatur etiā cōclu

fio experimēto:q͞m vt refert Gal.si aliq͞n fiat flobotomia ad eua=
cuationē dicte materie nō precedentibus aliis particularibus
euacuationib⁹ nō bene succedit:dixit enī sic.In veritate dico:
ꝙ tpe meo nō inueni magnā vtilitatē flobotomie:que fit in flo
botomia ex quacūq; causa fit nisi hoc mō.s.post duas vel tres
purgationes antecedētes cū rebus respicientibus ⁊ educenti=
bus materiā melencolicā naturalē vel adustā vel aliū humo=
rem conuersum ad naturā melencolie absq; adustione.Et hoc
ideo est:q꞉ flobotomia euacuat sanguinē calidū ⁊ humidū re=
sistentē humori melencolico:ecce conclusionē verificatā expe=
rimēto doctoris.Concludo igitur ꝙ si corpus a quo fienda est
euacuatio per flobotomiā sit multū sanguineū ⁊ conuertatur
ad naturā melencolicam fiat flobotomia in ipso principio ad
minorandū sanguinē ⁊ ad naturā alleuiādā vt digestioni me=
lencolie possit melius intendi.Sed si non sit sanguineum:nec
materia mixta sanguini vt cōmuniter est in principio morbo
rum melencolicorū flōmia in principio facta est multū nociua
propter eius ineptitudinē ad talē euacuationē.Imo laudabi
le est etiā:ꝙ facta euacuatione in materia non debet fieri eua
cuatio melencolie per flobotomiā ꝙ corpus bene exercitetur:
⁊ non fiat nisi ad minus transacta hora diei tertia ad bene cō
miscendū melencoliā cum sanguine vt simul euacuetur:⁊ pro=
inde laudat autor flobotomiā talē fieri debere latā.Et sm̄ hāc
distinctionē poteris glossare:⁊ cōcordare tex.si cōtrarij appa=
rebunt.❡De qua vena fieri debeat sic breuiter dico.ꝙ vbi in=
tēdimus minorare materiā cōmunē ne transeat in antecedē=
tem flobotomia fiat stante in toto nocumēto de basilica dextri
lateris.Et si fuerit in particulari mēbro fiat de basilica oppo=
siti lateris corpore pletorico existente.Et si corpus non fuerit
multū repletū fiat de vena nigra eiusdem lateris.Sed si volu
mus euacuare materiā propriā fiat de saluatella sinistra stan
te in toto nocumento.Et si in particulari mēbro fiat de basili
ca siue saluatella eius aliquando in saphena pedis:⁊ multum
laudatur aliq͞n in saluatella manus virtute debili existente ⁊c.
In proposito igitur nostro q꞉ in varicibus materia peccās est
melencolia:cuius radix fuit sanguis:dico ꝙ vt plurimū cōpetit
flobotomia diuersiua ⁊ euacuatiua.Et si cōiungatur plectorie
cū sanguine in via ad adustionē:primo fiat flobotomia de ba=
silica dextra in principio:postea facta digestione ⁊ euacuatio
ne minoratiua fiat cōsequēter euacuatio per flobotomiā salua
telle:⁊ fiat paulatina:postea vlterius facta digestione iteretur
vel brachio vel in manu.Ideo in cura varicum dns Auicen.
laudauit flobotomiā.In elephantia autē q꞉ radix materie est
vt plurimū flegmatica oportet flegmata euacuare ⁊ diuertere
⁊ hoc cōuenientius fit per vomitū:ideo autores precipue in casu
isto laudant vomitū fieri:tamen aliquādo est necessaria flobo
tomia saltem ad virtutem alleuiandam.Ideo dixit Auicē.in
principio cure elephantie.Cū ergo succurritur ei in principio
sui possibile est vt prohibeatur cum euacuationibus:⁊ proprie
cum vomitu laborioso:⁊ cum eo quod extrahit flegma:⁊ cum
flōmia si indiget ea.Ex hoc tamē nō collige ꝙ in principio cō=
petit vomitus laboriosus sed habita intentione ad materiam
propriā euacuandā:quod nō fit in principio:bene cōpetit la=
boriosus vomitus.In principio autem in vtroq; casu compe
tere potest vomitus leuis vt infra.℞.aque ord.decoctionis
anethi.ʒ.viij.oximellis simplicis:in elephantia vel syrupi ace
tosi simplicis:in varicibus.ʒ.ij.sumatur tepidum:⁊ post duas
tertias hore cum intentione vomendi imposito digito in gulā
fiat vomitus.Factis ⁊ expeditis iam digestiuis leuibus et mi=
noratiuis ⁊ ordinata flōmia ponenda sunt digestiua fortiora
⁊ euacuatiua.In varicibus igitur digestiuū fortius fiat vt in=
fra.℞.syrupi de bisantijs cum aceto.ʒ.ij.syrupi vio.cōpositi
syrupi de epithimo.añ.ʒ.s.aquarū buglosse melisse:boraginis
⁊ lupulorū.añ.ʒ.ij.s.misce pro duabus vicibus clarificetur et
aromatizetur cū modico macis.❡Ad hanc etiā intentionē
valeret syrupus vt infra.℞.aquarū buglosse:lupulorū fumi=
terre añ.ʒ.v.aque decoctionis thimi:epithimi:⁊ capillinenetis
añ.ʒ.ij.florum boraginis:⁊ buglosse:⁊ violarū añ.M.j.ligni a
loes sandalorum al.⁊ rub.añ.ʒ.i.bulliant omnia simul parū:
⁊ dimittātur sic per diē naturalē:postea facta collatura cum
zuccharo al.addito modico aceti syrupizetur.Postea.℞.foli
culorum sene.M.j.thimi.epithimi florū boraginis:⁊ buglosse
añ.M.s.omnia simul pistentur ⁊ in sacculo ligentur ⁊ in syru
po suspendentur ⁊c.Syrupus etiā in casu conuenientior ⁊ for
tior quo vlterius in processu vti possumus fiat vt infra.℞.flo
rum boraginis:buglosse florū fumiterre melisse:⁊ violarum
añ.ʒ.ij.liquiritie,corticū citri:passularum enucleatarum:seni
ni a bombecis:anisi ameos.añ.ʒ.s.scolopendrie scariole:ca=
pillorūueneris endiuie:cicoree añ.M.j.maiorane:basilicōmu
nis:camedreos añ.M.s.sticados arabici:sene epithimi.añ.ʒ.
s.pruna numero.x.bulliant in aqua sufficienter ⁊ colentur:et
collature addatur succi buglosse:⁊ pomorum dul.añ.ʒ.s.⁊ sy=
rupizetur cum zuccharo al.⁊ aromatizetur cū croco:⁊ sanda=
lis.Et si volumus facere domesticū fiat vt infra.℞.syrupi de
bysancijs syrupi de pomis sm̄ Mesue in c.de soda melencolie
ca añ.ʒ.ij.syrupi de epithimo.ʒ.i.aquarū cicoree:scolopēdrie:
lupulorū:⁊ fumiterre.añ.ʒ.ij.s.misce pro tribus vicibus clari=
ficetur ⁊ aromatizetur vt superior.In elephātia aūt fiat syru=
pus domesticus vt infra.℞.syrupi de epithimo.ʒ.ij.oximellis
simplicis:syrupi de fumoterre añ.ʒ.s.aquarum seni.cuscute ⁊
scolopendrie añ.ʒ.ij.misce pro duabus vicibus clarificetur et
aromatizetur cū modico croci ⁊ cinamomi.Vel fiat magistra
le sub hac forma.℞.radicum feni.asparagi.brusci:polipodij
quercini añ.M.s.thimi:epithimi:cuscute sene scolopendrie
extremitatū tamarisci:florū boraginis.florum buglosse añ.ʒ.j.
hec omnia bulliant in libris quatuor aque vsq; ad consum=
ptionē tertie partis:⁊ dimittatur sic in infusione per diem:et
postea fiat collatura:⁊ collature adde aque lupulorū aque bo
raginis ⁊ buglosse ⁊ melisse añ.ʒ.ij.cū sufficienti q̄titate mel=
lis:⁊ aceti parū:fiat syrupus de quo sumatur cū aquis melisse
absynthij:⁊ apij.Et si velles domesticū fortiorē quo vti posses
magis in processu sic fiat.℞.syrupi de epithimo:syrupi acetosi
cōpositi syrupi de thimo añ.ʒ.s.aquarum scolopendrie melisse
añ.ʒ.j.misce:⁊ clarificetur duplicando ⁊ aromatizetur vt supra
cū cimino.Potest etiā aliter fieri.℞.radicū.v.diureticorū aco
ri:⁊ raffani:corticū radicū caparorū añ.ʒ.j.corticū mediani:
arborū frasini ⁊ tamarisci añ.ʒ.s.florum genestre ⁊ capillorū=
ue.florum melisse aña.ʒ.ij.camedreos:scolopendrie:eupatorij
absynthij añ.M.s.sticados arabici.ʒ.s.bulliant in aqua con
uenienter vt radices multa ebullitione flores ⁊ herbe modica
bullitione sm̄ artem.❡Deinde facta collatura cū melle ⁊ zuc=
charo equaliter ⁊ modico aceti fiat syrupus debite coctus:qui
postea aromatizetur cū mace cinamomo:⁊ croco parū positis
in petia infusa in eodē.Et exhibeatur cum aquis scolopendrie
melisse ⁊ eupatorij.Et istis syrupis vti potes in toto processu
aliq͞n fortioribus:aliquādo minus fortibus:⁊ aliq͞n faciēdo in
lep propter odicatos cū aquis vt supra:⁊ cōsequēter cum istis
facta digestione debemus iterato euacuare materiā etiam gra
datim cū minus fortibus postea cū fortioribus.Et q͞m in hoc
posset error notabilis cōmitti vtile erit si simplicia tales mate
rias euacuātia sm̄ gradū in fortitudine ⁊ debilitate connume
rentur:q꞉ ex istorū cognitione poteris ad solutiua cōuenienter
procedere.De solutione istorū ⁊ gradibus reperio apud auto=
res diuersitatem:nā Auer.in canticis parte secūda prime par
tis practice cōmento.xij.sic dixit.Fortior ex his medicinis est
lazulus:post ipsum epithimus:post ipsum polipodium:post
ipsum mirabolani indi ⁊ kebuli.Sene autē ⁊ fumiterre edu=
cunt humores adustos.Addit ego nō repono buglossam inter
educentes melencoliā:nihilominus est ex resistentibus ei.Ex
isto habes diuersas medicinas valentes in melencolia natura
li:⁊ melencolia adusta ⁊ gradus ipsarū:neq; in his cōnumera
tur thimus neq; lapis armenus.Hanc etiā varietatē in soluē=
do obseruat Mesue in simplicibus suis:q͞m laudat epithimū
polipodiū in melencolia naturali.Sene autē fumiterre lau=
dat in melencolia adusta.Mirabolanos indos dicit valere in
vtraq; melēcolia.Ipse ponit lapidē armenū valere in materia
melencolica cū consideramus morbos quibus valet Auicen.
ij.can.non facit capitulum de lapide lazulo:sed bene de lapide
armeno.Et in isto capitulo cū dixit:ꝙ in soluendo melencoliā
fortior est lapide lazuli:⁊ ꝙ simulat in colore azuli:⁊ ꝙ eo vtūn
tur pictores ⁊ tinctores loco azuli:⁊ Serapio nō facit mentio
nem de lapide armeno sed de lapide lazuli dixit ꝙ laxat humo
res melencolicos ⁊c.De epithimo dixit Aui.ꝙ soluēdo educit
melēcoliā fortiter ⁊ flegma:⁊ ꝙ potio est quatuor aureorum.
Dixit de mente aliorū ꝙ si bibatur .i.sumatur in substātia pō=
dus est aurei.ij.s.⁊ decoctū vsq; ad quatuor.Dixit Seraþ.de
mente Hallabbatis ꝙ educit melencoliam.Intellige sm̄ Dio
scoridem dixit colerā ⁊ melencoliā.De polipodio dixit Auic.
soluit melencoliā .i.naturalem sine punctione ⁊ soluit flegma.
Item dixit Serapio ꝙ purgat melencoliā suauiter ⁊ flegma.
Et ꝙ quidam medicorum ingeniati sunt ad eos qui non pote=
rant potare medicinas proijciebant ipsum tritum in aliquib⁹
cibis ipsorum ⁊ purgat melencoliam leniter .i.naturalem.De
mirabo lanis dixit Auicen.nigri soluunt melencoliam .i.na=
turalem:

turalē: kebuli soluūt melencoliā ⁊ flegma. Idē etiā sentit Serapio. De sene ⁊ fumoterre dixit Serapio fm Rasim in. c. de sene in fi. Sene ⁊ fumiterre purgant humores adustos Auicē. non facit mentionē. Itaqꝫ videmus autores in hoc cōuenire ꝙ lazulus epithimū mirabolani polipodiū purgant melencoliā naturalē: fumusterre ⁊ sene euacuāt melēcoliā adustā: hoc igitur pro regula obseruemus. ¶ Sed restāt adhuc due difficultates. Una est de graduatione in soluēdo materiā melēcolicā. Alia est de lapide armeno ⁊ de thymo: quas medicinas aliqui cōnumerāt inter has ⁊ aliqui non. Reperio rosam anglicam cuius autoritas etiā est magna ⁊ ingraduādo videtur isto modo sentire dixit sic graduando a debiliori ad fortius in primo gradu ⁊ ordine sunt mirabolani indi ⁊ embilici: post ipsum sunt polipodiū cū aniso ⁊ diureticis: deinde epithimū: qꝛ eius operatio est fortior operatione polipodij: ⁊ maiorē infert corpori angustiā: ideo oportet remittere eius qualitates primas ⁊ maliciam in resoluendo ⁊c. post epithimū lapis lazuli. De elleboro non faciunt mentionem tanꝙ̄ de eo qui est apud nos medicina nimis fortis. ¶ Conueniunt igitur ꝙ lapis lazuli est fortior medicina ad euacuandū melencoliā: postea epithimum: postea polipodiū: ⁊ postea in vltimo gradu sunt mirabolani: qꝛ debiliores in educendo materiā melencolicam. ¶ Nota igitur hec pro regula. Credo cōmune iudiciū male intelligendū: sit in oppositū credunt ꝙ polipodiū vel epithimus minus soluunt ꝙ̄ mirabolani. ¶ De vltima difficultate primo de epithimo reperio cōmuniter autores thimū laudare in materia frigida maxime flegmatica ⁊ passionibus pectoris etiā syrupum de thimo ad idē valere: non reperio de thimo fieri precipuam mentionem contra passiones melencolicas a senioribus ⁊ illustribus medicis: licet moderniores eo in his passionibus vtantur ⁊ reperio rosam anglicā sic dicentē in cura quartane. Sed vnū ego dico: ꝙ thimus est herba bona in passione splenis ⁊ in morbis melencolicis ⁊ in morbis alijs: sed in epithimo quod hac est. i. qui laudatur hic nunꝙ̄ inueni operationem sensibilē hoc ipse. Starem ego tamen in iudicio maioris partis ⁊ maxime primorū medicorū: neqꝫ sua experientia debet in hoc facere regulā. Credo tū ꝙ caliditate ⁊ subtilitate digerendo valeat sed soluendo nō credo. ¶ Circa vltimū quod me multū difficultat: vt de lapide armenio nūquid debeat poni iter medicinas huiusmodi cum ab aliquibus fiat mentio: ⁊ ab aliquibus non reperio Rasim primo cōtinen. c. de melencolia versus finē: qui interpositis tū verbis quibusdam alijs dicit hec verba que sequuntur. Antiqui cōsueuerūt vti elleboro: sed ego magis laudo lapidē armenū: qꝛ nulla dubitatio vel defectus est in operatione ipsius: ⁊ cognoscit virtus operationis eius super infirmū per paucos dies: ⁊ si necesse est reitera ipsum: qꝛ nō est in eo calefactio: nec qualitas mala: nec malus sapor. Ecce qualia verba. Dicerē igitur in tali materia: ꝙ lazulus ⁊ lapis armenus cū sint medicine multū fortes: vt omnes testātur preter verba Rasis paulo ante dicta: nō debēt esse in casu nostro nec in vsu: ⁊ ab eis cauere debemus ꝙ̄tū possumus. Sicut enim antiquiores: quibus non erāt note leuiores medicine vtebantur elleboro: ⁊ nūc loco ellebori vtūtur lapide lazuli vt dixit Serap. primo breuiarij de cura melencolie versus finem. Medici antiqui dabāt in hac egritudine elleborum nigrum decoctū in aqua: aut cōtusum: aut mixtū cum alijs medicinis: sed medici nostri tēporis recedūt ꝓpter vehementiā: que accidit illi qui ipsum accipit. Idē dixit Auer. v. colliget. c. de elleboro. Et idem dixit: ꝙ adamas habet similem virtutē purgādi sicut elleborus. Et. d. Aui. c. de lapide armeno dixit: ꝙ lapis armenus fortior est lapide lazuli. Ita ⁊ nos quibus innotescunt leuiores istis debemus ab istis diuertere quantū possumus. Idē dico de scamonea in materia colerica: qꝛ vt dicit Gal. primo regiminis acutorū cōmento. ij. in fi. Uerū tū melior est ei cōpositio: qui solutiuā potest portare medicinā in qua elleborus cadit: ⁊ nō cadit in ea scamonea: cū tū relique nō sufficiāt super eis presumēdū est: dicerē tū cōsulendo: salua tū reuerentia dñi Rasis: ꝙ lapis armenus debet semper in totū dimitti: neqꝫ eo aliquo pacto vti. primo qꝛ in virtute lapis lazulus ei assimilatur: ⁊ est familiarior: ⁊ de eo forte omnes medici faciūt mētionē preter Aui. qui ⁊ si nō ponat capitulū de ipso simplici: tū multoties de eo vtitur ⁊ approbat. Secūdo quod plus me monet est: qꝛ que sic talis medicina a multis ignoratur: ⁊ nō tm̄ a modernis. sed ab antiquioribꝰ: ⁊ maxime doctis ⁊ expertis. Reperi Rabbi moysem in tractatu quodā de regi. sanitatis ad regem hyspanie sic dixisse. Nō debet cibari dñs cū lapide lazuli propter eius vehementiā. neqꝫ cū lapide armeno: qꝛ nō cognoscit de quo intulit dubitationē nobiliorū medicorū. s. Auēzoar ꝙ nō sit ille: qui tali noīe nūcupat. Ego etiā testor me multoties a doctis apotecarijs perquisisse quid intelligāt per lapidē armenū. Aliqui melius intelligētes cōfusione ducti dicūt se non intelligere. Et tū cōponūt pillulas de lapide armeno. Alij minus scientes libere dicūt: ꝙ per lapidē armenū sumunt bolū armenū in cōpositionibus. Ecce bestialitatē eorū cū lapis armenus sit vehementer solutiuus: ⁊ bolus armenus solutioni cōtrariet. Hec omnia diligēter notate pro bona doctrina. Nā ⁊ si aliqualiter a proposito fecerim digressionē: vtiliter tū factā existimo: habetis hic de lapide armeno ⁊ de thimo a multis laudatis in soluēdo materiā melencoliā. Ego aūt eos vitupero. Habuistis gradus in fortitudine ⁊ debilitate medicinarū soluentiū melencoliā diuerso modo a cōmuni iudicio. Habuistis tertio electionē medicinarū soluentiū melencoliā naturalē ⁊ aliquā adustā. ¶ Nota tū hic ꝙ licet harū medicinarū alique magis euacuent melencoliā naturalē: ⁊ alique adustā. Credo tū ꝙ oēs tales omnē materiā euacuāt melencolicā: ⁊ pro tāto doctores in materia melencolica quacūqꝫ omni tali medicina vtūtur. Et rationem huiꝰ credo esse: qꝛ probabile ⁊ verisimile est: ꝙ omnes materie melēcolice sint eiusdē speciei: qđ manifestat per hoc: qꝛ omnes tales cū putrescūt febres causantes eadē proprietate specifica afficiūt: qꝛ de quarto in quartū faciūt de natura sua periodū: ideo probabile est: ꝙ omnis medicina: que per ꝓprietatē vnā illarū respicit omnē respicere possit. Cū hoc tū stat: ꝙ inequaliter: vt constat intelligēti: circa electionē igitur earū in opere bonū est cōsiderare. ¶ Iā redeo ad principale nostrum vt ad medicinas euacuatiuas. Ualeret igitur in varicibus solutiuū vt infra. ℞. dyacatholiconis. Damasceni vel Nicolai sine diagredio. ʒ. vi. ⁊ cū aquis fumiterre: buglosse: ⁊ lupulorū: decoctionis florū boraginis: ⁊ buglosse: foliculorum sene aū. ʒ. j. misce fiat potio: in hoc casu in forma pillularū. Ualerēt etiam pillule vt infra. ℞. pillularū de fumoterre: pillularū indarum aū. ℈. ij. cū modico hamec formētur pillule ⁊ exhibeantur cum ℥. ij. aque casei. Et si velles solutiuū magistrale factum fiat vt infra. ℞. reubarbari electi. ʒ. ij. epithimi. ʒ. j. folliculorū sene. ʒ. j. s. mirabolanorū citri. ⁊ indorū aū. ʒ. s. spice squinanti aū. gra. ij. passularū pinguiū. ʒ. j. s. Infundātur omnia in aquis vt infra ℞. aquarū fumiterre: cicoree: scolopendrie: ⁊ buglosse aūa. ℥. j. s. ⁊ bulliant duabus vel tribus bullitionibus: et remaneat in infusione post decoctionē. x. hora. ⁊ postea fiat fortis expssio: ⁊ collature addatur diasene. ʒ. iij. syrupi violacei. ℥. ij. misce fiat potio. Posses si talia nō suffecerint in processu addere dosim solutiuorū: vel etiā aliquid de lapide lazuli loto ⁊ rectificato fm artem: semper tū cum timore. In elephantia aūt conueniret solutiuū domesticū factū vt infra. ℞. dyacatholiconis: cassie extracte aū. ℥. s. yerepigre. ʒ. j. s. dyasene. ʒ. ij. syrupi de epithimo. ℥. j. cū decoctione polipodij: cuscute: radicū feni. ⁊ scolopēdrie aū. ʒ. ij. passularum. ℥. s. sumendo. ℥. v. dicte decoctionis debite facte fiat potio. Et domesticū etiā esset ius galli veteris ordinati fm artē: in quo coquuntur polipodiū: sene: epithimū: passule: carthamū: ⁊ ysopus sumendo de eo facta dissolutiōe carniū et expressione. ℥. vj. vel. vij. Et si volueris fortius facere fiat vt infra. ℞. agarici electi. ʒ. j. s. zinzib. salisgēme aū. ℈. s. mirabolanorū: chebulorū. ʒ. ij. indorū. ʒ. j. s. contundantur ⁊ fricentur cū oleo amigdalarū dul. ⁊ omnia simul infundantur in decoctione vt infra. ℞. polipodij quercini: radicū feni. petroselij aū. ʒ. ij. s. foliculorū sene. ʒ. ij. epithimi. ʒ. j. passularū. ʒ. iij. sticados: florū borag. ⁊ melisse aū. ʒ. s. bulliant in sufficienti ꝙ̄titate aque fm artē bulliendo prius radices ⁊ postea flores cum epithimo. Et sumatur de ista decoctione facta collatura. ℥. v. ⁊ ista dimittātur in infusione per horas. x. postea fiat expressio ⁊ collatura: ⁊ collature addatur dyacatholiconis. ʒ. vj. dyasene. ʒ. j. s. oximellis simplicis. ℥. j. misce fiat potio. Sequenti mane post medicinas fiat confectio ⁊ sumat vt infra. ℞. mitrida. ʒ. j. dyabuglossati. ʒ. j. misce hoc idem post alias euacuationes in elephantia. ¶ Circa tamen primū primo minoretur mitridatum ⁊ augeatur dyabuglossatum in processu fiat euacuatio. Post medicinas in varicibus fiat confectio vt infra. ℞. dya buglossati. ℥. s. specierum confectionis de gēmis. ℈. s. cum syrupo de bizantijs. Quidā cōposuit electuariū satis forte valens in ista materia melencolica: cuius descriptio talis est. ℞. buglosse: liquiritie aū. ℥. j. sticados arabici: camedreos camepitheos: calamenti: absynthij: sem. ani. aū. ʒ. ij. s. epithimi: polipodij: sene aū. ℥. j. mirabolanorū indorum: ⁊ chebulorum aū. ℥. s. prunorū sulubarū aū. numero. l. scolopendrie. M. j. bulliant in lib. iij. aque vsqꝫ ad consumptionem medietatis: excepto epithimo ⁊

qui ponatur in fine decoctionis: & facta decoctione per diligē-
mittatur in infusione: postea fiat collatura et bona expressio:
in qua ponantur vt infra. ℞. lapidis lazuli: lapidis armeni:
quod tamē non placet. ℔. an. ʒ. iij. ellebori nigri. ʒ. ij. s. sene. ʒ.
vj. reubarbari electi. ℥. s. cinamomi electi. ʒ. ij. ligni al. ʒ. ij. been
albi & rub. an. ʒ. s. spice: squinanti an. ℈. s. omnia grosse cōtundā-
tur & ponantur in dicta collatura calida: & per diem & noctē in
infusione permaneant: postea fiat collatura: & cum sufficienti
quantitate mellis & zucchari equaliter fiat electuarium: cuius
dosis est a. ℥. s. vsq; ad. ʒ. vj. &c. ¶ Habetis varia solutiua: & for
tia & minus fortia: quibus vario modo oportet vti: quū in casu
oportet corpus mundum tenere: & maxime si debeamus deue-
nire ad operationē manualē: que laboriosa est. Propter quod
dixit Aui. c. proprio. in fi. Rectius est vt non apponatur. s. va
ricibus: neq; fiat in eis aliquid laboriosum: nisi post euacuatio-
nem & mundificationē vltimā. Et versus principiū cure dixit.
Cū autē cōfirmatur parū speratur q; prohibeatur & si speratur
scias q; summā curationis sperare huius egritudinis est assi-
duatio in curatione. s. cū medicinis euacuantibus &c. Et quod vt
dicebatur circa tertiū exponendo in hoc casu maxime valet vo-
mitus: & non solū materierū cōmunium: sed etiā cū proprietate
appropriatorū maxime in elephantia ideo obseruentur ver-
ba Serap. in. c. de melencolia sub hac forma. Si humor est
terrestris grossus frigidus munda stomachū cum vomitu cū
potu aque calide: in qua decocta sint anetum: sal: & calamen-
tum fluuiale: & nux nromatica: & semen atriplicis: & semen ra-
phani sup. cū omnibus istis vel aliquibus eorū: & ciba illū in pri
mis ex raphano decocto cū secaniabin facto cum aceto squil-
litico: & si adiuuat virtus abundantius apponemus elleborū
in raphano & infundemus in secaniabin. ¶ Habes ex isto textu
plura vomitiua & fortia si cōsideras. Primo igitur potes in-
fundere raphanū in oximelle simplici facto ex aceto cōmuni:
vel ex aceto squillitico & est fortius: & postq steterit in infusio-
ne sex horis comedas de ipso raphano tres vel quatuor bolos
male masticando: & post mediam horam cum intentione vo-
mendi ponatur digitus in gulam: vel penna infusa in oleo &
fiat vomitus. Et si non sufficerit post talem cibationem hora
dicta exhibeatur decoctio vt infra. ℞. calamenti fluuial. ʒ. j. s.
se. anisi: atriplicis an. ʒ. s. bulliant in aqua. ℥. x. vsq; ad consum
ptionē tertie partis: & facta collatura addatur oximellis sim-
plicis vel squillitici. ℥. j. ʒ. & tepide exhibeatur. Et si fortius vo-
lueris adde in decoctione de semine raphani: vel bulliant hec
in media parte aque raphani: & si adhuc fortius adde de nuce
vomica. Et si fortius nutriatur raphanus cum elleboro in oxi
melle simplici materia viscosiori existente: vel squillitico impo
nendo frusta parua ellebori in raphano: tamen cū debet sumi
raphanus abijciatur elleborus. Alios modos posui in cōsilio
meo de lepra. Aduerte tamen: q; nisi stomachus in virtute fue
rit fortis & in substantia robustus cū nulla preparatione ad vo-
mendū non auderem in exhibitione horū vomitiuorū: & qui nu-
diui de medico multū audace: qui cū vomitiuo perduxit stoma-
chum amici ad vomendū vsq; ad mortē. Si igitur ita fieri con
tingat obseruentur canones positi a dño Aui. iiij. primi. c. xi. &
xij. cū succedentibus quibusdā & nō obliuiscaris cōfortare sto-
machū si vomitus laboriosus factus fuerit. Ego tñ magis in-
hereo euacuatiuis per secessum: sic etiā de cōmuni sit vsu: licet
Hypo. vomitū laudauerit: & vt habeamus ordinē in solutiuis:
q; frequens nimis vsus est nociuus: & ex alia parte oportet cor
pus bene mūdare in talibus passionibus & modū conseruare:
ideo pro regula obseruetur quod colligitur prima tertij. c. de
melencolia bene consideranti: postq venerit de debilibus ad
fortiora: tunc debes semel in mense cum medicina forti euacua
re & semel in hebdomada cū debili medicina: & semel cum me-
dicina mediocri: hoc intelligitur cōstante virtute. Dixit enim
sic ad literā. Si ergo nō conferunt. i. nō sufficiūt medicine su-
pradicte reitera iterū & in omni hebdomada euacua vice vna
cū pillulis subtilibus. i. lenibus medijs. i. mediocribus cōposi-
tis: & inter spacium id administra triferam epithimi secundum hunc
modū: sumentur trifere. ʒ. iij. epithimi. ʒ. j. hyere. ʒ. s. misce: et
in omni mēse euacua cū aliqua forti de hyeris magnis donec
inuenias egritudinē iam remotā si bene consideras colligitur
quod dictū est. ¶ Jam vltimo restat in hoc principali deueni-
re ad alterationē membrorū. In varicibus igitur post aliquā
euacuationē cōuenit epithimare epar vt infra. ℞. aquarū ci-
coree: endiuie: fumiterre: & buglosse an. ℥. ij. sandalorū omniū:
corallorū vtriusq; been vtriusq; an. ʒ. s. ligni al. ℈. j. aceti parū
fiat epithima: vel pōt fieri sacculus ex floribus rosarū: violarū
florū boraginis: & buglosse an. M. s. spice: absynthij an. ʒ. ij. cū
speciebus vt supra: fiat sacculus pro epate: qui fumigetur cum
aspersione super lapide greco cum aqua cicoree et absynthij
equaliter cū fumo. Pro corde fiat epithima cordiale sub hac
forma. ℞. aquarū boraginis buglosse: violarū an. ℥. iij. melis-
se: rosarū an. ℥. j. s. vini albi odoriferi. ℥. s. sandalorū citri. & ru.
corallorū rub. & alborū an. ʒ. s. ozimi: gariofilorū: vtriusq; been: se-
sete crude incise an. ℈. j. ambre. croci an. gra. j. s. camphore: os-
sis de corde cerui an. gra. ij. misce. Et si placet potes addere de
fragmentis intrantibus in cōfectione de gēmis. ʒ. s. pro delica
tis: & ex eisdem potes conficere sacculū mutando aquas et flo-
res et herbas addendo de corticibus citri remisse in qualitate
cū semine acetose. In elephantia autē fiunt etiā rectificatiōes
horū membrorū cum similibus: sed minorentur dosis frigido-
rum vt violarū: rosarum &c. & augeantur dosis calidorum vt
been: gar. cinamomi: ambre: ozimi: addendo vbi non sunt po-
site: vel augendo vbi sunt posite. ¶ In confortatione autē sple
nis vt plurimū debilitati in attrahendo: vel in expellendo in ta
li casu proprio fiat fomentatio supra ipsum splenē vt infra. ℞.
corticum tamarisci: corticū radicum salicis: & capparorū: lapa
cij acuti: chebuli an. M. ij. scolopendrie florū genestre: absyn-
thij: abrotani. M. j. costi: ciperi an. M. s. seminū seniculi fenu-
greci: semi. lini an. M. j. s. spice nardi. ℥. s. ponantur omnia ad
bulliendū in vino albo: & aqua equaliter: & quarta parte aceti
albi: & facta debita decoctione fiat fomētatio supra ipsum sple
nem ter vel quater. Et si volueris fortiorē efficere adde in deco
ctione de gūmi arabico: bdellio: serapino: opoponaco ponen
do. ℥. s. vel. j. de quolibet eorū & de aceto ponendo mediā par-
tem aceti squillitici. Et facta fomentatione fiat inunctio supra
splenem cum vnguento vt infra. ℞. olei amigdalarū amara-
rū: olei ruthe: olei de capparibus an. ℥. s. olei de lilijs albis. ʒ.
ij. semi. anisi: carui: ameos ana. ʒ. s. costi: ciperi: cinamomi an.
℈. s. aceti. ʒ. ij. croci. gra. ij. misce. & si volueris fortius facere ad
de de gūmi secundum necessitatē. In hoc casu etiā valet oleū benedi
ctū: & oleū balsaminū. Et posset etiam fieri emplastrū et cerotū
cum appropriatis vt. ℞. dialtee: marciaton an. ℥. j. s. armonia
ci dissoluti in aceto. ℥. j. florū genestre: seminis aneti an. ʒ. s. fiat
cerotū si placet. Et si volueris facere emplastrū poteris adde-
re oleū de lilio de capparibus cū pinguedine porci: & cum fari
na fenugreci: & seminis lini: & sic variabis manente eadem in-
tentione. Pro confortatione vero membrorū per interius va-
lent confectiones cordiales cum aliquibus epaticis & spleneti
cis. In varicibus minus calidis in elephātia calidioribus. In
varicibus fiat confectio vt infra. ℞. specierum dyarodon ab-
batis. ℥. s. specierum electuarij letificantis Rasis: specierū cō-
fectionis de gemmis an. ʒ. j. s. cum zucchero dissoluto in aquis
melisse: cicoree: fumiterre quod sufficit: fiat confectio in mor-
sellis. ʒ. ij. pro quolibet morsello. Et detur in sero ante cenam
per duas horas vel vnam ad minus. In elephantia valet vt in-
fra. ℞. specierū dyambre. ʒ. ij. specierum confectionis de mu-
sco dulci. ʒ. j. specierum dyarodon abbatis. ʒ. s. cū. ℥. vj. zuccha-
ri dissoluti in aquis melisse: scolopendrie & betonice cum modi
co vini albi electi fiat confectio in morsellis. Posset etiam fieri
electuariū in hoc proposito vt infra. ℞. corticum citri conditi
℥. s. liquiritie rase. ℈. ij. zucchari candi. carnium passularū pin
guium an. ℥. j. margaritarū an. ʒ. j. iacinthorum: saphirorum:
smeraldi. doronici: corallorum al. & rub. an. ℈. j. cinamomi ele-
cti: macis: galange an. ʒ. s. gariof. cubebe: ligni al. storacis: cala
mite: semi. basiliconis an. ℈. s. croci. ʒ. s. musci ambre ana. gra.
vij. conserue: boraginis: & buglosse an. succi pomorū dulciū de-
purati. ℥. ij. aque rosate: vini optimi an. ℥. j. & cum lī. j. zucchari
albi fiat electuariū in bona forma: quo vti potest diebus qui-
bus non syrupizatur: neq; aliter soluitur. Bonum est & regula-
re in his morbis cronicis vt aliquādo dimittatur natura quie
ta cum debita dieta et nullis medicinalibus alteretur. & sic ex-
peditum sit primū principale circa regimen in totum haben-
dum. ¶ Consequenter ordinandum est quomodo operandū
est circa particularia membra. In varicibus igitur obseruetur
talis modus factis. primo que precesserunt fricentur dicte va-
rices cum panno tepido: & si pannus esset de grana esset conue
nientior: & continuetur fricatio vsq; dum membrum caleat: et
sanguis venarū subtiliatus videatur: & hoc fiat post duas ho-
ras diei in estate: & vltra vesperas in hyeme. ¶ Consequenter
bene considera si vene inflate sint de ramis saphenarum vel
sciaticarum. Si saphene accipe flobotomum et aperi venam
infra cauillam in parte exteriori & syluestri & facias latum ori
ficium vt sanguis grossus exire possit: secundum tamen vene

minute

minute dispositionē. Fiat tñ flōmia facta prius ligatura stricta post fricationes cū venda supra genu: si supra genu venarū tumefactio extēdatur. Et si sint tñ infra genu tumefacte stringatur infra genu: & in omnib⁹ cōprimatur deorsum: vt grossa materia possit educi & tota vnius cruris educatur vna vice si virtus cōsentiat: & si nō partiatur vsq͂ dū educta sit ſm modū qui supradictus est: & cognoscet eius eductio totalis qñ nō stabit ipsarū apparēs tumefactio: & hoc expedito in vno crure post duos vel tres dies fiat sīlis operatio ī alio crure: si vene alteri⁹ cruris sint tumefacte. Qd si forte cōtingeret ꝓpter viscositatē & terrestreitatē humoris: qḋ nō obediat descensui deorsum: tunc oportebit aliqñ facere operationē. s. vt facta fricatione: vel embrocata tibia cū aqua calida vsq͂ dū vene rubeāt & exuberant fiat flōmia in diuersis partib⁹ cruris vt materia magis grossa appareat & materia inde euacuet. ¶ Cōsequēter fiat decēs ligatura incipiēdo a calcaneo bene stringēdo & sursum ꝓcedēdo vsq͂ ad genu: & sic fascia remaneat vsq͂ ad ꝯsolidationē flōmie postea dissoluatur & crus cū stipticis cōfortetur fomētādo: embrocādo: & vngēdo: & postea decēs ligatura fiat vt supra. Et cōsequēter post aliquos dies anteq͂ mēbrū exerceat fiat calcia de pelle canis per lōgū scissa. & cū cordula serica paulatim estringatur: & fascia ſm modū dictū superponatur vsq͂ ad tp̄s. Paulatim exercitati incipiat obseruādo in reliquis reginē ſm q͂ dictū est in dieta & medicinis: maxime cū vomitu & aliquibus flōmijs in manu vel brachio ad diuertendū: q꞉ tūc diuersio est necessaria ne aliquid deorsum fluat: qḋ fluere consueuit: postea cū per tp̄s tumefieri nō appareāt remoueatur fascia & calcia dicta stricta retineatur etiā per tp̄a: postea post multū tp̄s remoueatur semper regimine obseruato vt dictū est: q꞉ maximus timor est in tali passione de recidiua propter causas supra expssas. Et si per flōmiā venarū nō posset tota materia conuenienter educi: vt opus sit venas incidere: vel in totū remouere ad perfectā curā recurre ad ea que supra scripta sunt circa textus per me in. xxij. tertij ſm doctrinā Albucasis & modū obseruatū. Hic modū nō ponā propter nō prolōgare inutiliter. Et q꞉ dictū est: q͂ expedit post flōmiā vt mēbrū stipticis confortetur tam sunt ponēde medicine ad hoc valentes. Primo ergo fiat decoctio de qua facta cōsolidatione mēbrū epithimetur vt infra. ℞. rosarū absynthij: foliorū pirorū: & plātaginis añ. M. j. mēte. M. j. gallarū: balaustiarū: corticū granatorū añ. ʒ. ij. nucis cipressi: masticis añ. ʒ. j. ß. sandalorum rub. sanguinis draconis añ. ʒ. j. bulliant in situla vna aque vsq͂ ad quinte partis cōsumptionē: & de ea fiat emplastratio & cathaplasmatio: & si fiat cū spōgia infusa & superligetur erit vtile: postea fiat inūctio cū vnguēto vt infra. ℞. vnguēti sand. ℥. iij. olei myrtillorum. ℥. ij. succi barbe hircine: acacie añ. ʒ. j. ß. coriandrorū preparatorū: nucis cipressi añ. ʒ. j. rectificetur vnguentū pro vngendo. Posses etiā facere emplastrū cōfortatiuū vt infra. ℞. farine orobi. ℥. j. ß. farine fabarū. ℥. ß. olei myrtini & rosarū lotarum in aceto añ. ℥. ß. & cū decoctione supradicta fiat emplastrū. Posses etiā facere cerotū ex pulueribus cōstrictiuis cū dragaganto: mastice: & similibus. Valet vnguētū de cerusa & similia. Et cū his ordinatim positis perficietur intētio nostra. Ego tñ laudo nō minus ad curā debitū regimen in dieta & medicinarū q͂ ista localia: q꞉ sine obseruatione illorū ista essent timorosa. ¶ In localibus vero pro elephātia est cōmemorandū: vt dictum est circa tex. q͂ in applicatione medicaminū est timor: qñ si ad frigidū declinauerint dubiū est de impingendo materiā in mēbro: & si ad calidū dubiū est ne materia adusta magis malicietur et ad cancrenā transeat: ideo habēda est cautela maxime in regimine & purgatione cōtinuata: vt cū aliqua calida resolutiua applicari possint: debent talia esse cum hoc cōfortatiua & stiptica aliqualiter magis tñ & minus: q꞉ in processu magis resolutiua q͂ stiptica. In hoc ergo casu ad cōfortationē & exiccationē materie maxime si satis mobilia fuerit vel mollia cōuenit: si apponantur spongie magne noue supra crura tumefacta: quod fortiter superligentur: & fortius erit vt infundantur in aqua cineris caulū: ficus: & vitis. Et si placet potes facere embrocam lōgam cū aqua decoctionis lupinorum: vel cum dicto lixiuio imposito modico aceti & postea superaspergere de puluere vt infra ℞. tamarisci: sc. aneti toster. facti: sticados arabici añ. ʒ. ij. myrrhe. ʒ. ß. rosarū. ʒ. j. omnia puluerizabis & superaspergeas: et vt retineantur potes post inungere cum oleo absynthij: rosarum añ. ad hoc etiā valet farina fenugreci cum aloe. Et postremo si non sufficiant valet alumen cum fimo caprino si secū misceatur: & si infundatur in aceto felicitabitur operatio. In hoc tamen inherendū expertis cirurgicis: q꞉ aliquādo oportet remedia variare ſm magis & minus calidū: & magis & minus exiccatiuū: & aliqñ scarificare opꝫ & scalpellare ſm q͂ forte mēbrū sit in via ad corruptionē vel nō. Pro his igitur ad doctos recurratur cirurgicos: & his ad presens sum contentus. Et notate q͂ licet istud consiliū factum sit in casu varicū & elephantie: tamē ad omnes morbos melencolicos a diligenter considerāti iuuamentum prestabit: & precipue in melencolicis per adustionem ex sanguine & flegmate. Et sic sit finis.

¶ Pro magnifico comite. d. Joāne de barbiano de preseruatione a doloribus iuncturarum.

¶ Consilium. lxxxvj.

Pro preseruatione a doloribus iuncturarū pedū ex materia descēdente calida a dñio cholerica magis: laudo circiter mediū martij fieri mūdificationē corporis. Primo faciēdo vomitū leuē: si facilis fiat in eo vomit⁹ cū aqua tepida mixta cū oleo cōi: postea stante repletione sanguinea in quali peccās fiat flōmia de vena basilica educendo circiter. v. vel. vj. ℥. sanguinis. postea digeratur materia cum syrupis vt infra. ℞. syrupi ro. ℥. j. mellis ro. ℥. ß. aquarū acetose: rue: & absynthij añ. ℥. j. mis. cōtinuetur quinq͂ vicibus: postea sumat. ʒ. j. pillularum vt infra. ℞. reubar. elect. ʒ. ij. mirabo. citri. agari. turbith: hermodactilorum añ. ʒ. j. ß. diagredi: masticis: gariof. añ. ʒ. ß. conficiantur cū succo rosarū. Et potest de eis fieri minor q̄titas si placet ſm proportionē. Et iste pillule sumantur ſm modū aliarū medicinarum soluentiū sumendo lauatiuum ⁊c. Sequenti die sumatur ℥. ß. zuccari rosati. Si etiā interdū sumantur due de suprascriptis pillulis vt singulis. xv. diebus erit cōueniens. Et istud idē quod supradictū est obseruetur ad mediū septembris. Laudo etiā semel vel bis in hebdomada sumi coclear. j. de puluere vt infra. ℞. herbe rue: ossium humidorum combustorū ſm correspondentiā iuncturarū pedū: si fieri pōt subtilissime puluerizatorū. ℥. ij. liquiritie rase puluerizate. ʒ. iij. sumatur cū aqua mellis. Et his cōtentus sum obseruando regimen in reliquis hoc sicut verbo dictū est.

¶ Pro magnifico comite Joāne de barbiano pro ꝓseruatione a dolore podagrico a causa cholerica mixta sanguini quē dolorem tantū semel inciderat.

¶ Consilium. lxxxvij.

Magnifice. d. comes ⁊c. Hac die tantū oblata mihi oportunitate scribendi postquam vidi. M. V. q͂ ad vos promisi literis mandaui meis: summatim tamen & cōpendiose ea tantū referēs: a quibus abstinendū necessario est: et quibus etiam vtendum. ¶ Quantū igitur ad regimen circa aerem eligatur aer hyeme temperatus: vel ad paucam declinans caliditatem: estate vero ad paucam frigiditatē absq͂ humiditate: precipue in loco vestre conseruationis maxime accubitus: ideo camera humida nequaq͂ est conueniens. Cauendū etiā a vento maxime boreali: & precipue cum sequitur ad austrum. ¶ Exercitium autem & si iuncturas multum confortat & viuificet: non sit tamen laboriosum nimis maxime pedibus siue ex longa itineratione: siue ex saltu. sit igitur mediocriter factū hora tamen conuenienti vt in inane expulsis superfluitatibus cōmunibus ex egestione & vrina: que nisi per naturā & spōte educantur: iuuetur natura cū suppositorio vel clysteri cōmuni. Idē dico debere fieri saltē per horā vnā. ¶ Fricationes quoq͂ membrorū superiorū: vt spatularū & brachiorū in casu cōueniunt. Cauendū a fricationibus pedū laboriosis precipue: lotionibus etiā pedū ex aqua dulci: siue cōmuni fontis sunt nociue. Vbi igitur stet necessitas lotionis pedum fiat cū lixiuio: non tamen forti: in quo sit decoctū parū salis & rosarū: hoc dico nō existente aliquo dolore in loco: qñ si dolor presens foret talis lotio non cōueniret: nisi forte in declinatione parū. Cauendū etiā a coitu maxime super repletionē qñocūq͂ tñ fiat parce: habeat distanter a cibo. vij. vel viij. horis nullo modo stādo: qñ ille situs ad dolorē istū maxime prepararet. ¶ Sōnus in casu vestro magis cōueniens est q͂ vigilia. Sit igitur somnus. vij. horarū vel. viij. nocturnus & nō diurnus nisi stāte necessitate vel alia cōsuetudine. Nō sit tñ lectus de pluma multū molli. Vitāde sunt passiones animales precipue ira: furor: tristitia: & sollicitudo. Calciamenta etiā stricta multū nocēt. Inanitio etiā & ieiuniū maxime nocēt. ¶ Circa cibū & potū pro regula habeatur: q͂ diligenter opꝫ multū & bene masticare: & esse vnico cōtētus cibo vel duobus ad plus: neq͂ in comedēdo est multū tp̄s prolongādū: neq͂ post cibum indigestū opꝫ aliū sumere. Fugiēda est etiā omnis potus & cibi repletio: & etiam nauseatiua societas & ebrietas: sed si aliqñ ex

rare cõtingeret in abũdãtia cibi ꝛ potus quod nõ credit: tunc prouocet vomit⁹ vel saltẽ clystere cõe supponat vt cibus extra stõm trahatur. Specialiter tñ descẽdẽdo sit panis electus de frumẽto nõ salit⁹: neqꝫ in furno tostus: ꝛ si aliter nõ haberet cũ cultello remoueãtur partes sicce ꝛ aduste vitentur brodia spe ritiua: vt brodiũ cicerũ: fasiolorũ: cauliũ: ꝛ herbarũ calidarũ. ¶ Vitẽtur species maxime piper: cinamomũ: ꝛ crocus. Vtentur acria: acetũ precipue: ꝫ agresta: ꝛ succus granatorũ: si per sumant ꝓ alterãdis ferculis maxime in estate cõueniũt. A por ris: alleis: ꝛ cepis: ꝛ raphanis cauendũ tãꝙ ab inimico interfi ciẽte. A vinis potẽtibus ꝛ albis cauẽdũ est: imo vinũ nocet sꝫ ꝓpter cõsuetudinẽ bibat de nigro grosse substãtie non dul. sed austero mixtũ cũ aqua. s. decocta. A fructibus putrescibilibus aquosis est cauendũ: vt sunt ceresa: pruna tñ in parua q̃titate nõ incõueniũt si sint bene matura si per certũ tp̃s ante cibũ su mãtur. Poma etiã ꝛ pira cocta vt citonia satis cõueniũt. Si militer etiã melones in parua q̃titate nõ discõueniũt: idẽ intel ligo de cucurbitis. Cauẽdũ p̃cipue a ficub⁹: auellanis: et vuis. Inter carnes valẽt carnes capretorũ: pullorũ iuuenũ: ꝛ vitulo rũ. A carnibus magni corporis syluestrib⁹ cauẽdũ est. Ab aui bus etiã aquaticis: aues aũt minute ꝛ syluestres cõueniũt pre cipue turtures: fasiani: perdices: ꝛ alie aues minute p̃ter coturnices que nõ cõueniũt. ¶ Inter olera cõueniũt lactuce: ꝛ por tulace cũ aliquib⁹ bletibus: dimittẽdo feniculũ ꝛ petroselium: ꝛ ruthã precipue. Inter pisces cõueniũt parui petrosi: ꝛ maxi me in estate. Pisces aũt magni corporis nõ squãmosi: vt an guille: tenche nõ cõueniunt. In ferculis cõuenit panicũ ꝛ mi liũ in panigata vt aiunt. Far etiã ꝛ risum satis conueniunt in hyeme p̃cipue. Si etiã rũpant oua in aqua cũ modico agreste vel vino granatorũ nõ discõueniunt. A caseo etiã cauendũ est p̃cipue veteri ꝛ salso. A cibariis omnib⁹ de pasta maxime azi ma talia omnia nocẽt. Ad reliqua aũt cibaria discurrere pote stis: cõparãdo ad ea que sunt scripta: supra que sunt vtilia vel nociua. Et his sum cõtẽtus quãtũ ad regimẽ obseruãdũ in die ta. ¶ Circa medicinalia breuiter laudo omni anno saltẽ tp̃e hyemis fieri flõmiã de vena basilica dextri brachii euacuando circiter. ℥. vj. Si etiã fiat similis flõmia veniẽte autũno erit cõ ueniens. Laudo etiã fieri purgationem semel vel bis in anno. Primo predigestis materia tp̃ibus vt supra post flõmias fa ctas. Fiat igitur digestiuũ vt infra. ℞. syrupi ros. ℥. j. syrupi de granatis: ꝛ mellis ro. aã. ℥. s. aquarum endiuie: ꝛ acetose: ꝛ bu glo. aã. ℥. j. misc. cõtinuetur quinqꝫ vicibus. Postea sumantur pillule vt infra. ℞. mirabolanorũ citri. ʒ. iiij. reubarbari. ʒ. ij. hermodactilorũ: agarici: turbith aã. ʒ. j. s. diagredii: masticis: gariofi. aã. ʒ. s. conficiãtur cũ succo ro. ꝛ fiant pillule: que sumã tur hora qua sumi consueuerunt medicine solutiue. in dosi. ʒ. j. pro vice: si non sufficiat exhibeantur vsqꝫ ad. ʒ. iij. postea suma tur lauatiuũ cũ aqua or. vt fieri solet. Et sequenti die sumat de confectione vt infra: hoc est vt supra. ℞. zucchari ro. ℥. s. dya buglossati. ʒ. ij. misc. ¶ Laudo tñ vt anteꝙ sumãtur pillule per horã ante vel duas fiat vnũ repercussiuũ in crure supra pedes ꝛ vel etiã ambos pedes cũ pecia infusa in oleo ro. cõquassato cũ modico aceti. Et cum istis spero erit preseruata magnificentia vestra a casu in dolores iuncturarũ precipue pedum. Et his sum contentus ꝛc.

¶ De curatione ꝛ preseruatione a casu in egritudinẽ podagri cam pro magnifico. d. Thoma de bononia ducali consilia rio dignissimo. ¶ Consilium. lxxxviij.

Casus magnifici dñi Thome de Bononia viri pa tricii ducalis precipui ꝛ comitis dignissimi est egri tudo podagrica periodica bis vel ter in anno in tẽ poribus aptioribus ad eã affligẽs: vt tẽpore veris propter motũ sanguinis ꝛ humorũ in cor: ꝛ in tẽpo re autũni propter maliciã humorũ ꝛ debilitatẽ digestionis: et antecessionẽ dilatationis meatuũ in estate precedenti: que di spositio tñ tribus iã vicibus vel quatuor affligit. Erat ãnorũ quinquaginta vel circa. Sãguinee cõplexionis ſm totius habitudinẽ: imo etiã ꝛ talis egritudo dolorosa est per viã de fluxus ex materia sanguinea ad flegmaticã declinãte. i. incli nato ad qualitatẽ flegmatis ipso sanguine. s. in latitudine ei⁹ nõ tẽperato. sed ad frigidũ ꝛ humidũ declinãte. Credo tamen cũ hoc sanguine partẽ flegmatis cõmisceri aggregato flegma te per indigestionẽ ꝛ propter ociũ corporale cui subiicitur vt cõ sulares decet viros cũ animali labore in discurrendo ꝛ cogitã do circa cõsiliabilia ꝛ agibilia. Manifestat autem dolorẽ pen dere per viã defluxus materie ad pedes subitus euentus et ca sus in paroxismũ dolorosum. Declarãt aũt materiã color loci cũ eleuatione non multum magna ad rubeũ declinante: ꝛ cum tactu ꝛ pulsatione ꝛ grauitate. Cũ tactu calido nõ intense ni mis: ꝛ tarditate dissolutionis cum sit curatio: stãte etiã habitu dine sanguinea ꝛ vrina quasi semper ad rubeũ declinante. Et licet videatur in eo quasi quedã inclinatio et hereditaria suc cessio ad hos morbos propter antecessores eius: qui hoc vel simili morbo laborauerũt: tamen vt arbitror a casu in dictos paroxismos prohiberi poterit: tum qꝛ non est necesse: ꝙ si pa rentes fuerint taliter dispositi: ꝙ propterea similis sit futura dispositio in genitis: qm̃ licet spiritus decisi a pedibus per vẽ sum tẽpore generationis fuerint mala qualitate affecti inclusi tamẽ dicti spiritus in materia seminali prolifica potuerũt cor rigi a malicia in virtute spirituũ principaliũ mẽbrorũ potentũ quorum sperma proprius sit prolificum. Etiã esto ꝙ dicti spiri tus decisi a pedibus essent alterati ꝛ maliciati aliqualiter: et parati ſm se imprimere similẽ dispositionẽ in materia: ex qua debent generari pedes in genitis: ſm quã impressionẽ reddan tur pedes debiles ꝛ egrotatiui. Cõtingit tñ materiã nõ esse pa ratã receptioni dicte impressionis vel in se: vel propter austra lem influxũ dicte materia cõfortata: ꝛ consequenter non fiet impressio maliciosa. Et ita esse extimo factũ tẽpore sue gene rationis: quod satis euidenter suadet: qꝛ quasi tẽpore vite sue fuit sanus ſm dicta mẽbra: ꝛ tantũ a duobus vel tribus annis proximis fuit in eo manifesta talis lesio. Cum qꝛ multis labo ribus etiã corporeis alias subiect⁹ fuerit: vnde si impressa fuis set lesio habitualis fortis a generante in pedibus geniti mul to iam tẽpore superiore in hãc dispositionẽ incidisset. Est igiẽ sperandũ ꝙ a casu in dictos paroxismos poterit releuari exi stente adhuc quasi morbo in principio q̃tum ad hunc casum. Nam de hoc dicebat Aui. Et cũ succurritur doloribus iunctu rarũ in primis cum apparent: fiet eorũ cura facilis ꝛc. Et sup posito ꝙ ibi esset aliqualis malicia relicta ex progenitorib⁹ ad suscipiendũ nocumẽtũ de materia fluente: qꝛ tñ vt dixit Sera pio quarto breuiarii cap. xxiii. In omnibus mẽbris prepara tis vt accidat eis aliquid ex egritudinibus: que fiunt ex mate riis necessariũ est vt aggregentur in eis iste due cause. s. multi tudo superfluitatis ꝛ debilitas mẽbri recipientis. hec igitur so la causa de debilitate mẽbrorũ non sufficit: sed etiã requiritur multiplicatio superfluitatum ad inducendum tales morbos. Sed vt constat cum bonitate regiminis ꝛ obseruantia quoru dam medicinaliũ prohiberi potest multiplicatio dictarũ ma teriarũ in toto: et consequenter a virtute non transmittentur ad iuncturas per naturã etiã debiles: ꝛ exinde non fiet dolor. ¶ Ad hoc igitur vt occurratur aggregationi ꝛ multiplicatio ni dictarum materierum in toto. primo ponetur regimen in dieta conuenienti. secundo ponentur quedam medicinalia ad preuisionem: ꝙ si pur occurreret ꝙ paroxismum incideret ꝙ deus auertat: annectemus etiam ea que in paroxismo magis valebunt ad remotionem eius. ¶ Circa igitur regimen in die ta. Primo circa aerem: eligatur aer in hyeme tẽperatus: vel ad paucam declinans caliditatẽ: estate vero ad paucã frigidi tatem absqꝫ humiditate: qm̃ per humiditatem iuncture mul tum relaxantur ꝛ passibiles redduntur ad receptionem super fluitatũ aliunde transmissarum ad eas: ideo fugienda est habi tatio apud lacunas ꝛ stagna ꝛ hoc precipue obseruetur in se re propria habitationis ꝛ accubitus: ideo camera humida: neqꝫ in loco terreno posita nequaꝙ est conueniens. Etiam cauen dum est a vento maxime boreali: ꝛ ab aere grosso et nebuloso: quoniã multum nocet. Idcirco maxime cauendũ tempore esta tis ne moretur in sero sub radiis lune. Tempore ergo hyemis quo aer est naturaliter frigidus ꝛ humidus: est primo corpus pannis bene cooperiendũ: ꝛ maxime pellibus vulpium: que in hoc casu maximã habent proprietatem. Est etiam aer camere rectificandus cum igne facto ex lignis quercus ꝛ ꝛ lignis iunipe ri: lauri: ꝛ similibus calidis aromatizatis: aliquando impo nendo stipites salute: rorismarini ꝛc. vel saltem suffumigare ca merã cũ puluere posito super prunas vt infra describitur. ℞. thuris: cinamomi: nucis mus. gal. macis aã. ʒ. ß. misc. vel si vo lumus potest fieri formula ex his: ꝛ cum storace liquida: ꝛ ma gis valebit. ¶ Exercitiũ autem: ꝛ si iuncturas multum confor tet ꝛ viuificet: non tamen sit laboriosum nimis maxime pedi bus: siue ex longa itineratione: siue ex saltu: siue ex longa sta tione: qꝛ ex talibus fit defluxus materierum ad pedes. Vnde dicebat. A. in cautela a doloribus iuncturarũ. Et vtatur exer citio tẽperato ꝛ equitatione: ꝛ non superfluat in eis: quoniaꝫ excitant podagrã et dolores. s. superfluũ exercitiũ et superflua equitatio: ꝛ tunc maxime cõuenit quando corpus est maxime mundũ.

In animalibus passionibus tristitia: ꝛ vrina multum subtilis
non colorata cū modica ypostasi. Debilitas vocis ꝛ anhelit⁹
ꝛ in hac maxime nodi multiplicantur. Sanguis a vena extras
ctus est multum squalidus ad terreū declinans ꝛc. ¶ Istis sic
declaratis quilibet parū exercitatus in medicina diligēter cō
siderans accidētia pterita ꝛ psentia huius. d. Hermani facile
concludere poterit qualis fuerit ꝛ qualis actualiter sit hec dispo
sitio. Fuit ergo in principio vt dicebatur in via ad leprā i īmo
in eius principio sanguinee. s. ꝛ cholice per adustionem. Nunc
vero est in via salutis: immo quo ad intrinseca mēbra iā sanus
factus est: que duo manifeste declarari possunt si primo remos
ueatur difficultas que hic oriri legitime posset. Nam suppono
lepram pendentē ex adustione cholere rubee posse curari: ꝛ tñ
mens Hali. videt sonare op. expresse. dicit enim. viii. theorice
c. pprio circa literam. Sunt quidē elephātie species due. alte
ra que fit ex chol'a nigra quā sanguinis dicimus esse fecē ꝛ pur
gamentū mēbrorū casum nō inducens: purgat vero nonnūq̄.
Altera vo ex humore fit nigro q̄ ex cholere gñatur rubee adus
stione in qua mēbrum est cōmestio a qua quis nulla cōualescit
medicina. Que snia ꝛ si difficilis videat. tamen soluēdo breuis
ter dicat q ille textus hꝫ intelligi stante iā morbo confirmato
ꝛ in statu ꝛ nō in pricipio qd manifeste pꝫ per hoc q. d. in qua
mēbrorum est cōmestio. ꝛ hoc est accidens status ꝛ non princis
pii. Uel aliter dicatur q ab hoc morbo fere nunq̄ fit curatios
sicut in aliis speciebus. ꝛ hoc qr vtplurimū ad istos morbos
in principio nō est cura ꝛ diligentia. ꝛ cum sunt cōfirmati nō
sunt sanabiles: qr itaq lepra pendens per adustionē cholere
in breui multum tēpore respectu aliarū venit ad statum ꝛ cōfirs
matur. Idcirco dicit a qua quis nulla conualescit medicina. i.
in pluribus. ¶ Ad ppositū itaq redeūdo primo declarat pri
mum: vt qd fuerit in principio lepre. Primo inspecta ei⁹ faciei
dispōne. erat eñi eius color subcitrinus ad rubeū aliqualiter
declinans ꝛ maxime oculi ad rubeū declinabant. Apparebāt
etiā quedā morpheatica per faciē collum ꝛ per alias partes
erāt etiā nodi notabiles in tibiis. Erāt quoq eminētie quedā
super facie. Et vox fuit notabiliter rauca. Urina ēt erat subcis
tis multū cū ypostasi multū arenosa ꝛ circulo nigro. Somnia
eius mala ꝛ terribilis grauitas aliqñdo in somno. Manus
quoq erant multum oleaginee que oīa simul sumpta certe cō
cludunt ipsum fuisse in principio lepre. Sed qd fuerit in spes
ciali de qua supra dicebatur declaratur per accidētia talis
speciei discurrēdo: ꝛ maxime per regimē precedens. Fuit enim
plurimū exercitatus equitando a patria ad curiam romanā
pluribus vicibus ꝛ redeundo ꝛ tpe maximi estus ꝛ vsus vinis
potentibus ꝛ speciebus: ꝛ forsasse cum esset in patria min⁹ tēs
peratus in re vxoria. Et sic dico de reliquis declinantib⁹ pars
tim ad sanguineū partim ad cholericum. ¶ Ex opposito vero
declaratur secundū vt q membra interiora sunt reducta etiā
cōsequenter qd exteriora sint in reductione q̄ sicut testatur domin⁹
Aui. in capitulo pprio. Manifestat primo in mēbris. i. extrin
secis nocumentū. deinde in intrinsecis: ꝛ hoc qr extrinseca des
biliora sunt. Et ex hoc sequitur q tardius sanant exteriora ꝛ ci
tius interiora qr sunt fortiora. Declaratur ergo q interiora iā
sint sana ꝛ primo ex operationib⁹ qr epar qd est hmōi pncipiū
nō generat nisi sanguinē laudabilē: q pꝫ ex colore faciei bonis
ficato ētiā q generat spūs subtiles: nec cū eiusdē miscent vapos
res melici: qr nō somniat terribilia somnia: imo suauia ꝛ pla
cibilia: ita vt aliquando sibi appareat volare alis currere mul
tum ꝛ videre res gratas qd ostēdit psentiā sanguinis ꝛ humos
rū laudabilium iuxta illud Gal. vltimo verbo de somniis. Que
igit vitēt qui egrotāt in somniis cōindicabunt plerunq nobis
indigestiōis ꝛ qualitates humorū. Urina ēt bona est ꝛ in subs
stātia corpore ꝛ cōtentis maxime ypostasis laudabilis est cuꝫ
circulo bono: bene appetit: bene digerit: recte discurrit ꝛ sic dis
scurrendo per omnes dispositiones mēbrorum principalium
omnes valide sunt ꝛ bone: vox facta est sicut sana in exteriori
bus ēt bonificat⁹ est color faciei ꝛ oculorū. Manus facte sunt
aspere satis nō amplius sunt vnctuose. Nodi tybiarū sunt res
moti. Multe eminētie faciei sunt remote. Unde per hoc firmis
ter cōcludi pōt q iā curatus est ex lepra. lꝫ pcedētis morbi alis
qua adhuc signa remāserint. Et pro hoc facit qr natura nō po
test simul cōtrariis moueri motibus. Cū igit lepra sit egritudo
vt dictū est in principio qua corrūpit cōplexio mēbrorum cōti
nuo: ꝛ per declarata superius iam manifeste rectificatur mems
brorū cōplexio: sequitur ꝛc. Et pro hac firmanda sentētia fieri
possunt ille experiētie sm q scriptū est superius sm q ego feci
ꝛ certe apparebunt laudabilia tantuꝫ signa ꝛ nulla suspecta.
Nec obstat proposito nostro q tēpore habeat insensibilitatem
aliquā partiū corporis. Primo qr illa insensibilitas sibi ince
pit euenire. vi. annis antecedentibus ad illā dispositionem in
vno digito manus. ii. qr talis stupor eueniēs in huiusmodi ca
su: aut peruenit merito opilationis facte maxime in origine
neruorū: aut a mala qualitate indisponente instrumētū vt spi
ritū: aut indisponente organū vt siccitate indisponente mem
brum ꝛ duritie: qũo dicitur secūda tertii. c. de stupore q ppter
duriciē nerui cōtingit in tactu pedis in cōparatione ad tactū
manus sicut stupor. Aut propter paucitatē spirituum ꝛ virtu
tis debilitatē vt in morientibus per viā resolutionis euenire
solet. Nō fit per opilationē maxime in origine neruorum qr
illud accidēs maxime manifestaretur in extremis q sibi nō fit
qr pedē sinistrū habet egregie sensibilē. Neq fit mala qualita
te qr esset toti cōmunis quod nō est. Neq fit a siccitate ꝛ duris
tie organi quia ex quo est passio communis saltem tactus pes
dis absolute esset debilis respectu tactus manus: q non est cō
parando sanū pedē manui lese. Neq ppter virtutis debilitas
tē qr nō in omnibus est extremis qd tñ esset. Restat ergo q pens
deat a cā primitiua aliqua q̄ sic leserit organū vt neruū veniē
tem ad illud brachium vel tibiā qd non ad alia mēbra vt verbi
grā: si ab aliqua causa esset aliquo mō spōdilis mota a qua ra
mificat neruus sic dans sensum illi membro q non alteri. Et
pro hoc maxime facit qr doctores insignes ponūt q stupēt ali
qñ certe partes corporis vt nares ꝛ partes posteriores pedum
infra talū vel cauillam q non est in hoc in vtroq pede. Et pro
pter hoc saluis bona cōsciētia credo q istud accidēs non pēdet
ab hoc morbo vt dictū est. Et hec sufficiant quo ad principalia
duo prima de quibus supra. Et ex hoc legitime inferi potest q
cōuersatio dicti dñi Hermani non est futura nocumento secus
cōuersantibus. ¶ Nūc deuenio ad tertium principale vt ad re
gimē pro hac dispositione: ꝛ primo pseruatiuo scdo curatiuo.
Primo ēt ponēdo regimē in. vi. rebus non naturalibus q cōs
mune est ꝛ in pseruando ꝛ curando quodāmō saluo q in cura
tiuo opꝫ vti regimine magis humectatiuo: ꝛ ad calidiora pos
simus declinare. Notando tñ vt traditum. vi. colliget. vii. ca. ꝛ
alibi pluries inter distēperātias compositas frigida ꝛ sicca est
deterior. Idcirco in hac: ꝛ ad pseruationē: ꝛ ad curā debent homi
nes pcipue obedire: potissimū ppter verba q̄ dixit Gal. vi. de
reg. sani. c. vii. cum dixit Sanatiua vero ars illos qui obediūt
ei custodire sanos pmittit: his autē qui nō obediunt talis hec
ars existit ac si nequaq̄ esset. Et qr dixit Gal. iii. techni q aer
quocunq alio magis nos immutat. Primo eligatur aer pas
rum ad calidum declinans ꝛ humidum: magis tamē ꝛ minus
sm subiecti ꝛ speciei dispositionem. Et qm aer calidus ꝛ humi
dus ad putredinē est facilis ideo dꝫ haberi obseruantia ne sit
humidū humiditate mala vt est humiditas stagnorum ꝛ ciuis
tatum in paludibus reclusarum in quibus sepe humectat aer
ex vaporibus grossis feculentie ciuitatis ꝛ bestiarum mortuas
rum. Habitet ergo in domo eleuata ꝛ circa extrema ciuitatis
vbi aer purior est: ꝛ in domo que a vento percutiatur orientas
li ꝛ sol ingrediatur in ea. Sol enim dissoluit putredinem aes
ris ꝛ subtiliat ipsum ꝛ purificat. Ideo non est laudandus aer
stuffarum qui stuffis etiam male modis aliquando clausis no
tabili tempore detinetur. Dormiat igitur in camera inter duo

solaria constructa cuius aer libere euentetur. Et si pur aliqñ
aer ad frigidum ꝛ siccum declinaret: vel calm ꝛ siccū qd in hoc
casu maxime nocet propter adustionem que fit in humoribus
tūc altereꝛ aer cum aliquibus aromatibus aut ad frigidū de=
clinantibus aut ad humidum ſm ꝙ dispositio exigit. Exempli
gratia cū intendimus infrigidare cum aspersione per came=
rā tpe estatis cū folijs vitis: ꝛ rosis: ꝛ huiusmodi frigidorū que
folia si nō reperiantꝛ recētia fiat decoctio in aqua ꝛ aceto rosa=
rum: ꝛ sandalorum cū modico camphore ꝛ similiū: ꝛ si inten=
damus infrigidare: fiat aspergefactio camere cum aqua ꝛ vi=
no odorifero valde vel cū aqua modice decoctiōis corticū citri
gariofilorum ꝛc. Cauendum ergo ab itineratione tempore ma
gni estus ꝛ magni frigoris: ꝛ hoc de regimine aeris in quo stu=
diū adhibeaꝛ singulare: qm̄ vt dicit Rabimoyses hoc est ra=
dix in principio regiminis corporis ꝛ aīe ꝛc. ¶ De motu ꝛ qete
dicatur primo ꝙ exercitium temperatum est conueniens vt fa=
ctum in mane pedes vel eques a ere claro suauiter vsq ad ali
qualem lassitudinem: verbi gratia durando per horas pedes:
ꝛ per horam cum dimidia eques: incipiendo a leuiori ꝛ proce=
dendo ꝛ intendēdo tandem remittendo vsq ad quietem: hoc
tamē non fiat nisi facto exercitio particulari: vt anteꝙ surgat
de mane fiat leuis fricatio per totum corpus incipiendo a cru
ribus ꝛ postea ascendendo ad spatulas ꝛ brachia ꝛ thoracem
ꝛ descendēdo etiam ad crura tandem: quo facto fiat euacuatio
supfluitatū cibium naturaliter: ꝙ si natura per se non suffecerit
iuuetur cum suppositorio vel clisteri cōmuni: deinde fiat leuis
pectinatio capitis: tandē fiat exercitium de quo supra: postea
quiescat per horam ante assumptionē cibi: ꝛ idem conueniēs
erit si fiat ante cenā. Aduertendū tamen ꝙ nō incipiatur nisi
postꝙ transierit cibus ad epar: qd vt plurimum fit in septē ho=
ris. In tpe vero quietis viuat letus plerūq cum sono cordarū
de cantu. ¶ De somno ꝛ vigilia dicatur breuiter ꝙ licet som=
nus cōmunis sit septē horarū: in hoc tamē casu cōcedi potest
vsq ad nouem: qꝛ per somnū maxime corpora humectantur:
qd principaliter intenditur in proposito. Et sit talis somn⁹ no
cturnus vel partim diurnus: vt de mane factus: sed si aliqua cō
tingentia non posset de nocte sufficienter dormire cōcedi po=
test dormitio diurna vnius hore vel duarum: non tamen fiat
nisi post prandiū adminus per horas: ꝛ non fiat in lecto nimis
suaui maxime tpe estatis ꝑpter supercalefactionē mēbrorū: ꝛ
nō dormiaꝛ super latus dextrum nisi parū: immo obseruetꝛ in
hoc regula. d. A. ꝙ in principio dormitiōis ponat se super de
xtro latere per horam vel circa: postea ponat se super sinistro ꝛ
dormiat sic per totam noctē vsq ad mane: ꝛ tunc ponat etiā
se super dextro: qm̄ tūc ꝑparaꝛ ad exitū superfluitatū cibum.
¶ De inanitione ꝛ repletione dicaꝛ summarie: ꝙ vtraq excel
lenter facta nocet. Inanitio quidē nimia vt ieiunia qꝛ inflam
mant ꝛ preparāt ad adustionē ꝛ maxime in isto nostro coleri=
co. Repletio ēt nimia nocet pro quāto ꝑparat ad putrefactio=
nem ꝛ macrefactionem ſm sententiā. A. tertio canō. fen. xiij. ca.
de eis q̄ nocēt stomacho: cū dixit. Ex rebus magis inimicis sto
macho est repletio: ꝛ ꝑpter id non augetur corpus gulosum:
qm̄ cibus ei⁹ nō digeritur quare non crescit ex eo. Comedatur
ergo bis in die nisi esset festū solēne qd pro fide esset obseruan=
dū ꝛc. Et parce semper comedatur remanentibus adhuc reli=
quis famis. parcius tamen in prandio ꝙ in cena: qm̄ in nocte
magis ꝛ perfectius laborant virtutes naturales ꝙ in die: ꝛ sic
sese fortificantur vt pꝫ intuenti. ¶ De cibo ꝛ potu breuiter di=
catur primo generaliter ꝙ cibus sit facilis digestionis et boni
chimi: qꝛ maxima intentio in omni melācolica materia est hu
mectatio laudabilis nutrimenti. Sit ergo eius panis primo
de tritico bene mundo non antiquus vltra tres dies. nec nou⁹
eiusdem diei: ꝛ maxime non sit calidus sed sit medius. Sed si
venter esset aliquando constipatus fiat aliquo modo furfura
tus: sit tamē semper cum modico fermento. Non comedatur
vstus ad ignem nec salsus nimis: parum tamē salis conuenit.
In casu tū nostro vbi pur materia fuerit calida cōueniret cō=
miscere parū de farina ordei cū farina tritici. Et erit meli⁹ cuꝫ
hoc semper ꝙ nō comedatur panis nisi in furno coctus. Car=
nes vero eorū sint gallinarū satis pinguium ꝛ ꝑcipue brodia
earū: qm̄ in brodijs earū inest ꝑprietas rectificandi malitiam
humorū melēcorū. Nō sint tū antique vltra duos annos ſꝫ iu=
uenes: ꝛ bonificaꝛ operatio earū si cibenꝛ ſm modū Rabbimoy
ses hoc mō. Ponanꝛ galline magne ꝛ parue in domo ampla
liberi aeris in qua nō sit stercus neq sordicies imo mūdeꝛ sepe
locus earū. Et sit cibus quo debeāt nutriri factus ex farina or
dei distemperata cū lacte: ꝛ cū hoc admisceantur frustra carū

earū ꝛ administreꝛ illic de aqua: ꝛ istud brodiū maxime valebit
in leproso: vt voluit Auēzoar. c. proprio in fine. Valent etiam
carnes caponū: fasianorū: ꝛ aliorū volatiliū nō degentium in
aquis vel paludibus. hic ēt precipue aliqñ turtures laudātur:
lꝫ ad siccitatē declinēt. ¶ De quadrupedib⁹ laudātur carnes
arietine iuuenes maxie tpe hyemis ꝛ de edinis tpe estatis ēt
vitulinis ꝛ porcinis iuuenibus nō pinguib⁹ partibus: sed de
coxa ꝛ de spina dorsi. De siluestribus ꝯueniunt carnes capre=
lorum: cuniculorū tū iuuenū ꝛ aliorum similiū facilis digōnis.
Inter pisces ꝯueniunt singulꝛr petrosi parui squāmosi nati in
aquis claris currētibus. Et si non laudanꝛ pisces anulosi vt
anguille nec hmōi pisces lacuū. Et ꝑ correctione istius in co=
ctiōe laudaꝛ vt imponaꝛ parū vini albi: vel ponaꝛ de feniculo
petrosilino: saluia: ꝛ hmōi Supra tū oīa nutriētia conueniūt
oua sorbilia gallinarꝫ ī principio cibi. De herbis ēt cōueniūt
blete: spinachia: ſꝫ ꝑcipue borago: ꝛ buglossa lactuca ēt in hoc
casu cōuenit. ꝛ in estate feniculus ēt cū saluia vꝫ. Vinum eius
sit albū subtile clarū nō potens nimis: ꝛ misceaꝛ cū aqua deco=
ctionis zucchari plus vel minus ſm ipsius potentiā: vel saltē
si sit de vuis nigris sit medij coloris. ¶ Vnū tamen aduerten=
dū gñaliter ꝙ nullo mō tpe vel loco sumat cibum qui incipiat
putrefieri etiā modica putrefactione. vnde aliqui doctores ꝓ=
hibuerunt comedere ferculū qd remansit nocte vna ꝛc. Inter
radices cōueniunt singulariter cortex radicum lingue bouis:
qm̄ vt dixit Rabbimoyses hꝫ in se proprietatem in dilatione
anime ꝛ delet melācoliā ꝛ extirpat ipsam ex toto. Cōueniunt
rape: ꝛ napi: ꝛ radix feniculi: ꝛ endiuie. Fugiēdum est a cepis:
porris: alleis: ꝛ huiusmodi acutis: maxime cum lacte ꝛ specie=
bus: qm̄ forte ministrum taliter factuꝫ quo cōiter vtuntur dñi
Alamani est causa euentus in hac dispositione. Et generali=
ter oīa acuta calida si coniunganꝛ cū his que faciliter merito
modi substantie putrescant sunt cā talis dispōnis. De granis
leguminū breuiter est dicendū: abstinendū est ab oī gñe eoruꝫ
tū brodia maxie cicerū interdū cōueniūt. Inter fruct⁹ vero in=
terdū valēt amigdale vue passe: ꝛ alique recētes cū aliquib⁹
ficub⁹. Castanee euitenꝛ cū auellanis ꝛ nucib⁹ ꝛ nespilꝛ. ¶ De
reliquis aliqñ ꝛ parū cōcedi pōt: ita tū vt obseruetur ordo in co
mestiōe vt sit ꝑ regula ꝙ cibi lubrici ꝛ faciliter passibiles sunt
preponēdi ante pastū: maxime si venter sit ꝯstipatus: ita tū ꝙ
nō immediate post lubricū sequaꝛ stipticus vel non lubric⁹:
qm̄ vterq simul extra stomacū ꝑcipitareꝛ. Immo obseruetꝛ il=
lud ꝙ dixit Gal. ij. alimentorū. c. de prunis in fine vbi sic dicit
ad literā. Et interrūpemus aliqd tꝑs ꝛ nō mox prandem⁹ post
ipsa. s. pruna. Et statim post dixit ꝙ hoc cōe est oī qd laxat. Et
in hoc cōcordat. dicit Rasis quarto almāsoris. c. de cibatione
vbi postꝙ dixit ꝙ fructus de quibus loquiꝛ sunt pruna ꝛ ficus
vue ꝛ hmōi. subdit. Postꝙ aūt cōederit fruct⁹. s. ꝑdictos ali=
quo interposito spatio cibū quē dꝫ comedere edat. hoc tū itelli
gaꝛ de cibarijs in quib⁹ est notabilis diuersitas in lubricitate
ꝛ nō lubricitate: qm̄ in illis ī qb⁹ est modica dñia vt inter panē
remollitū in brodio ꝛ nō remollitū istud nō opꝫ obseruari. Ad=
daꝛ etiā pro cōplemento ꝙ fiant cibi qui in se boni sunt ꝑ artis
ficiū placibiles: qm̄ super hoc dixit Azarau⁹ particula. xxvj.
in principio. Et si possibile est ꝙ cibus sit laudabilis ꝛ delecta
bilis per naturam: vel per artificiū: tunc est felicitas adimplē=
da: ꝛ addit maxime hoc in infirmis ꝛ conualescentibus. ¶ De
coitu dicaꝛ: ꝙ ꝑtermittendus est: ꝛ maxime non fiat sup reple=
tionē: nec cum muliere leprosa: nec menstruosa: vel in disposi
tione ad futura menstrua de propinquo: nec cum muliere cum
qua coierit vir leprosus. ¶ Et qꝛ vltimo circa res non natura
les manifeste apparet ꝙ passiones anime mutant corpus ma
gna ꝛ manifesta mutatione. videmus enim hominē ꝙtūcūq
robustū qñ inuaserit eum timor omnes amittere operationes
virtutū tam naturalium ꝙ aīalium ꝙ vitalium. infrigidatur
eīn corpus deicitur pulsus: ꝛ facies pallet: vox tremit. E contra
in letitia ꝙtūcūq homo fuerit debilis de se ꝛ deiecta virtu=
tis: si tū fiat vincens ꝛ letus fiat fortificanꝛ virtutes omnes ele=
uat vocē faciem dilatat pulsum magnificat: ꝛ totum corpus
validū fit. Idcirco opꝫ in hoc maximo morbo melancolico vt
singularis ꝛ ꝑcipua sit solicitudo in passionibus tristib⁹ remo
uendis: fugiēdo occasiones timoris ꝛ tristicie ꝛ huiusmodi in=
quirendo causas iocūditatis ꝛ gaudij. Et qm̄ has quietāt pas=
siones animales nō est medici vt medicus est: sed magis mora
lis philosophi: non vlterius in hoc insistam sed ad medicina=
lia magis deueniam. Et hec de isto principali. ¶ Ad medici=
nalia veniendo: quia preter ea que superius in rebus non na=
turalibus dicta sunt ea que cōferunt ad preuisionem hui⁹ inf

ne recl

ne recidiuet sunt etiã ea que ponuntur in regimine curatiuo sta tui contingeret idẽ bis replicare deuenire ad regimen vere curatiuum. Ubi duo principalr faciã. Primo ponam verum regimen curatiuum si curari põt ꝛ non palliatiuum. scdo veniam ad queda accidẽtia ↄtria ipsum morbũ. Et pro p̃io duo fient. Primo ponã ea que interius debent administrari. scdo ea que exterius. Et eorũ que interius post digestiua: deinde euacuatiua. Pro cuius intelligentia sciendũ: ꝙ medicinarum que interius sumende sunt quedam respiciunt humorem peccantem digerẽdo: quedam euacuando: quedam vtroqꝫ modo. Et quoniam talis hũor tripl'r peccat grossitie opillationem faciente siccitate: et adustione in membris siccitatem ꝛ adustionem inducente. idõ expediens est ꝙ medicine huius humoris digestiue sint subtiliatiue propter grossitiem: ꝛ apertiue propter opillationem: ꝛ humectatiue ꝛ aliquo modo infrigidatiue propter siccitatem ꝛ adustionẽ humorũ ꝛ membrorũ. Uerũ qꝛ fortiter aperientia non sunt exhibenda nisi facta aliquali mundificatione quia alias magis opillarent vt voluit expresse. d. Aui. p̃ia. quarti. c. de effimera et opillatione cũ dixit. Et nõ properes ante euacuationẽ ad mũdificandos meat⁹ ꝛ apertionem: id enim fortasse est causa attrahendi humores subito ad quosdam meatus ꝛ inuiscandũ in eis: ꝛ id est res in qua sunt errores plurimi ꝛ fortasse addit in opillatione. Ideo primo fienda est leuis ventris lenitio: ꝛ tãdẽ exhibeant digestiua postea euacuatiua. ¶ Prius tñ ꝙ ad descriptiones deueniã opꝫ p̃io remouere aliquas difficultates que legitime in sequẽtibus moueri possent propter apparẽter quosdã textus aduersantes ꝛ cõtradicẽtes. Nã dubiũ est nũquid i lepra cõpetat eductio. Et nũquid si cõpetat debeat fortis esse ꝛ frequẽter facta. Dimissis igitur cõtradictionibus partiũ quia nõ est p̃ntis negotij dicat breuiter ꝙ lepra aut est in via vt confirmetur: vel iam est confirmata ꝛ fixa. Et si primũ: dico ꝙ tũc cõpetit eductio etiã aliqñ copiosa: vt cũ nocumẽtũ est i sanguine per flõmiã: ꝛ si i alijs per farmatiã. vñ Serapio. c. preprio Intentio in curatione lepre humoris vincentis est euacuatio ꝛ hoc principio ꝛ anteꝙ induretur ꝛ in duritiem lapideã transeat obedit medicis que attrahunt eũ ꝛ euacuant eum ꝛ resoluunt cum medicinis que abstergunt. Et hanc eandem sententiã voluit. d. A. in principio. c. de cura dum dixit. Oportet vt incipiatur in ea cum euacuationibus ꝛ mundificatione anteꝙ ingrossetur egritudo. Et cum tu verificaueris quod illic est sanguis plurimus corrupt⁹. tunc oportet vt incipias ꝛ flõmes flobothomia vltima. Et pro hoc possent rationes ꝛ alie adduci auctoritates. Si autem ſm extiterit tunc non est euacuandũ saltẽ multum ꝛ vehementer sed interdum parum. Et pro hoc est serapio vbi supra parũ post cũ dixit. Cũ ergo peruenit res ad grossitudinem terrestrẽ cõpletã non euacuatur oĩno neqꝫ resoluitur. Et illud oĩno intelligatur. i. totaliter qꝛ in cõfirmata ad prolongationem vite conuenit cũ medicina debili euacuare per intestina et aliqñ per exteriora. Et pro hoc dixit Aui. versus finem capituli. In flobothomia vero eorũ q̃ cõfirmati sunt nõ opꝫ vt sit occupatio neqꝫ in solutione vẽtris eorũ cũ medicina forti: qm̃ superfluitates in eis mouentur ꝛ non separant: imo sit alleuiatio in declinando materias eorũ ad itestina ꝛ administret deforis qd carminet ꝛ resoluat. ¶ Sed ↄ determinationem vr esse snĩa. d. Rasis quinto almansoris. Iussit eñi in tp̃e p̃ncipij purã ꝛ paulatinam fieri eductionẽ: ita ꝙ cũ flõmia fiat euacuatio in vena dextri brachij ꝛ post aliquos dies reiteretur flõmia sinistri: ita dico de euacuatiõe per medicinã: vñ recitat ibidẽ de quodã iuuene patiente leprã ꝙ in quinqꝫ mensiũ tp̃e ꝛ paucorũ dierũ spacio ei plusꝙ quadragesies ventrẽ soluisset: quod fieri non potuisset si multũ ꝛ statiꝫ eduxisset. ¶ Pro quo dicẽdũ: ꝙ snĩa dñi Rasis vt plurimũ est obseruãda vt supra ꝙ non plurima subito fiat ꝛ copiosa euacuatio siue per flõmiã siue per euacuationem: qm̃ vt plurimum si fortis fieret euacuatio etiã a principio casus virtutis plurimum subito prosterneret: ex quo corpus est cacocimũ et virtus debilis: vnde melius est per interualla educere quã exquisitissime: quoniam nam illud non pateret: licet intẽtione sumpta a mã que corrigibilis non est sibi vltima competeret euacuatio. Et ad hunc intellectũ intelligat snĩa. d. Auicẽ. cum dixit. Flõmes flobothomia vltima. Uerũ est intentione sumpta ad materias cui cõpetit euacuatio eradicatiua: neqꝫ per hoc concludẽ qd vnica vice debeat fieri talis euacuatio: sed saltem in pluribus vicibus. Et si aliqui alij textus inueniantur sonare quod a principio fiat euacuatio vltima vel fortis: intelligantur vel secũdũ qd dictum est: vel in cõparatione ad euacuationem que sibi debetur in processu: vbi multo subtilior debet euacuatio maxime per flõmiã quam a p̃ncipio qm̃ vt plurimũ versus statũ materia magis est in mẽbris dispersa nõ eq̃ educibilis p̱ apertionẽ magnarũ venarũ sicut a principio: qm̃ materia versus statũ magis est in mẽbris dispersa: non eque educibilis p̱ aspertionẽ magnarũ venarum sicut a p̃ncipio. Et ad hũc itellectũ loquebat. d. Serapio. q̃nto sui breuiarij cũ dixit. In initio huius egritudinis opꝫ vt fiat euacuatio sanguinis multi a p̃ncipio ꝛc. Intelligat cõparatiue ꝛc. Et que nunc dicta sunt debẽt obseruari p̱p̱ male intelligẽtes text⁹ qꝛ copiose multũ euacuando maximũ sequeret nocumẽtũ: idõ bñ aduerte. Habeant ẽt i cura tali sicut in reliq̃s passiõib⁹ medicis tres casũ. q̃s recitat Mesue i cura sode ſſe i fine de mẽte Gal. Et qm̃ x ba sũt. vtilia referã ſm ꝙ ad tex. iacẽt. Canõ est ꝙ cura huius sode non est expolianda ab vna trium regiminum: ꝛ similiter oĩum egritudinum melancolicarum. Primũ est regimẽ hũectatiuũ ꝛ impinguatiuum p̃ter hoc ꝙ faciat cadere in opillationes: et hoc ideo vt lenificetur ꝛ habilitetur corpus hũoris vt recipiat qualitatem digestionis in toto. ꝛ hoc regimẽ est necessarium in principio ꝛ in medio ꝛ in fine. scdo vt nõ cadat in corp⁹ humoris vt resoluatur subtile ꝛ remaneat grossum: ꝛ accidat residuo eius lapideitas. Secundum regimẽ est regimẽ resolutiuum resolutionem faciẽs cum mediocritate ꝛ propter ei⁹ qd habilitatum est vt fiat id: ꝛ hec duo regimina oportet vt sibi inuicẽ semper succedãt: secundũ hoc enim eadem digestio equabit materiã ꝛ qualiter resoluet. Tertiũ regimẽ est euacuatiuum in quo tria consideranda subduntur. Unum est vt non semel et multam et subitam faciamus euacuationẽ: sed per interualla habẽtem tẽperiem vt natura euacuatiuũ: ꝛ nõ euacuatiuũ regulet: subitã enim ꝛ violentã euacuationẽ vix natura regula operat: sicut impetus flãme que cito agit in subtile: ꝛ post aggredit grossum. Op⁹. n. moderati caloris est equaliter in vtraqꝫ p̱te rei elixabilis ꝛ assabilis agere. Scdm considerabile est ꝙ euacuatiuũ sit cõmẽsuratum non excedens mediocritatẽ ꝛc. Tertiũ est vt nõ expelientur solutiua a rebus lenificatiuis ꝛ humectatiuis: hoc enim est quod operationem bonificat. Super quib⁹ oĩb⁹ dictis tanquã sub radicibus ꝛ fundamentis fabricari potest actus curatiuus totus.

¶ Redeundo itaqꝫ vnde iam facta est digressio. Primo cum occurrit leprosus fiat ventris leuis lenitio per superi⁹ sumendo vt infra. ℞. cassie pinguis nouiter extracte. ℥. i. s. syrupi violati. ℥. i. cum decoctione violarũ ordei iujubarũ: passularum boraginis ꝛ buglosse quãtũ sufficit fiat potio post quam medicinam nõ expedit vti lauatiuo. ¶ Sequẽti die inspecta eius dispositione habituali cum reliquis signis: cognito ꝙ in ipso sit peccatum sanguinis corrupti fieri potest flobothomia de vena basilica dextri brachij circiter. ℥. vi. constante virtute. Et ex illo sanguine fiant experientie de quibus facta est mentio superius vt intelligatur vtrũ iam multum processit morbus vel ne: quod scies ex superioribus. Quod si nõ post decẽ dies: põt fieri noua flobothomia de inferiori vena brachij in curuatura brachij sinistri ad extractionem etiã. ℥. v. vel circa: semp̱ habendo mẽti ꝙ i talib⁹ flobothomijs fiat notabilis vene apertio: vt materia grossa ꝛ terrestris euacuari possit. In tp̃e vero medio fiat digestio materie cũ syrupo leui vt ĩfra. ℞. syrupi acetosi simplicis: syrupi vio. de ĩfusiõe aã. ℥. i. cũ aq̃s buglosse endiuie ꝛ fumiterre fiat syrupus q̃ cõtinuet p̱. vi. dies. Post q̃s sumat medicinam vt infra. ℞. cassie nouiter extracte. ℥. s. dyacatholiconis damasceni. ℥. s. electuarij amech. ʒ. iij. cum decoctione passularum: violarum: epithimi: polipodij ꝛ buglosse: quod sufficit fiat potio: post quam stet. vi. horis. Postea sumat lauatiuũ ex aqua or. cum. ℥. s. zucchari rubei. Et post horam a lauatiuo sumatur prãdiũ sibi cõueniẽs: vt supra scriptũ est. ¶ Et qm̃ hec confectio dyacatholicon est in hoc casu multum conueniens: et ipsa sepe ꝛ per se cum alijs vtẽdũ est. Idõ bonũ est eius ponere descriptionem que talis est. ℞. sene electe ꝛ mũdate: cassief. tamarindorum aã. ʒ. vi. reubarbari optimi ꝛ electi polipodij recentis ꝛ mundati. anisi: violarum aã. ℥. s. liquiritie rase ꝛ mundate: seminum cõmuniũ mũdatorũ candi. penidiorũ aã. ʒ. ij. terrenda terrantur ꝛ puluerizentur. Cassia vero ꝛ tamarindi dissoluantur in aqua inferius descripta. ℞. polipodij viridis. ℥. ij. seminis feniculi. ℥. i. terantur simul ꝛ facias inde bullire i aq̃ sufficiẽti: postea colla: et cum aqua ista fiat syrupus cum zucchari. lib. i. postea coque vsqꝫ ad spissitudinem cũ predicta cassia ꝛ tamarindis dissolutis: ꝛ quando coctũ erit supaspergantur pulueres et fiat electuarium in forma bona. ¶ Postea sequẽti die põt dari confectio vt infra pro rectificatione membrorũ ꝛ dilatatione animẽ. ℞. dyabuglosse. ℥. s. zucchari rosati. ʒ. ij. specierum electuarij de gemmis. ℈. i. cũ syrupo de corticibus citri fiat confectio. Tandẽ post aliquos dies iterato põt fieri flobothomia: ꝛ si non de magnis venis saltem de paruis vt. de vena nasi in le

pore eius: vel de vena frōtis: vel de venis guidez maxime si cō:
iungatur fortis vocis raucedo: ⁊ maxīe a plectoria sanguinis: ⁊
consequenter denouo digeretur cum syrupo in quo fortior sit
virtus subtiliatiua sanguinis grossi: ⁊ humoris melācolici: et
virtus animam dilatandi ⁊ auferendi humores melancolicos
euacuādi vt infra. ℞. buglosse: scariole: acetose omnium cum
radicibus suis. ana. ʒ. iii. sticados arabici: epithimi sollicalo
rum sene. añ. ʒ. ii. sirici cru. iii: seminis aceto. ana. ʒ. s. corticū ci
tri vel citrang. iii. vel limonis ⁊ seminis eius mundati: melisse
polirrici. añ. ʒ. ii. rosarum rubearum recentium. ʒ. iii. aut residen
tie rosarum vel succi earum. ʒ. ii. infundantur per diem et nos
ctem in aqua calida: deinde fiat decoctio cum succo granatos
rum acetosorum expressorū cū pulpis suis succi pomorū redo:
lentiū. añ. ʒ. iiii. succi fumiterre dispūati. lib. s. aceti passularū
ʒ iii. quod fit infundendo passulas in aceto tante quantitatis
vt cooperiri possint passule per diem: ⁊ postea bulliat duabus
bullitionibus ⁊ colletur ⁊ exprimatur acetum zucchari al. lib.
ii. mellis passularum: lib. ii. ⁊ fiat ex infusione passularum mū:
datarum: in aqua calida per diem et noctem: deinde fiat deco:
ctio sufficiens: deinde cum bona expressione colletur ⁊ collatu
ra iterato ponatur ad ignem lētum: ⁊ tantum bulliat quod ve:
niat ad spissitudinem mell' qd mel passulatum dicit: ⁊ fiat syru
pus. lib. iii. etiam potest aromatizari cum. ℈. i. musci si placet ⁊
erit felicitas maior. Et vtatur isto syrupo ante aurorā cū aqua
lactis caprini aut passularum aut liquiritie aut melisse. Et eius
dosis est cōis syruporū. ¶ Post quē exhibitū. vii. vel. viii. vici:
bus exhiberi potest medicina ꝓportionalis supiori: vel si volu:
mus in forma pillulari fiant pillule vt infra. ℞. pillularum In
darum Mesue in principio. c. de soda melācolica. ℈. iiii. fiant
septem. vel pillularum indarū Mesue distinctione. x. sed eius
dosis sit aliquanto minor. Augmentetur vel minoretur fm qd
viderimus ventrem solui vel non solui. ¶ Valet etiam hoc ꝓpo
sito pill. de lapide lazuli vsq ad dosim superiorem. Postea
hora conuenienti detur lauatiuum fm morē cōem. Et sequenti
die detur cōfectio vt supra. Tandem quiescat natura p. vi. vel
viii. dies a syrupis ⁊ euacuatiuis: sed vtere confectione conuenienti
in proposito omni mane vt infra: in qua erit virtus animam
dilatandi ⁊ vapores melancolicos clarificandi ⁊ impinguandi
vt infra. ℞. pinearum mundatarum que nō fuerit rancide in
aqua calida prius infusarum. lib. s. amigdalarum. dul. recen
tium. ʒ. i. s. interiorum corticum cinamomi electi. ʒ. s. garioffilo
rum: sandalorum citri. añ. ʒ. ii. ligni al. ambre electe añ. ʒ. s. car
nium limaciarū preparate decoctarum cōtritarū. lib. i. possent
etiā poni carnes tales adusta in puluerem redacte fm modum
qui statim dicetur zucchari al. lib. iiii. mellis: passularum li. s.
aque ro. lib. i. succi pomorum dulciū ⁊ aromaticorū lib. v. succi
boraginis succi melisse. añ. ʒ. iii. fiat electuarium et bene deco:
quatur. Et de hoc vti potest vno coclearī in mane ⁊ etiam añ ce
nam per horā. Et si placet parū vini albi bibere bonū est. ¶ Et
quoniam limacie in hoc casu valent ⁊ in electuario superius sci
pto ad compositionem intrāt: ⁊ hoc idē rane: nam tertio de ali
mētis. Rane autem tam exterius applicate ꝙ interius sumpte
alterāt: ⁊ cōtēperāt discritas calidas: sua aut ꝓprietate cōtra
montam ⁊ venenositatē humoris adusti: ita vt dixerit. d. Aui.
secundo can. c. proprio quod rana cum coquit cū sale ⁊ oleo est
bezoar lepre ⁊c. ideo apponatur modus vsus earū. Accipiant
limacie maxime in locis siccis reperte vt nemorib' siccatis: et
extendatur linteamen album in camera clausa ⁊ superponan
tur: ⁊ statim exibunt testaz propriam ⁊ ibi cū cultello quis exi:
stens abscindat tandem per ventrem abscindant: ⁊ fricent cuz
furfure vel cū aqua calida salita ⁊ modico aceti duabus vici:
bus: deinde huiusmodi carnes terantur ⁊ pistentur addēdo. s.
paulatim cum pistantur modicum aceti vt virtutē magis inci:
siuam acquirant: ⁊ cum reliquis cōponant: vel cū primo sunt
lote ponantur in furno nō nimis calido: ⁊ ita paulatiue exicce
tur vt possint in puluerem redigi ⁊c. ¶ Rane vero querantur
arborice virides vel mundarum aquarum: ⁊ que pparata salie:
do discurrūt. Auferant etiā nigre ⁊ partes posteriores accipian
tur: ⁊ ita preparentur vt supradictum est de limacijs. ¶ Valet
etiam in hoc casu leticia. Possent etiaz ad hoc ꝓpositū infinite
quasi similes componi descriptiones. Consequenter post. v.
dies redire potest ad aliquod digestiuū de qbus supra. Vel pōt
fieri syrupus digestiuus et euacuatiuus vt infra. ℞. succorum
boraginis et buglosse cum radicibus: ⁊ folijs succi lupulorum
añ. ʒ. i. s. florum boraginis: et buglosse. añ. ʒ. ii. passularum liq:
ritie añ. ʒ. s. epithimi. ʒ iii. omnes succi per se dispumentur et
reliqua coquant in sero caprino: ⁊ in decoctione ponant mi:
rabolanorum citrinorum. ʒ. ii. kebulorū indorum añ. ʒ. i. ⁊ stēt
per noctem ⁊ fricentur in castrino: postea simul oīa collent ⁊
cum zucchoro addendo cassie extracte. ʒ. i. fiat syrupus long'.
Valet etiam aliqū vti ⁊ continuare plurib' vicibus loco syru
pi, vt infra. ℞. seri caprini. ʒ. vii. in quo per noctem infundan
tur. ʒ. i. epithimi puluerizati ⁊ in crastino totum sumatur. Sit
tū ꝓ regula ꝙ nunc vno vtatur nunc alio: ne natura vni nimis
assuescat medicine. Et ne contingat obliuio si ꝓ naturā vel leuē
euacuationē fieri possit eductio sanguinis per emorroydas multū
laudentur. Nā talis sanguinis euacuatio maxime respicit mate:
riam adustā vt scda quarti. c. primo. ¶ Et si oībus decē dieb'
fieret pauca euacuatio vt quatuor. ʒ laudarem. Post has vero
medicinas in casu nostro: ⁊ cōfectiones cōpetit balneū: et mas
xime tpe hyemis. Pro quo aduertendū ꝙ in ꝓncipio nōdum
maculatis partib' exteriorib' cōpetit balneū in se aque dulcis:
non in quo dicat esse aliqua virtus calefactiua vel abstersiua:
sed tm̄ modo humectatiua. Et post balneū competit inunctio
ex oleis ad lapticū declinātib' pro cōfortatione membrorum:
saluo ꝙ in extremis vt manibus vel pedibus fieri potest aliqua
inūctio cū oleis aliquo modo resoluētibus: qr vt plurimū tam
in ipsis extremis alique incipiūt macule apparere. ¶ In ꝓces
su vero morbi cōuenit balneū aliquo modo subtiliatiuū et ab:
stersiuū facta etiā inūctione cū aliquo oleo resolutiuo ⁊ abster
siuo ⁊ aliqū exiccatiuo: secūdū ꝙ exigit presentialis dispositio.
Et in hoc bene aduertat: qr aliqui tex. reperiūtur qui laudāt
balneū solū aque dulcis: aliqui iubēt fieri balneū aque calefa:
ctiue. Et hoc diuersi fecerūt propter diuersas considerationes
ad morbū in principio ⁊ augmēto. Fiat ergo in principio ex:
pulsis superfluitatib': ⁊ leui facta fricatione balneū aq̄ dulcis
tepide in quo intret patiēs: ⁊ ibi moret corpus per mediū hore
vel circa: ⁊ tandē plus ⁊ plus secundū ꝙ in processu corpus est
magis assuefactū: ⁊ postea in balneo vel extra vngatur oleis vt
infra. ℞. olei rosati olei cōmunis olei mirtillorū añ. ʒ. i. misce:
postea quiescat per horā ⁊ habeat tandem exercitiū de quo su
pra vel si placet post exercitiū factū facere balneum nō displi:
cet: ⁊ post balneū quietato corpore habeat aliquid de cōfectio:
nibus de quibus supra ⁊ tandē prandendum. ¶ Notando tū
ꝙ tale balneū nec aliquid aliud cōueniēs est in principio prin
cipiante: imo nisi facta notabili corporis mundificatione. Ide:
circo si in impositione in balneo tepido corpus rigeret nō de:
beret stare in balneo: qr fortasse per vsum eius perduceret cor:
pus ad fortes opillationes ⁊ alia nocumenta ⁊c. Et cum his so
lis credo curabitur eger in principio morbi existens. ¶ Cum
vero ad augmentū peruenerit: qm̄ virtus magis debilitata est
⁊ materia magis ingrossata: ⁊ pro tūc digestio ⁊ euacuatio sit
difficilis: opz sua digestiua ⁊ euacuatiua fieri fortiora sue virtuti cū
proportionata. Et qm̄ virtus debilis fortem motum non sufsti
net: oportet ergo in casu exhibere medicinā fortē ⁊ debilē: for:
tem quidē ex parte virtutis medicine vt tam difficilē humorez
digerere ⁊ euacuare possit: debilē tamen ex parte quantitatis
parue: vt paulatim euacuando virtus nō cadat. Sit ergo pri
mo in hac specie pro regula quo ad flobotomiā ꝙ minus cōpe
tit flobotomia magnarū venarū: imo fere nunꝙ ⁊ plus paruā
rū de quib' dictū est supra. ¶ Circa medicinas bonū est cū di:
gestiuis simul aliquod leuiter soluēs adiūgere vt fiat syrupus
vt infra. ℞. corticū radicū caperorū tamarisci añ. ʒ. ii. endiuie
cicoree: acetose: cum radicibus agrimonie maioris: ⁊ minoris
melisse: radicum tormentille añ. ʒ. ii. polipodij quercini. ʒ. iiii.
seminum ani. seni. carui. añ. ʒ. s. portulace: seminis coriandri
mellonis ⁊ lactuce: cuscute añ. ʒ. i. liquiritie mundate. ʒ. i. s. cōs
quassentur ⁊ infundantur in aqua calida decoctionis limacia
rum mundatarū ⁊ contusarum: deinde fiat in eo decoctio ⁊ col
letur: ⁊ cū aceti passulati lib. s. zucchari al. lib. ii. fiat syrupus
⁊ medietas eius condiatur cū. ʒ. i. mirabolanorū indorū kebu
lorum ⁊ emblicorū añ. ʒ. s. ⁊ vtatur illo syrupo. Et si placet ha:
bere descriptionē syrupi in apothecis reperti fiat vt infra. ℞.
syrupi de epithimo. ʒ. ii. syrupi de fumoterre: syrupi violati cō:
positi. añ. ʒ. i. aquarum melisse et buglosse: ⁊ cicoree. añ. ʒ. ii. pro
duabus vicibus. Et si placet exhibere cum aqua lactis opti:
mum est. Alius etiam fortior fiat, vt infra. ℞. succi fumiterre
cocti et collati. par. ii. succi boraginis similiter preparati. par.
i. in collatura infundantur epithimi folliculorum sene ana pa:
rum per tres dies ⁊ tres noctes. Et in illa collatura medietas
serpentis electi fm artem vt posterius ponetur et preparati re:
motis extremitatibus decoquatur vsq ad dissolutionem
carnis: deinde cum expressione colletur et collatura illa syru:
pizetur cum zucchoro al. quod sufficit. Et qm̄ fortis est del cū

de tertio in tertiū. Possunt et interdū aliq̄ exhiberi medicine: sed in modica dosi vt de pillulis de quibus supra. Et ad hoc valēt yere magne Auic.v.canū.quarū descriptiones ⁊ doses ibi requiras. Valet etiā precipue in hoc proposito diasene nicolai. ¶ Et quoniam elleborus niger vt dixit Mesue.c.proprio i hoc casu mirabilem habēt proprietatē: q̄ tñ vt ibidem difficilis est multū medicina: ponam aliquos modos vsus eius. ¶ Vnus est qñ eligatur elleborus niger iuxta radicem alicuius arboris fructifere puta pruni vel cerasi: perforetur arbor in radice ⁊ in trūco imponatur ibi elleborus: ⁊ si imponatur parū gariofilorū aut cinamomi erit meli⁹. Et foramē bñ obturet: sic.n.fruct⁹ illius arboris erūt solutiui ⁊ aromatici sine nocumento. Aut aliter fm Serap. elleborus ligetur cū filo vel pecia cū puluere gariofilorū vel cinamomi ⁊ suspendatur in vase vini debite quantitatis maxime qñ est mustū: fiet.n.tale vinū solutiuum ⁊ aromaticū. Sumitur etiā aliꝫ modi a doctoribus vt qd̄ sumat mel passulatū de quo superius dictū est: ⁊ in eo tepido submergantur frusta siue partes aliq̄ ellebori: ⁊ ibi maneāt in infusione circa octo vel decē horas: ⁊ tunc facta collatura circa aurorā preparetur vnū coclear aut duo aut plus aut minus fm q̄ videbimus solutionē facere. Possent etiā aliꝫ modi inueniri sed ad presens propter breuitatē omitto. De his tñ medicinis raro vtatur propter suspitionē. ¶ Et qm̄ etiā in hoc casu maxime laudantur carnes viperarū vel virtutes earū de quib⁹ etiā supra facta est mētio: que nisi per artē rectificent inde seq̄ posset notabile nocumētū: idcirco pro electione ⁊ preparatiōe ipsarū aduertēdū fm q̄ colligi pōt de mēte Auic. quinto canū. ⁊ etiā ca. proprio de lepra ⁊.d. Haliabba.x. sue practice.c. de trociscis tyri plura requirunturq̄ quedā ex parte viperarum: q̄dā ex parte artificij. Ex parte q̄dē viperarū requirit primo vt sint i mōtib⁹ vt locis siccis: ⁊ nō humidis ⁊ aquaticis reperte. Ex parte etiā colorū eius vel colorū earū opꝫ q̄ sit flaua: ⁊ nō alba: q̄ tales sunt debilis virtutis: nec nigra q̄ illa est excellētis nimie virtutis. Ex parte etiā sexus: requirit.n. q̄ sit femina masculus vero supabūdātis est virtutis. Distinguit aūt femina a masculo: qm̄ femina plures hꝫ dētes. Ex pte etiā habitudinis siue figure: q̄ debet habere caput planū: latū ventrē strictū solidū ⁊ caudam arctā. Ex parte etiā operationis earū vt incedāt capite eleuato ⁊ velociter: ⁊ cum magno strepitu. Ex parte vero artificij plura requirūtur in vipera in proposito comedenda. Vnū est ex parte sui capitis vt capiat in fine veris vel i principio estatis. Aliud est q̄ in decollatione ipsius dꝫ statiꝫ simul abscindi caput ⁊ caudā ⁊ fm longū ad quatuor digitos ab vtroq̄ extremo. Et si illis abscisis diu moueātur viue cū multa agitatiōe ⁊ sanguinis effusione bonū est deinde debere per mediū extrahi in longum ⁊ mūdificari optime a visceribus suis ⁊ maxime a felle deinde excoriari: deinde eo perfecte loto decoquatur in aqua vsq̄ ad dissolutionem carnium ⁊ ossium. ⁊ tandem ipsis ⁊ dissolutione carniū vti potest alterando tamē cū reliquis vt cibis vel medicinalibus fm q̄ dicetur. Possunt etiā huiusmodi carnes sic p̄parari vt ponantur in furno nō nimis calido extracto pane intantum q̄ exiccentur ⁊ possint puluerizari: et tūc illi pulueres misceantur cum electuarijs vt cum dyaboraginato ⁊ diabuglossato: ⁊ huiusmodi. ¶ Laudo tamen anteq̄ vtatur aliquo istorū immediate positorū q̄ prius alterent virtus dictarū viperarū ⁊ remittatur ⁊ tādem illis mediate vtatur. Verbi gratia nutriantur galline vel capones tñmodo ex frumento vel ordeo vel alijs granis decoctis in brodio viperarūt bibāt etiā galline de illo brodio: ⁊ sic dimittātur cū tali pastu donec deplumētur: ⁊ tūc comedatur de illis caponibus vel gallinis: ⁊ cōtinuari potest vsq̄ dū tam mens egroti aliqualiter perturbet: vel cū vesice quedā rubee apparuerint velut vesice ignis in corpore: ⁊ cū iam incipit corpus inflari: qm̄ tunc iam signū est perfecte operationis: q̄ fortasse expoliabitur: ⁊ deinde sanabit. Quod si nō sanetur cū reliquis bonis regiminibus: ⁊ morbus nō fuit confirmatus adhuc licebit secunda vice idē regimen replicare. ¶ Ad hoc etiā laudatur cōmuniter exhibitio vini in quo mortua est vipera de electis fm artē. Valet in hoc casu administratio tyriace antique per interualla. Preter hoc autem regimē expediēs est vti balneo diuersimode ab eo q̄ a principio: q̄ iā membra exteriora vt supposuimus sunt infecta: aliter tamen ⁊ aliter fm q̄ dispositio exigit: q̄ aliquando expedit magis humectare: ⁊ aliquando magis abstergere: nōnunq̄ etiam ad cutim trahere. Pōt ergo fieri balneū exhibēdū fm ordinē dictū superius cū rebus vt infra. ℞. camomille: mellilloti: dragōthee cameleonte precipue nigre: lapacij acuti: fumiterre: foliorū violarū: epatice: endiuie: maluarū añ. partes equales. Et si volumus ad attrahendū ad cutim ⁊ expurgādū addere possumus de viperis decolatis fm artem de quibus dictū est. Deinde fiat inunctio cū oleo de lilio amigdalarū dul. ⁊ aliquādo admiscendo pulueres abstersiuos ⁊ exiccatiuos vt nucis muscate. ʒʒ. stafisagrie: nigelle: ⁊ huiusmodi. Et aliquando ad intentionē magis humectādi ⁊ mollificandi valebit inunctio dialthee singulariter. Diuersitas aūt horū remediorū ⁊ varia applicatio faciliter innotescit cuilibet perito in medicina. Et qm̄ post balneū propter attractionē aliquarū materierū ad os stomaci aliquādo nauseam inducere bonū erit pro tunc aliquod leue vomitiuum exhibere ad vomitum prouocādum: vel si sufficit positio penne in gulam vel manus laudabilius erit. Verū q̄ quilibet vomitus ad raritatē substantie stomaci perducit ⁊ ad appetitus prostrationē laudabile erit vt etiā voluit Aui. ante cibum sumere aliquid de syrupo de absynthio. Et hec que dicta sunt de balneis intelligantur maxime tempore hyemis veris vel autumni: q̄ tēpore estatis loco balneorum visus est. A. laudare motum ⁊ saltū ⁊ pugnū cum focijs: ⁊ tantum sudoris prouocationem. Et consequenter ipsis sub radijs solis existentibus fiāt inunctiones nunc in dorso nunc in sinistro: ⁊ dextro cū butyro recenti vt laudat. Aui. vel cum alijs remedijs appropriatis de quibus dictū est superius: ⁊ hoc breuiter de isto principali.

¶ Nunc restat venire ad aliud principale vt ad correctionem aliquorum accidentium. Et quoniā accidentia que plerumq̄ indicant de curatione in hoc casu sunt rubedo oculorū: remotio pilorum superciliorum: aliquales nodi vel eminentie: malitia hanelitus: ⁊ stupor aliquarum partium vt posteriorū tybiarum. Idcirco debet aliqua breuia pro cōplemento adducere. ¶ Pro primo ergo vt rubedine oculorum remouenda fiat primo stupha humectatiua: ⁊ aperitiua pororum oculorum cū decoctione camomille ⁊ fenugreci: ⁊ de palleis siccalis: deinde fiat collirium vt infra. ℞. aque ro. ʒ.iij. aque feniculi. ʒ.j.ß. dragaganti: gūmi arabici: lapidis emathitis añ. ʒ.ß. cāphore. gra.ij. ⁊ misce. ¶ Pro secundo laudo primo fricentur supercilia cum panno aspero ita vt sanguis attrahatur ⁊ pori aperiantur: deinde fiat inunctio cum oleo vt infra. ℞. olei laurini ʒ.ß. olei spice. ʒ.j.ß. ⁊ fiat inunctio. Deinde de nouo fiat fricatio cum succo cepe: ⁊ spuma maris si expedit ita vt tandem pili regenerantur. Et pro hoc vide que dicuntur a doctoribus in capitulo de alopicia. ¶ De nodis vero dicatur breuiter: q̄ aliqñ sufficit sola mollificatiua resolutio. Et hec intentio potissime perficitur cum exhibitione ceroti de mucillaginibus. Vel pōt fieri emplastrū cum radice lilij vel serpentarie: ⁊ cuꝫ bullierint post decoctionem conterantur: ⁊ cū oleo amigdalarum amararum fiat emplastrū. ¶ Ad hoc etiā valet armoniacum dissolutū in aceto. Et tandē facta mollificatione ad resolutionem ⁊ exiccationem valet stercus caprinum ⁊c. in aceto dissolutum. Aliquando vero hec nō sufficiunt nisi in totū radicitus remoueantur cum causticis: vt cū calce viua extincta pluribus vicibus ⁊ arsenico: ⁊ hmōi: in quib⁹ a me nō est sermo prolongandus ꝓpter remediorū suspitionē. Sed i hoc habeatur diligēs ⁊ expertus cirurgicus qui applicet instrumēta ad hoc necessaria. Et tandē facta escara apponantur etiā ea que putrefaciūt vt buthyrum singulariter vel reliq̄ pinguedines. Et cōsequēter facta mollificatione apponantur incarnatiua ⁊ cōsolidatiua sicut aloes aristologia ro. litargirij: ⁊ huiusmodi. ¶ Circa tñ quasdā eminentias singulares circa faciem apparētes laudo notabiliter vt apponatur succus citranguli ⁊ est apud nos scarlegia: qm̄ licet a doctoribus laudetur ego tñ in hoc vidi iuuamentū. ¶ Potest etiā fieri marā vel linimentum ad delendas maculas faciei ⁊ eminentias ⁊ colorem bonificandum vt infra. ℞. amigdalarū dulcium. ʒ.iij. amigdalarum amararū. ʒ.j.ß. bene purgentur farine cicerum ⁊ lupinorum ⁊ ordei añ. ʒ.ij. gūmi arabici: dragagāti amilli. seminis melonis et cucumeris omniū purgatorū añ. ʒ.i.ß. mellilloti: yreos: costi: añ. ʒ.j. condisi: croci: mirrhe añ. ʒ.ß. omnia terantur: ⁊ cum albumine oui cōficе: ⁊ trocisci ad vmbrā exiccentur: ⁊ tādē distēperet cū aqua cōi tepida vel lacte si expedit. Et facies epithimetur in sero. In mane vero abluat cū aqua decoctionis furfuris vel fabarū vel cū aqua sublimationis florū fabarū ⁊ multū valet: ⁊ sic continuetur. ¶ Ad malitiā hanelit⁹ singulariter valet fortis vociferatio ⁊ clamor in mane. Valet etiā loch sanū dn̄i Mesue: loch de caulib⁹ succ⁹ caulium ⁊ brodiū earū. Et pro hoc et laudat. A. lac ouiū exhibeat tñ in modica quātitate ⁊ facta corporis mūdificatione ⁊ hoc dico ꝓpter aliquos tex. huic dicto aduersantes q̄ lac nō cōcedit. ¶ Ad stuporē vero partiū fiāt fricationes fortes ad tales partes ⁊ precipue cū vrticis. Et si nō sufficiant

Et si vt firmiter teneo in casu huius spectatissime iuuenis annorū.xiiij.vel circa sapienter et prudentissime consuluistis: ita q̄ a me dignum nihil addi possit: tamen vt satisfaciā requisitioni clarissimi Ciuis Januen.domini Octauiani vinaldi genitoris sui pauca quedam: sed electa magis quo ad potero in casu conferentia subiiciam. Et quoniam vt medicorum princeps Gal.x.terapeutice inscripsit. Cura enim sicut diximus circa cognitionem et ꝓnosticationem sequitur. Ideo de quidditate passionis primitus pertractando: credo ego ex accidentibus scriptis cum iudicio prestantissimi et clarissimi doctoris. M. Antonij de noceto: q̄ egritudo hec vel accidens proprius ad capitulum fere reduci possit: quam ad aliud capitulorum. Nam si herisipilla foret aut pura: aut flegmonides non sic subito remoueretur: cum quelibet talis sit egritudo materialis licet a materia subtili in superficie pendens extēsa. Si igitur talis rubor et inflāmatio nō amplius durat q̄ per quatuor horas q̄z etiam non sit modicā corporis partē occupās: sed magnam neq̄ sit notabilis eleuatio cutis. Ista tamen vt arbitror non sunt in casu essentialiter

sentialr necessaria: et si vt multu cotingat. Vide in fine capli ante curam dixit. Et cum fere inuadit locu amplu etc. Ibi videt colligi qd aliqn tales inflatiões: siue pustule magnum locum occupat: et qñocunq sic: nõ vr q talis apparentia ab alia causa pendere posset: q a vaporibus colericis cu aliquali permixtiõe vaporu sanguineoru: q manifestat rubedo clara cum pruritu et angustia etc. potissimum cõcurrentib⁹ naturali cõplexiõe sua: et dispositiõe vidulitatis et reliqe: de qb⁹ in casu copiose scripsit.

¶ De administratione igitur regiminis aeris breuiter et strictim primo circa aerem hoc percurrendo. In electione vitetur aer siccus calidus et inflammatiuus: eligatur ad frigidum et humidum aliqualiter declinans. Tempore igitur estatis est habeda precipua cautela: vt quietetur in loco frigido et aula frigida: ita vt camera sue habitationis sit a septentrione discooperta: et ex eadem parte fenestram habens. Et si contingat exercitari fiat in hora temperatiori: vt in mane et in sero. ¶ Et ex hoc infertur: q tpe noctis: vel in tempore non intensi caloris non stet nimis coopertis pannis circa dorsum: neq dormiat super lecto molli: vel calido: sed sit lectum ex coto: et non lana vel pluma constructum. In regimine cibi talis ordo seruetur. Cauendum ab oibus cibis inflammabilibus: vt acutis amaris salsis: et fortiter dulcibus. Et sic vitande sunt species: cepe: porri synapis: allea: rutha: et huiusmodi. A vinis quoq potentibus et ab aceto: precipue a confectionibus caustis est: et de melle. Carnes et auiu mõtanaru puaru vitande sunt. Inter carnes valent carnes edi pcipue et vituli lactantis: pullorum et iuuenu: perdicu: et turturu. Carnes et agni cõueniut: carnes etiam limacearu: et ericij singulr: qm vltra qualitates manifestas sunt appropriate epar rectificantes: pisces etiam petrosi parui aque dul. valet Genera quoq cõchiliu: et aliqui bn cocti: et optime masticati: et in preparatione horu generalr elixata magis placent q assata. Inter herbas sunt lactuca endiuia borago taraxacõ: endiuia siluestris: spinachia: portulaca cum aliquibus dictib⁹ dimittendo maiorana: saluia: et reliqua aromata. ¶ Pro alijs ferculis competit millium: panicu: similia bene cocta far frumenti abiecta prima elixatura: far etiam de spelta non inconuenit. Sed quando carnes non comeduntur de leguminibus: precipue conueniunt lêtes etiã optime decocte abiectis primis decoctionibus duabus. Idem dico de caulibus intelligendum esse. Oua etiã infusa in aqua cum albumine comesta superasperso modico vini granatorum: vel agreste non inconueniunt. Si etiam fiat mixtura ouorum cum caseo iuuenili non salito vel modici salis nõ inconueniet. Sed precipue cauendum a caseo veteri et salito. In fructibus vitentur singule ficus et fistici auellane: et amigdale: et vue passe: pira: et coctana: satis conueniunt. Poma etiam satis solide substantie: sed aquea et humida nocent. Vinum sit nigrum ponticum vel stipticu modice vinositatis: et acerbum: mixtum etiam cum aqua decoctionis coriandrorum vel prunorum et tamarindorum. Ista obseruatio in cibo et potu multu proficiet. ¶ Circa motum et quietem, breuiter cauendum a motu laborioso: precipue si fiat post repletionem: cõuenit tñ aliquale exercitiu ante prandium et cenam: tardando tamen per horam post exercitium antequã cibus sumatur: et fiat expulsio superfluitatibus cõibus et non aliter.

¶ In somno vero regula obseruet: vt qd somnus equetur vigilie quantu ad tps: vel saltem dormiat in die naturali. et si dormire nõ possit saltê quiescat. ¶ Repletio et inanitio magis natura facta sunt mala. i. nõ excedant cõem ordinê in anitiõis et repletionis. Ieiuniu tñ hic est maxime nociuu: qm hic ad inflammationê ducit. ¶ Circa accidêtia aie cauendu ab ira: pcipue a sollicitudine et curiositate: gaudium in hoc casu non multum laudatur: tristitia cõuenientior est. Et hec sufficiant quantum ad regimen sex rerum nõ naturalium. ¶ Circa medicinalia veniendo: obseruata ventris lenitione si non est facta flobothomia laudo fiat de basilica dextri lateris. Postea per quatuor vel quinq dies fiat flobothomia de saluatella: que est inter digitum minimum pedis et anularem. Et talis flobothomia multum cõprobata est humoribus inflãmatis et adustis: et ab egritudinibus ab eis depêdêtibus. Si tñ nõ debite purgaretur fm mêstrua magis laudarê flobothomiã saphenaru: vt venarum positaru in pede in pte intrinseca apud cauillã. Qr tñ egritudo hic actualr ex vapore depêdet: vt supponimus de mête domini Aui. pria tertij in. c. de canonib⁹ vlib⁹: et hr cañ. et regula: qd repletio vaporosa maxime iuuat cu flobothomia basilice sinistre: ideo in casu isto: et quo morbus periodicus esse videt ego laudarê: qd ab inuasionê potissime: cu manifestant aliqua accidentia: que cõiter antecedût ad illam: vt fieret leuis flobothomia de basilica sinistri lateris euacuando modicam sanguinis quãtitatê: vt duarum. ℥. vel trium ad plus. Quibus sic factis flõmijs restât alie intenõês: vna. s. ad equationê materie a qua dicitur vapor fouet: et aliqualê eiõnê. Alia erit ad confortationem cordis et spûalium: qm illud vr deterius accñe: qd in casu cõtingat cu a ppropriatis postremo ad remissionem ardoris et pruritus in aure cõtingêtis spâlis pauca apponent remedia.

¶ Pro pria igit intêtiõe expedienda ad digestionê materie et eiõnê cõuenit in casu aliqualr frigida vel sicca: maxie ad prohibitionê ebullitionis materie: et pñr euaporatiõis. In hoc igit casu valet syrupus: vt infra: in quo erit et alteratio epatis ad frigidu cu cõfortatione ei⁹ propria. ℞. syrupi de succo endiuie syrupi de gra. añ. ℥. j. aquarum endiuie acetose. añ. ℥. j. s. misce. ¶ Ad hâc intêtionem valet singulr syrupus de portulaca dñi Mes. Valet et syrupus de succo acetose: et acetositate citrium qui duo pter equationê materie iuuant cõfortãdo cor et mêbra spûalia: q videnf in casu maxie ledi. Possem facere syrupos magistrales: sed doctus medicus ex his ad pluritatê curandã particulares fm varias aliqño intêtiones efficere poterit syrupos. Facta aût equatiõe materie laudo in casu purgationê leuem: q etiã alterãdo iuuabit: que ponitur a Dyno in casu illo. Et est delicata multu: vt infra. ℞. duo granata mala muzatet extorticent a cortice exteriori: et accepto toto intrinseco cum pulpis eoru fiat fortis succi exprõssio: deinde facta colatura: ponat succus sub dio per noctê: postea i mane sumatur addêdo. ℨ. ij. zucchari al. ¶ Pro hac intentione sufficit si sumantur. ℨ. x. dyaprunis non solutiui Nicolai: et cum zucchero fiat bolus: et si placebit potest dissolui cu decoctione prunoru tamarindoru sebestê violaru: adductis aliqb⁹ granis berberorum et ordei excorticati. ¶ Ad hãc et intêtionê põt fieri medicina: vt infra. ℞. mirabolanoru citrinoru. ℨ. iij. mirabolanoru indoru. ℨ. j. côtêdant et infundantur in aqs endiuie et acetose decoctionis passularu prunoru tamarindoru: qd sufficit: et facta expressiõe addat manne electe. ℥. ij. dyaprunis soluti. ℨ. j. s. syrupi viol. ℥. j. misce: et fiat potio. Ad intentionem etiã eiõnis aliqualis et alterationis in casu valet vsus syrupi de fumoterre cum aquis lupulorum plantaginis et acetose. Et hec sufficiant quantu ad materiã cu syrupis et solutiuis: q in casu semper debent esse leuia.

¶ Iã restat attêdere ad aliqualê cõfortationê mêbroru spûaliu: ne recipiât impressionê neq nocumêtu ex vaporib⁹ dictis eleuatis ad cor et spûalia qui pbabilr magis ledunt anteq fiat apertio illius ruboris in facie et alijs ptib⁹ q post iam manifestat dicta apparentia pter illos vapores prius circa spûalia magis cõcludi. Laudo igit fieri cõfectionê: vt infra in casu pcipuã. ℞. dyabuglosati. ℥. iij. dyaboraginati zucchari ro. añ. ℥. j. s. zucchari vio. ℥. s. specieru rosaru nouele. ℨ. j. s. margaritarum albarum. ℨ. s. seminis acetose ossis de corde cerui spodij fragmentorum iacinthi zaphiri: et smeraldi: et granate. añ. ℈. j. croci grana. ij. foliorum auri et argenti. añ. nño. iij. cum syrupo de acetositate citri fiat confectio. Et illa sepe vtatur: q spero ex hac magnum sequi iuuamêtu. Põt et fieri cõfectio in morsellis: vt infra: et valebit etiam alterationi epãtis. ℞. specierum trociscoru de spodio cu semine acetose. ℨ. ij. spêrum dyarodõ abbatis. ℈. ij. spêru cõfectiõis de gemmis. ℈. j. cum. ℥. vj. zucchari al. dissoluti in aquis endiuie et acetose: quod sufficit: et decauretur. Conuenit etiam in casu fieri sacculum cordis: vt infra. ℞. florum boraginis violarum et rosarum. añ. tertiã partem. M. sandalorum citri. et rub. corallorum rub. vtriusq been. añ. ℨ. s. fete crude seminis acetose. añ. ℈. ij. ossis de corde cerui âbre et gario. añ. ℈. j. fragmentorum intrãtiu in cõfectiõe de gemmis. ℨ. j. camphore. gra. ij. nisi eius odor fiat sibi abominabilis: et cum folijs tribus auri dissoluti fiat sacculus in sindone de granato suffumiget super fumo lapidis igni aspersi ex aqua ros. acetose et buglose cum modico vini albi odoriferi. Conuenit etiam in casu epithimare epar cum epithimatibus cõmuniter valentib⁹ in alteratione epãs ad frigidu cõiter scitis: ad que nõ me extendo pter pluritatê curãdã. ¶ Iã vltimo restat confortare loca faciei interdum: ne recipiant nocumentum ex vaporibus eleuatis: nõ tñ fiat nisi precedentibus eiõnibus et flobothomia vt dictu est. Fiat igitur vnguentum: vt infra. ℞. mucillaginis citoniorum et dragãti. añ. ℨ. ij. olei ros. et citoniorum. añ. ℥. s. sandalorum citrinorum et rub. margaritarum electarum lapidis emathitis. añ. ℈. s. cum modico cere fiat vnguentum leue ad liniendu ptes dictas. Possem in hoc multiplicare remedia sed cu strictimo ad reductionê sufficiêtê postea ad preseruationem. Si tñ ista iuuenis maritetur: credo esset maxima pars cure.

¶ Pro demacrato parato ad ethicã cum debilitate digestiue

stomaci.

¶ Consilium.cvj.

Casus huiꝰ spectatissimi adolescētis est principalr
macies totiꝰ cū debilitate digestiue stomachi cōi
cata ꝑncipalr ex splene cū epate naturaliter cali
do multiplicātibꝰ dictis mēbris naturalibꝰ mul
tā ventositatē: que fit causa etiā ad tardādā: ⁊ ali
quo mō corrumpendā digestionē. Cū stāte habi-
tudine macra naturaliter est curādū: vt ꝑseruet a casu in ethi
cā cōsueta caliditate epis. ¶ Ideo in regimine primū ꝓ regu-
la est obseruandū quātū ad dietā: vt vitent oīa superflue cale-
facientia ⁊ exiccātia: imo inclinādum est ad tēperamētū in acti-
uis: ⁊ parūper ad humidū: nō tñ grossum ⁊ opilatiuū: ⁊ ꝓinde
stare apud ignem multo tēpore est ad nocumentū: maxime in
hyeme ⁊ in estate sub sole. ¶ Motus etiā laboriosus est noci-
uus: ⁊ quies magis conueniens. aliquale tamē exercitium mo-
deratum factum in aere temperato: vel parumper frigido cibo
prius in stomacho digesto viuificat caliditatem naturalem: sꝫ
post eum non sumatur cibus repentine: immo tardetur per ho
ram ab assumpto cibo. ¶ Et ita similiter vigilare superflue est
multum nocens: ⁊ somnus supra mediocrem nouem horarū
est in casu multū iuuans: sed non acceptetur somnus nisi trās
acta ad minus hora cum dimidia post cibum. Et si non possit
illo spatio dormire saltem quiescat quoniam quies supplet vi
ces somni. Et pro tanto in estate laudo somnum diurnuꝫ post
prādium per duas horas: aut ad minus per horam: sed fiat in
loco obscuro capite debite eleuato: ⁊ extremis decēter cooper-
tis. ¶ Fugienda est omnis repletio cibi quātumlibet conueniē-
tis de se. inanitio tamen superflua: precipue ieiunium aptum
est plurimum ad nocendum. ⁊ ita coitus est sibi maxime veren
dus. ¶ De electione autem ciborum. Cibus ei conueniens de-
bet esse bone qualitatis pauce quantitatis boni nutrimenti: ⁊
facilis transmutationis ad humidum declinans ⁊ secundum
actuꝫ ⁊ ſm potētiā. Ideo cauendū est ab omni sicco ⁊ terrestri
nutrimento: ⁊ ita ab omni genere leguminum: ⁊ ab omnibus
carnibus grossorum animalium: ⁊ maxime salitis: ⁊ caseo: et
maxime antiquo. Cauendū etiā ab oībus acutis inflāmare po
tētibus ⁊ exiccātibꝰ: ⁊ ideo porri allea cepe ⁊ huiusmodi acuta:
⁊ species acute: vt piper zinzib. ⁊ acetum de vino potenti: maxi
me talia oīa nocēt. Vina etiā potētia in cōmuni vsu acuta guar
nacina ⁊ hmōi sunt ad nocēdum. Et ita panis durus vel alias
siccus: ⁊ maxime de milio vel furfuraceus nocet. Panis igitur
conueniens sit panis albus de frumento mundo bene prepa-
rato vnius vel duorū dierū ad plus. Et de reliquis nutrimenti
bus oua sorbilia si elixentur in aceto: sunt multum conuenien
tia. Carnes etiam pullorū: ⁊ perdicū: ⁊ fasianorū: et caponum
ꝑcipue hyeme: ⁊ pullarū in estate etiā plurimū cōueniunt: ⁊ in
prandio: ⁊ quasi oī tempore elixate sunt meliores assatis. Si
etiā placēt pisces dimissis piscibus magni corporis in estate ꝓ
prius cōueniūt pisces petrosi: licet etiā sardene non salite sa-
tis conueniant ⁊ temeri ⁊ hmōi: coloris argentiꝫ elixentur in
brodijs cum modico ysopo ⁊ cinamomo. De ferculis cōueniūt
panis in brodijs carnium dictarum: conuenit brodetum: ⁊ far
maxime collatum cū amigdalis ⁊ zuccharo: similiter panicum
pistū coctū cum brodio pingui: ⁊ oua similiter in viuarolo. Et
si aliquādo placet vti aliq̄bus herbis cōueniunt buglosa singu
lariter: ⁊ in estate endiuia ⁊ cicorea cum lactucis ⁊ modico feni
culi vel petrosilij: ⁊ de his possunt fieri aliquomodo salsamen-
ta cum aceto passulato. ¶ De fructibus aūt in estate nō incon
uenit sumere quatuor vel quinq̄ pruna damascena bene matu
ra ante cibū per quartum hore. Idē intelligo de melonibus be
ne maturis sumendo duos vel tres bolos: sed electius est: quod
melonibus cōtinet abiecto semine. Idem intelligatur de persi-
cicis bene maturis. Sumere etiam duas ficus cum sint bñ ma-
ture non est peccatum: sed in hyeme magis valent pinee pre-
parate: ⁊ passule sine armillis: non nimis dulces: que sumi pos-
sunt: ⁊ in principio mensis ⁊ post. Potus autem sibi cōueniēs
est vinum subtile: de vua tñ rubea non brusca: imo parumper
ad dulce declinans. ¶ Et in passionibus aīalibus vitetur oīno
tristitia: ⁊ nimia sollicitudo: ⁊ diffidentia vel timor: immo est
adherendum gaudio letitie: ⁊ bone spei quantum fieri potest.
¶ De medicinalibus autē primo laudo: vt singula die habeat
beneficiū vētris: ⁊ si nō habeat naturaliter ꝓcuret cū clysteri
facto: vt infra. ℞. maluarum foliorū altee mercurialis buglo-
se: ⁊ se. lini. ań. M. j. decoquantur in aqua debite quantitatis ⁊
colētur: de qua sumatur lib. j. s. ⁊ addatur cassie noviter extra-
cte. ʒ. vj. pulueris zucchari. ℥. j. olei amigda. dul. ℥. ij. olei camo-
mille. ℥. j. salis. ʒ. ij. misce. ¶ Postea laudo: quoniam nō est mi-
hi multa intentio: in casu isto ad solutiua preparari debere ma
teriam aliqualiter melancolicā circa splenem existentem non
radicalem: sed parumper adustā: vt ꝯfiter a virtute resoluatur:
vel per canales debitos. Et in hoc valet syrupus: vt infra. ℞.
buglose boraginis capilli veñ. lingue ceruine endiuie scariole.
ań. M. j. radicum sparagi brusci. ań. ʒ. iiij. sand. rub. viol. ań. ʒ.
ij. poma domestica numero. ij. poma odorifera nume. iiij. cro-
ci. ʒ. s. fiat syrupus cum zuccharo. Et si detur cum sero caprino:
vel aqua decoctionis radicum buglose erit conuenientior. Si
etiam loco infusionis buglose ⁊ boraginis sumeretur de succo
boraginis: ⁊ buglose erit melius. Si etiam tempore estatis ad-
deretur se. papaueris al. seminis lactuce ad prouocandū som-
num erit felicior. Et isto syrupo potest vti multo ⁊ continuato
tempore. Et si volueris aliud simul digerendo euacuare fiat sy-
rupus vt infra. ℞. florum boraginis: buglos.: melisse: fumiter
re violarum ań. ʒ. ij. liquiritie corticum citri passularum enu-
cleatarum seminis bombicis. ań. ℥. s. scolopendrie scariole ci-
coree endiuie capil. veñ. ań. M. j. maiorane. M. s. anisi. ʒ. j. s. si
cados arabici sene epithimi. ań. ℥. s. poma numero. x. bulliant
in aqua ⁊ colentur ⁊ colature addatur succi buglo. pomorum
dulcium. ań. ℥. vj. ⁊ syrupizetur cum zuccharo albo ⁊ aromati-
zetur cum croco ⁊ sandalis rub. ⁊ citrinis. Si etiam infundan
tur. ʒ. ij. epithimi in sero caprino per noctem vsq̄ ad. ℥. vj. seri:
⁊ facta collatura sumatur tepidum in casu valebit. Conuenit
etiam ad hanc intentionem si interdum sumantur a. ʒ. vj. vsq̄
ad. ℥. j. de dyaprunis Nicolai nō solutiuo. Valebit ēt singulr
cōfectio dyacatholiconis: si ꝗ eadē q̄ntitate sumat: vt exēpli gra
ad minus semel in mense. ¶ Laudo ꝯīr ad hāc intentionē fie-
ri confectiones appropriatas: vt infra. ℞. florū melisse boragi
nis buglose viol. ligni aloes. ań. ʒ. j. doronici. ʒ. s. margaritarū
iacintorum smeraldi. ań. ℈. j. croci: gra. vj. omnia subtiliter pul
uerizentur: ⁊ cum zuccharo dissoluto in aquis buglose fumiter
re: quod sufficit fiat confectio in morsellis. ¶ Ad hanc inten-
tionem etiā laudarē mixturā: vt infra. ℞. dyaboraginati dya-
buglosati. ań. ℥. j. zucchari violati. ℥. ij. zucchari rosati. ℥. s. fra
gmētorum: vt supra ligni aloes. ań. ℈. j. cum folijs. iiij. auri. fiat
mixtura: de qua sumi potest vnum coclear vsq̄ ad duo in ma-
ne. ¶ Iam vltimo fienda sunt duo localia: vnum circa spleneꝫ
ad ipsum confortandū: ⁊ pro parte incidendum subtiliandum
⁊ resoluendū materiā circa ipm cōtentam fiat: vt infra. ℞. olei
amig. dul. ℥. j. olei de caparribus. ℥. s. oximellis simplicis. ℥. s. in
quo dissoluant bdeliū ʒ. ij. croci. ℈. s. ⁊ cere parum fiat vnguētū
pro vnctione splenis. ¶ Laudo scdō quoniam in eo multiplic-
cat ventositas multa: q̄ sepe fluēs ad genitalia fuit causa ere-
ctionis ⁊ pollutiōis nocturne: qd accidēs est maxime in casu no
cens: fiat ergo inunctio circa radices testiculorum ⁊ supra ad
confortationē vasorum seminaliū. ⁊ resolutioneꝫ ventositatis
fiat: vt infra. ℞. olei mēte olei absinthij ⁊ mirtillorum. ań. ℥. j.
omnia lauent quatuor lotiōibus in vino nigro: equalr postea
addantur pulueres: vt infra. ℞. nucis muſ. nucis cipressi thu-
ris: ań. ʒ. s. se. agni casti. ℈. j. gallarum. ℈. ij. cū modico cere fiat
vnguentum satis molle. Et hec pro casu sufficiant.

¶ Pro restauratione demacrati spectati iuuenis Hieronymi
de Grimaldis Ianuensis.

¶ Consilium.cvij.

Pro restauratione demacrationis in iuuene iā mul
to tempore inducte. Cuius etiam complexio est ad
frigidum ⁊ siccum declinans: qui etiam propter de
bilitatem stomaci digestiue nonnunq̄ dolores ven-
tosos incurrit circa stomacum: ⁊ reliqua naturalia
membra: sepe etiam incurrit in opillationes que sunt potissi-
ma causa sue demacrationis ⁊ aliquando in specialem opilla
tionem a calculo in renibus ⁊ vijs medijs inter ipsos ⁊ vesicā.
¶ Pro preuisione etiam a dictis accidentibus malis ⁊ timo-
rosis duo fient principaliter. primum. s. erit consistens circa de
bitam correctionem in dieta: cuius debita applicatio erit po-
tissima causa ad executionem principalis intenti. Secundum
erit in applicatione quorūdam leuium medicinalium dicta ac
cidentia magis respicientium. ¶ Pro prima igitur expediens-
da sit ista regula generalis: q̄ in omnibus ad dietam pertinen
tibus declinandum est ad leuiter calefaciens ⁊ humectans.
¶ Circa igit aerē euitet quilibet siccus ⁊ ventosus declinando
ad aerem calidū aliqualiter: frigidus igitur maxime vitandus
est: non sic tñ aer sibi conueniēs excessiue caliditatis: quia talis
ad resolutionem facit ⁊ exiccationem. Idcirco tempore estatis
querenda sunt loca recentia: non multum etiam eleuata ne ad

siccitatem

siccitatē declināt:nō sint tñ multū excellēter humida. Et si pro pter feruorem estatis aer locorum habitabilium sit intensiue caliditatis rectificetur ad frigidū deducēdo:ꝛ ad humidū cum aspersione foliorū per cameram.s.vitis lactucarum maluarū salicū florū nenufaris vngule caballine ꝛ huiusmodi:folia etiā violarum et flores earum:si recētes haberi possunt:maxime conueniunt ad humectandū. Si etiam fiat irrotatio cū aqua fontis multe quantitatis cum modico vini albi vel aceti erit conueniēs. Nō tñ aer deducaē ad maximā frigiditatem:vt dictū est supra. Si āt tpe hyemis esset vehemētis frigoris aer rectificetur aer camere igne facto in ea cum lignis ad humidum declinantibus vt salicum populi ꝛ huiusmodi:vel cū aromatizatione facta cum modico ambre ligno aloes storace calamita ꝛ dragaganto simul in pastā redactis:super prunis positis ita vt semper oculus ꝛ intentio sit ad ꝓhibendum exiccationē. Et hec de aere. ¶ Exercitiū autem eius sit suaue ꝛ placidum ad resolutionē nō faciēs. Nō igitur sit longum nimis neqꝫ intensum:imo tale fiat:qꝫ nequaꝙ̄ ad lassitudinem perducat:fiat tñ stomacho semper inanito:ꝛ expulsis superfluitatibus cōibus ꝛ cū iam cib⁹ est in semita:vt transeat ad mēbra:ꝛ hec est hora cōmuniter ab assumpto cibo post.vj.vel.viij.horas. Fiat igitur in mane ante prandium suauiter ꝛ molliter:vt dictum est:vel in sero ante cenam:ita tñ:qꝫ nō immediate post ipsum cib⁹ sumatur:sed per tpā quietetur. Et hoc intelligaē in die:in quo nō debet fieri balneū:de quo infra fiet mentio:q̄ꝫ die balnei suppleant fricationes exercitiū progressiuū:q̄ fricationes fiant in lecto:prius tñ expulsis superfluitatibus:suaues tñ ꝛ nō resolutiue. Fiant igitur cū pāno aliqualiter calido incipiēdo a collo deorsum fricando ꝯtr sursum ad spatulas:ꝛ brachia deueniendo:ꝛ per dorsum pectus ꝛ ventrem tandem ad coxas et crura fricationem terminando. Ita tamē fiat:qꝫ membra calere aliqualiter videanē ꝛ rubere. Et he fricationes in casu maxime conueniunt non existente in toto repletione. nā per eas attractiua mēbrorū vigoraē:ꝛ nutrimētum ad mēbra cōuertiē:ꝛ sic mēbra restaurantē. Et hic nō est omittēdū exercitiū capitis:qđ aliquali fricatiōe ꝛ pectinatiōe perficiē:qm̄ inde cerebrū maxime in virtute vigoratur expulsis superfluitatibus:ꝛ vaporibus aliis caliditatē eius naturalem obtūdentib⁹. Generaliē ergo in casu quies multo cōuenientior est ꝙ̄ exercitiū:lꝫ aliquale ꝛ moderatū:vt dictū est:non mediocriter ꝓficiat. Et sicut dictum est de exercitio ꝛ quiete idē intelligatur in effectu de somno ꝛ vigilia:qm̄ somnus in casu isto multū cōueniēs est:qꝛ humectat: vigilia vero exiccat. Sit igiē somn⁹ nocturn⁹.viij.vel.ix.horas admin⁹:ꝛ si etiā extēsior esset:non esset malū. Si tñ tñ tpe nō posset dormire saltē in lecto molli quietet:ꝛ qm̄ quies:vt scribiē pro medio somno cōputaē. Diurnus etiā si modo distanter fiat a cibo per duas vel tres horas maxime tempore estatis multū conueniet. Hoc tamen intelligatur nisi per naturam somnus diurnus sibi nociuus videtur. Quo etiam casu maxime laudo vt quiescat in lecto molli duabus vel tribus horis maxime tpe caumatis in meridie. Semper tamen post somnum aliqualis fiat leuis fricatio saltem preparatiua ad resolutionem vaporum:non sit tamen tāta ꝛ talis:nec ita fortis:que sequitur somnum diurnum:sicut que nocturnum. ¶ Circa passiones animales breuiter dicatur:qꝫ gaudere ꝛ letari multum conuenit imo adhibeantur ei delitie ꝛ amenitates soni et cantus:et ꝓ viribus:quātum possibile est:iocundetur. Ista enim vt dicit Aui.vij.quarti tractatu quarto secundo capitulo confortant virtutem naturalem valde:quare bona sit eius administratio in nutriendo ꝛ expellendo superfluitates:ꝛ id quidem est principium causarum pinguedinis. Fugienda ergo ira:tristitia:timor:curiositas:vsqꝫ dum saltem membra sint ad debitam carnificationem restituta:ꝛ in hoc habenda est singularis obseruantia tanꝙ̄ in eo:qꝫ est radix ꝛ principium releuatiōis ab hac macie. Coitus etiam in casu maxime suspectus ꝛ timorosus est: ꝛ ab eo fugiendum tanquā ab inimico vulnerante: est tamen consuetudo eius paulatine remittenda:ꝛ in eo seruetur mod⁹ ꝛ de quibus verbo informatus est copiose:vt tandē ipso fortiori:ꝛ validiori facto ad actum illum sine nocumento fortis sit et validus. ¶ Circa regimē cibi ꝛ potus breuiter dicatur pro regula cum dño Aui.prima quarti versus finem. Sit cibus eius humectās facilis penetrationis:ꝛ velocis descensionis:in quo nō sit viscositas. Sed circa numerū cibationis est habenda cōsideratio:quoniam aliter dietandum est tempore hyemis vel veris autūni:ꝛ aliter tempore estatis. Nam tpe hyemis autūni vel veris cum propter caloris debilitatem non fiat multa resolutio:ꝛ ꝓpter mēbrorū duritiē nō est necessarius cibus:neqꝫ multe quātitatis neqꝫ frequens. Debent igitur administrari huiusmodi tpe nutritiua que in pauca ꝙ̄titate possunt corpus nutrire:ꝛ qꝛ tarde digerit nō indiget sepissima refectione: imo sufficit ei cibus bis in die naturali. Et si forte grauareē etiā cōuenientior esset cibatio talis:vt.s.in dictis tēporib⁹ ter in duob⁹ dieb⁹ naturalib⁹ dyetareē:hoc itelligaē nisi tpe hyemis ꝓpter nimiā frigiditatē calor eius ita extingueretur qꝫ nō posset nisi modicā cibi ꝙ̄titatē pro vice debite cōmutare:ꝛ tunc stāte virtutis maxima prostratione nisi frequenter cibaretur : deficeret eius calidū naturale simul cū humido radicali:sicut pꝫ in lucerna parata extinctioni propter humidi oleaginei paucitatē ꝛ cōsumptionē licinij illuminati. Est ergo tūc tali stāte ꝓstratione frequēter cibandū.sed modicū pro vice dādo.nō credo tñ ipsum propter aeris intēperiē ad frigidū tpe hyemis ꝛ ꝑcipue in hac regione ad tātā debilitatē calidi naturalis deuenire. vt sit ei ita frequens ꝛ sepissima necessaria cibatio. sed sufficeret eum bis in die cibari:vt dictum est plus de ꝙ̄titate cibi pro vice offerendo. Tēpore vero estatis propter magnā resolutionē a calido necessaria est frequentior cibatio ꝙ̄ aliis tpibus: vnde hoc tēpore forte erit cōueniēs:ꝛ sic laudo vt ter in die naturali cibetur sic.s.qꝫ inter primā ꝛ secūdā cōmestionem interueniat spaciū.vj.horarū inter secundā ꝛ tertiā interueniat spaciū.viij.horarū propter virtutē tēpore meridiei esse magis resolutā. Et inter vltimā cōmestionē primi diei ꝛ primā sequentis diei interueniat spaciū.x.vel.xj.horarū:ꝛ ita.iij.commestio sit maior.ij.ꝛ.ij.vel equalis cū prima vel aliquanto maior. Et in hoc habeaē bona cōsideratio. ¶ Sed specialiter magis descēdēdo sunt cauēda omnia cibaria flegmatis seu melēcolie ġnatiua ꝛ venarū opillatiua:cuiusmodi sunt grossa ꝛ viscosa salsa:ꝛ digestioni inobedientia. verbi gratia leguminum genera. genera similiter piscū salitorū ꝛ nō salitorū:et spāliter bestialiū marinorū ꝛ vniuersaliter carentiū squāmis ꝛ spinis. A carnibus etiā salitis animaliū siluestriū ꝛ porcorū ꝛ boum antiquorum etiā nō salitis ꝛ auiū in aquis degentiū: ꝛ vniuersaliter cauendū est a cibariis etiā de pasta azimas:ꝛ maxime a turtis quibus ciues Januēses multū vtūtur. Cauēdi etiā sunt fructus frigidi tantū.si etiā sint sicci:vt sunt pyra poma coctana nespilla:ꝛ similia. In oleribus etiā frigidis ꝛ humidis sit parcitas vt lactuce:ꝛ portulace:spinachiarū ꝛ huiusmodi nisi tempore magni estus:quod potest fieri mixto cū reliquis herbis aromaticis magis:vt cū feniculo maiorana melissa et huiusmodi. Modus aūt preparationis carniū conuenientior est elixatura ꝙ̄ assatura:vel frixura:ꝛ assatura conuenientior ꝙ̄ frixura:vel pastillatura. Salse vero magis conueniētes sunt ex vino ꝙ̄ aceto:quoniā acetū huic cōplexioni valde nociuū est. Et si pur debeat vsus eius haberi aliquādo propter appetitū excitandū sit acetū passulatū. Species vero ad saporationes magis conuenientes sunt cinamomum et.ꝫꝫ. et vniuersaliter omnia genera specierū caliditate ꝛ humiditate participātia. Mel etiā in casu est maxime conueniens. Et potissime decoctū ꝛ clarificatū:sed eligatur mel albū grandinosum durum boni saporis. ¶ Inter carnes conueniunt carnes iuuencum : caponum:gallinarū:ꝛ gallorū:ꝛ oua sorbilia sunt cibaria maxime conuenientia. Carnes etiam perdicum:fasianorū:ꝛ auiū montanarū omnes cōueniūt:he enim carnes sunt facilis digestionis boni ꝛ multi nutrimēti. Lac āt in casu laudatur:sed habenda est in assumptione ei⁹ diligētia:qꝫ nō exhibeaē stomaco nisi bene ꝛ perfecte mūdo ꝛ modica ꝙ̄titate icipiēdo.ab.℥.iij.ꝛ gradatim procedēdo vsqꝫ ad quinqꝫ apponēdo in eo aliquid zuchari vel parum mellis:prohibēt enim hec calefactionem eius in stomacho. Et tēpore estatis conuenit lac asininum vel caprinū:tēpore vero hyemis ouinū:vel vaccinum: ꝛ super eius bibitionem non est dormiendū:nec mouendū maxime motu laborioso. Erit igitur cibus qui conuenienter dabitur in mane aliū nō permiscendo cibū. ¶ Est tamē habēda consideratio: qꝫ si in stomacho eius acetosetur:vel ventosetur qꝫ ex eructatione vel inflatione vētris cognoscitē eo casu dimittaē. Caseus etiam entiē quilibet salitus ꝛ antiquus nō nimis tñ recens:pinguis ad dulcedinem declinis:non in multa quātitate:maxime si cū zuccharo sumitur interdū cōueniēs est. Butyrū āt conuenit ex ꝓtē. In condimentis magis laudo buthyrū ꝙ̄ oleū quoniam humectat ꝛ calefacit. Inter olera valent sicla:seu bleta feniculus:petrosillium:betonica:borago domestica ꝛ siluestris:melissa:saluia ꝛ similia que ad caliditatem ꝛ humiditatem declināt: polipodium etiam cum aniso est interdum ei conueniēs:si in brodio laudabilium carnium bulliat ad ventrem leniendum. ¶ Inter fructus cōuenientes sunt ficus in modica quātitate:

amigdale fisticie pinee: ⁊ rectificentur tñ infundẽdo eo⁊ grana post abscissionẽ primi corticis: ⁊ maxie pineas in aqua calida decoctionis zucchari. Et postq̄ sunt in vmbra exiccata etiam denuo infundant in aqua tepida zucchari tandem: exiccent⁊ cũ zucchario superasperso pro vsu reseruent. Non cõtingat tñ error in ficubus q: nunq̄ post cibũ sumende sunt: de alijs non est magna cura. Non vitupero quoq castaneas si parce come dantur vbi primũ in elixatura optime sunt decocte postea sub cineribus calidis etiã aliqualiter exiccate ⁊ tandem cũ zucchario superasperso comeste: ⁊ post cibum ⁊ non ante sumantur. ¶ Inter fercula laudatur brodiũ gallinarum etiã per se solum laudatur far ordei: cum lacte amigdalarum dulcium. Et si nõ habeatur ipsum far coquatur ordeum in brodio pingui bona decoctione: postea malaxetur: tandem succus eius cum lacte amigdalarum per staminiam educatur: ⁊ ex eo cũ brodio pingui fiant pultes in casu iuuantes. Sic etiam eodem modo risum preparetur vel de spelta far erit conueniens. Et de superius habitis oleribus ⁊ reliquis possunt fieri conuenientia fercula in casu nostro. ¶ Inter olea conueniunt oleum amigda. dulcium: ⁊ de oliuis bene maturis aliquando pro condimentis: vinum eius non sit album neq aquosum sed rubeum: subtile tamen ⁊ odoriferum ad aliqualem trahens dulcedinem. Misceatur tamen aliqualiter cum aqua decoctionis zucchari tempore estatis: vel aqua mellis tempore hyemis. Sed non fiat ipsius magna permixtio sicut communiter fieri consueuit.

¶ Ad hanc intentionem restat: vt aliquid de balneo in casu maxime proficiente ordo tradatur. ¶ Laudo igitur fieri balneum singulis .v. diebus ⁊ in processu si placuerit singulis tribus diebus. Et si tandem ex eo grande sequatur iuuamentum singula die fiat. Sit tamen ordo q non ponatur in balneo nisi expulsis superfluitatibus cõib⁹. Et si nõ hẽtur naturalr cũ clisteri facto: vt infra educatur. ℞. brodij galline pinguis lib. iij. in quo decoquantur maluarum nostrum violarũ ⁊ camomille añ. M. j. ⁊ facta collatura adiatur olei amigd. dulcium: olei violarum. añ. ʒ. ij. buthyri loti. ʒ. j. zucchari rubei. ʒ. j. s. misce. Et si visum fuerit addere parum salis adde. Posses etiã ipso non soluente addere parum cassie vel mãne. Et si placeret suppositorium solum fiat: quo facto ponatur in balneo suauiter tepido: ita q neq rigeat neq calefiat. Hora autem conueniens est mane: ⁊ si ante introitum fiant fricatiões aliquales vt supra erit conueniens. Balneum autem fiat secundũ formam vt infra. ℞. quinq capita arietum mundata ⁊ debite excorticata: ⁊ gallinas duas: ⁊ hec fac bullire in vase magno: in quo sit multitudo aque ⁊ decoquantur vsq ad dissolutionem eorum: post ea fiat collatura ⁊ infundatur aqua in loco balnei. ⁊ si addantur lib. ß. buthyri recentis erit conueniens. Sed sit balneum in camera clausa vt aer frigidus occurrere non possit: ⁊ in hoc loco moretur secundum complacentiam secundum plus ⁊ minus. Minus tamen in primis ⁊ plus in processu termini: tamẽ maior exitus a balneo est cum pulpe digitorum aliqualiter incipiunt contrahi: deinde ponatur in loco molli: ⁊ aliqualiter suauiter siccetur: ⁊ sit locus mediocriter calefactus: ita vt non infrigidentur: nec calefiat notabiliter. Postea fiat inunctio super membra eius cum oleo vt infra. ℞. olei amigdalarum dul. ʒ. iij. butyri recẽtis quater loti. ʒ. ij. spinalis medulle vituli transeuntis per spinã. ʒ. ij. ola simul liquefiãt: ⁊ ex eo tepido fiat inũctio. Et postq̃ exiccata iã aliqualiter fuerint membra fiat leuis inũctio cum oleo rosa. ad claudendũ inunctiones pdictas. Et si postea sumeretur maxie tpe estatis de lacte dicto vel de brodio pulli nõ est incõuenies: ⁊ per duas horas in lecto tardetur. Et si forte placeret sumere pro forma electuarij confectionem restauratiuam sumendo coclear. j. vel. ij. fiat vt infra. ℞. vuarum passularum pinguium mundatarum ab arillis. ʒ. iij. seminis bombacis mundati ⁊ excorticati. ʒ. j. s. granorum pini preparatorum vt dictum est supra. ʒ. ij. amigdalarũ dul. mundatarum. ʒ. j. s. fisticorum. ʒ. j. pulparum galline aut perdicis: aut fasiani. lib. j. cinamomi. ʒ. ij. ambre. ℈. j. fragmentorum intrantium confectionẽ de gẽmis. ʒ. ij. cum zuccharo dissoluto in aqua violarũ fiat bullitio: ⁊ reducat in formam electuarij cum folijs xv. auri. Et si placeret in forma morsellorũ fieri potest. Et hec sufficiant quantum ad regimen in dieta. ¶ Circa medicinalia pauca sunt dicenda: qm̃ solutiones laboriose flobothomie vel vẽtosationes in casu nõ conueniũt: solũ ordinãda sunt quedam que opilationes fieri phibeãt ⁊ nutrimentũ ad membra afferant ppria intẽtiõe ad mũdificationẽ flegmatũ in stõ gñato⁊. ¶ Laudo fieri cõpõnẽ pillularũ vt infra. ℞. pinguium ficuum numero. vj. terbentine. ʒ. j. seminis cartami. ʒ. s. cũ zuccharo fiat pasta: ⁊ de hac ante pastũ per tertiũ hore sumat q̄titas auellanarũ. Valet etiã si sumat mirabolanus vnus vel kebulus conditus vel duo in mane per tres horas ante cibum. Crifera etiã muscata ad hoc iuuat confortando ⁊ humorositatem stomachi exiccando. ¶ Ad hanc intentionem valet yera Gal. simplex de sex rebus. non audeo super fortiora. Sed si pur ista non sufficerent potest fieri decoctio vt infra. ℞. polipodij. ʒ. s. anisi. ʒ. ij. decoquantur ⁊ in decoctione infundantur cartami. ʒ. j. s. turbith. ℈. iiij. zinzi. ℈. s. per diem naturalem: postea fiat expressio ⁊ collatura: ⁊ tepida exhibeatur cum zuccharo. ¶ Pro rectificatione digestiue stomachi valet singulr emplm Gal. emẽdans vicia stõi cũ multis alijs cõibus. Ad aperiendas opilationes si coniungatur factis mundificationibus ex supradictis valet precipue exhibere. ʒ. j. dyacalamenti cum modico vini. fomentationes etiam ⁊ sacellatiões cões resolutiue ad vẽtositates si gñarent qd nõ credo fiant que cõiter fieri solent. Et horũ quilibet est satis doctus. ¶ Laudo tñ qm̃ aliqñ incurrit tumor splenis vt inũgat cũ vnguento vt infra in regione eius. ℞. olei de capparibus: olei anetini ⁊ amigd. dul. añ. ʒ. s. olei ruthe. ʒ. ij. aceti albi. ʒ. iij. croci parum, ⁊ cere parum fiat vnguentum. ¶ Fiat etiam vnguentũ stomaci ad digestiuã vigorandam. ℞. olei spice: absynthij: masticis. añ. ʒ. s. cinamomi: galãge: gariofilorum: corallorum rub. añ. ℈. j. cum modico cere fiat vnguentum. Et his sum contentus.

¶ Pro reuerẽdissimo in christo pr̃e. d. Jacobo Bõromeo ep̃o papiensi ⁊ comite dignissimo ⁊ dño suo precipue colẽdissimo p macrefactione inducenda.

¶ Consilium.cviij.

Implorato pri⁹ diuino auxilio: ponam primo aliquas clausulas gñales obseruãdas deinde spãles. ¶ Primo itaq p regula cauendũ a oib⁹ que pinguescere faciũt vt ab vsu moderati regiminis pcedẽtis. Caueantur a delitijs ⁊ cõplacentijs corporeis. Est vtendum rebus quodãmodo cõtristãtib⁹ ⁊ affligentibus. ¶ Sed specialius descẽdendo primo vtẽdũ est aere nõ temperato sed notabiliter calefaciente ⁊ resoluẽte: vel notabiliter infrigidãte: vt ita vt ebetata ⁊ perterrita saltem mẽbrorũ extrinsecorũ virtute attractiua nutrimentũ ad mẽbra nõ trahatur: ⁊ sic consequẽter macrescãt. In hoc tñ aduertẽdũ: q frequentare mutationem modo ad calidum mõ ad frigidũ in pposito nostro multomagis confert q̄ persistentia: vel in aere multum resolutiuo vel frigido. ¶ Proinde dico q moderata quies vel moderatum exercitiũ non iuuat sed fiat laboriosum exercitium maxime tempore famis ⁊ ieiunij. post q et per tpᵉ quietet antẽq cibus sumat: et si ante cibum dormiatur facilitabit intentio: ⁊ hoc laudo semel i hebdomada fieri debere ⁊ nõ frequẽter. Et lz immoderata q̃es in casu nr̃o valeat ipsam tñ nõ laudo pp̃ter notabiliora nocumẽta: que ad ea sequi possent. ¶ Et ex eodem fundamento sit alia regula: balneũ aeris resolutiuũ maxime ⁊ sudare faciens si hora famis offeratur conuenit. Balneum aũt humectatiuũ nõ sic cõuenit. Et si aliqñ intẽdat ad balneũ aq̃ nõ sit aqua simplex: sed decoctionis rerũ subtiliãtiũ ⁊ resoluẽtiũ: de quibus infra dicet. Et post ipm tardet cibus sicut supradictũ est de exercitio. Et illud hic libenter commemoraui: q: supplere potest vices exercitij quo nõ semp. R. dñs me⁹. d. ep̃s vti potest. Et tale exhibitum vel balneũ resolutiuũ confert multipliciter in casu nostro. Primo q: humorẽ sanguineũ in mẽbra cõuertendũ subtiliat: ⁊ a coagulatione in membra elongat. Secũdo quia ipso supercalefacto sanguine lucratus est qualitatem acutam: vnde factus est disconueniens attractiue ⁊ nutritiue membrorum: ⁊ consequenter ipsa membra extenuantur: ⁊ hec de aere motu ⁊ quiete. ¶ De cibo ⁊ potu primo ponentur alique regule generales: deinde spãles. Prima semper sit parcitas in cibo ⁊ potu: ⁊ continuo surgatur a mensa reliquijs famis adhuc existentibus: ⁊ semel in hebdõa saltem ieiunare tardando comestionẽ vsq ad sero valet. Scđa regula coadiuuãs primam exhibeantur cibi in principio prandij deficientes appetitum vt sunt oĩa pinguia ⁊ vnctuosa: ⁊ post nõ tardetur cibus per tempus imo cõtinuetur: ⁊ illud maxime habet locum nisi natura appetat pinguia vsq sint mediocriter pinguia: sed excellenter vt frustum panis cum notabili quantitate butyri: vel infusum in oleo oliuarum maturarum: vel de parte caponis vel galline pinguiorum. Et licet pinee ⁊ amigdale fistici ⁊ huiusmodi vt sentiunt auctores ad hoc facere videantur: quia tamẽ ipsorum vsus est plurimum impinguatiuus ⁊ appetitui multũ conueniens in proposito nõ placet. Et sicut dcm̃ est de parcitate in cibo ita generaliter intelligatur de potu. Sit in eo parci

tas de potu vini intelligẽdo: et qualis debeat esse potus inferi⁹ dicet. Jã princeps noster. A. iiij. canõ. fen. vij. dixerit q̃ potare vi nũ potẽs in notabili q̃titate in ieiunio extenuat: ppterea q̃ re soluit et venas vaporibus replet. et non subsit locus receptioni nutrimẽti in venis: et sic macrefacit: tñ q: talis vini vsus vt om nes medicorum illustres in plerisq; locis testantur: ad grauia et notabiliora solet perducere nocumenta: hũc potũ nõ laudo ne id assequamur qđ vulgo dici solet. Cecidit in syllã cupiens vitare caribdim. Quia in casu nostro principalis occasio im pinguationis est equalitas in caliditate: studendũ est in eis que cõplonẽ ad contrariũ eius perducere faciãt: vt sic iclinatio cuꝫ cibis vel medicinis aut ad frigus aut ad calorem satis inten sum. ¶ Magis tamẽ laudo que inclinãt ad notabilẽ caliditatẽ q̃ ad frigiditatẽ notabilẽ: qm̃ timor est in approximatione re rum multum intense frigidarum: quia talis frigiditas est vite multũ inimica vt inquit Aui. q̃rta. fen. pmo caplo scd̃o. Et etiã q: calida faciũt ad subtiliationẽ et euaporationem: et exinde ab elõgatiõe nutrimẽti a natura nutriti: frigida vo cõstare faciũt humidũ. Uidet ergo vt per se magis calida extenuare faciant quam frigida. Ipsorum ergo vsus magis placet sic vt singulis hebdõ a semel vel bis sumatur aliqua medicina lenitiua vel com pressiua leuis: quoniam per eam cõuertitur cibus a via vena rum: et etiã acquiritur nature cõsuetudo vt ex omni motu de bili humorum euacuet versus intestina: quod ad venas acci dit. Ista tamen regula obseruanda est vbi venter non nimis laxaretur quia eo casu non esset practicanda regula: quales debeant esse medicine: et qualis ordo infra dicetur. ¶ Uomit⁹ etiaꝫ si non cum labore fiat conuenit non ordinatus. sed sine ordine quia cum ordine iuuat ad impinguãdũ. ¶ In hac etiã regula addat q̃ oẽs medicine puocatiue vrine hic cõueniunt. Nõ est vtendum cibis multum delicatis: vel ex se vel artificio: nõ dulcibus: non insipidis. nõ aromaticis: et generaliter non suauibus gustui: neq; multum nutritiuis: neq; assatis: sꝫ elixa tis potius: quia assata ceteris paribus plus afferunt nutrimẽ ti q̃ elixata: et nutrimẽtum magis est cõstãs: et elixatum magis molle et tenerum aptius dissolutioni. Omnes cibi vel medi cine exhibẽdi sunt vel subtiliatiui: vel exiccatiui: vel aceto si: vel amari: quia cũ his qualitatibus in his cõiungitur paucitas nutrimẽti: et ex medecinis cum cibis alteratis cõuertitur nu trimentum a natura nutriti: et hec de generalibus. ¶ Ad spẽ lia vero magis deueniẽdo. Primo circa panẽ. Nõ vtatur pa ne frumẽti vel farris: q: talis nimis nutrit: sed sit panis factus ex ordeo decto et furfuribus mundo a puluere: sic cõuenienter coctus: nõ tñ sit vnius diei sed duoꝝ adminus vel triũ. Panis etiã de millio hic laudatur marie. Qđ si pur nõ placeret nisi ex frumẽto: et ordeũ vel spelta q̃ etiã cõuenit haberi nõ possent fiat panis mũdus a pulueribus notabiliter furfuratus et no tabiliter salitus et fortiter coct⁹: neq; partes exteriores vt dñis fieri solet cultello ammoueantur: q: in vigore illarũ partiũ sit minus nutritiu⁹ et nõ comedat recẽs: sed triũ vel quatuor die rum. Ex exvsu panis sic rectificati grãde sequit iuuamentũ in casu nostro tanq̃ ex continuo cibo et vniformi. Placet tamen magis panis ordei. Et sicut de pane dcm̃ est: ita de plurib⁹ in telligatur: de pastillis: laganis frumẽtinis: rauiolis artoclis et huiusmodi: si in tempore talia fieri cõtingat sint ex farina or. vel frumẽti rectificati scđm q̃ dcm̃ est. ¶ De carnibus vero di cendum est vt sit in eibus parcitas: sed precipue nõ est vtendũ carnibus perdicũ: fasianoꝝ: pauonũ: gallinarũ: vel caponũ pinguiũ: vel mediocriũ auiũ mõtanarũ quarũcunq;: saluo q̃ storndoꝝ: quibus secure vti põt propter hoc q̃ parũ nutriunt: et colũborũ exercitatorũ nõ est vtendũ marie iuuenib⁹. Aliis auibus aquaticis cõuenientius vti põt. ¶ Utãde etiã sunt car nes castratoꝝ maxime vnius anni: et vituloꝝ iuuenum: et car nes porcorũ sunt vitãde. Utendũ est carnibus bouinis nõ me diocriter pinguib⁹ sed ad macrũ declinãtibus: arietinis iuue nibus: capretis notabiliter distãtibus a natiuitate: nõ tñ curio se impinguatis. Carnibus etiã siluestribus quadrupedũ non propinquorũ generationi: et capriolorũ: ceruoꝝ et lepoꝝ: q: he pre cipue conueniũt cũ nutrimentũ exhibeãt colericũ. ¶ Uerum q: dñationi reuerẽdissimi. d. mei. d. epi pro honestate debetur vt plerisq; vt domi et foris carnibus vtat delicatis: vt caponũ: per dicum: vituloꝝ iuuenũ: vtiliter afferẽde sunt quedã additio nes: quibus obseruatis vsus taliũ carniũ minus erit nociuus. Utendũ est partibus auiũ postremis vel posterioribus: preter missis partibus pectoralib⁹ et alarũ: dimissis etiã epate testicu lis et cerebro eorundẽ. In quadrupedibus vero etiã cerebrum mamille carnes glãdose dẽt largiri: medulle ossiũ et partes car nes participãtes media pinguedine pretermittant. Sed co medantur cartilagines vicine ossibus: et carnes musculose di cte el pesso de la carne vulgariter. Secundo annoto vt oẽs car nes siue elixe siue asse fiat fortiter decocte vsq; fere ad pertium dissolutionẽ. Tertio q̃ sint notabiliter salite et aromatizate cũ speciebus subtiliatiuis et exiccatiuis: de quibus vt infra faciã primã descriptionem: plus tamen et minus secundum tempo rum dispositionẽ in caliditate et frigiditate. Quarto laudo su per carnib⁹ salsamẽta cũ aceto speciẽb⁹ et agresta modico zuc charo facta. Idcirco carnes quadrupedũ siluestriũ in patella frixe: et saporibus acetosis saporizate vt moris est in hac par te multũ mihi placent: q: cũ eo q̃ honorifice offeruntur ad mẽ sam dñi mei modice etiã nutriunt. ¶ De superfluitatibus a sic dictorũ animaliũ et auium comestibilibus: vt lacte: buthyro: caseo: ouis et c. sumarie dicatur: q̃ opꝫ in singulis taliũ bonã parcitatem et tẽperantiã habere: q: talia oĩa excellẽter nutriũt. Sed qm̃ persepe eius horũ in vsum venit: pro electiõe sit pri ma regula vt saltẽ dimittantur oua sorbilia gallinarũ. sed ma gis cõueniunt in cõpositione cũ herbis subtiliatiuis calefacti uis: quas statim enumerabo: in viuarolo: rauiolis et huiusmo di: et cum caseo nõ iuuenili: q: talis plurimum nutrit: sed anti quo et salito conuenienter vt cũ rabiolis veteribus. ¶ Nõnun quam etiã conuenit vti ouis in patella frixis: et semper bonũ erit aspergere talia aliquibus acetosis: vt aceto vel agresta: vel succo arancij: vel limonum: vel sumitatum vitis: vel acetose di cte lapatium acutum: vel alio acetoso. ¶ A lacte etiam et bu thyro est abstinendum: et loco buthyri vtendum oleo oliuarum et si foret oleũ factum ex oliuis immaturis melius esset. Et quẽ admodum dcm̃ est de ouis gallinarum intelligatur de ouis quarumcũq; auium: perdicum: et anatũ: de ouis etiã piscium q: omnia talia plurimũ nutriunt. Caueat etiã a sanguine ani maliũ: et maxime porci: q: habet conuenientiã cũ sanguine hu mano: et ideo dimittẽdi sunt beroldi. ¶ De piscibus quoq; dica tur: q̃ absolute magis conueniũt q̃ carnes q: minus nutriũt. Inter pisces tñ cauẽdũ a salmone: anguillis: tenchis: persicis: timeris: et a piscarijs in quibus maxime est copia lampredarũ et precipue a cãcris: licet cõciliator dixerit q̃ cãcri multũ restau ratiui nõ sunt quibus vtimur: tñ credo q̃ etiã isti inter pisces multũ nutriunt. Non cõmemoro pisces maiores: q: ipsorum copiã non habemus: sed vtendum est lucijs strigijs et alijs nõ multũ delicatis: multũ squãmosis: et artificialiter assentur et sa porisentur si pꝫ cũ aceto: cepe: et similib⁹. ¶ Pro regula nõ co medantur calidi: neq; cooperiantur: sed postq̃ sunt per se infri gidati comedant. In hoc etiã casu gñaliter ceteris parib⁹ ma gis cõueniũt pisces saliti q̃ nõ saliti: imo in casu potissime cõ ueniũt. ¶ Herbe vero in casu valẽtes sunt maiorana: menta: calamentũ: petrosiliũ: apium montanũ et aquaticũ cressonũ. et mentastrũ: poliũ: origanũ: ysopus: pulegiũ: basilicon: cuius tñ paruus sit vsus. rutha: ciminũ: agnus castus: marrubiũ: et ab synthiũ. Frigide vero sunt lactuce: portulace: folia cucumeris et cucurbite: viola. plãtago: virga pastoris: acetosa: atriplices et his similia. Et ex his possunt fieri varia comestibilia et salsamẽ ta tẽporib⁹ carniũ et quadragesimaliũ. ¶ Circa grana in hoc valẽt vis cibi or. miliũ: panicũ: simula: lentes: q: talia sũt oĩa exiccatiua. Cauendũ a frumẽto: farre: rizo: faseolis et ciceribus precipue: q: vltra hoc q̃ fortiter nutriunt etiã vt dixit Azara uius nõ inuenit aliquis cibus ita promouẽs ad libidinẽ sicut cicer. In via vero medicine cõuenit coriandrũ preparatũ: gra na berberoꝝ sumach: alchichigi ribes et silĩa. Inter fructus ca ueũ a copia vuaꝝ marie albarũ et optie maturarũ: a ficubus pcipue recẽtib⁹: a pineis: auellanis: fisticis: amigdalis a nucib⁹ recentib⁹: castaneis: dactilis. passulis. Et ex hoc elicitat: q̃ cõfec tiões ex istis cõposite nõ laudant in proposito. Alia fere oĩa gñia fructuũ pñt tollerari: precipue tñ valent persica nõ nimis matura: granata oĩa precipue agresta muzaꝫ amaridi: nespu la: pira: sorba: mora: et coctana: oliue immature: et mirabola ni: et capares: et similia: potissimũ si nõ bene matura fuerint. Et si ex his fiãt delicate cõfectiones ex zuccharo: vel acetosentur p insalatutis vel si pro salsamẽto condiant nõ debẽt vitupe rari ad mensam. d. epi imo proposito nostro cõueniunt. ¶ Ca uendum a rapis: naponibus: pastinacis et precipue decoctis in brodio carniũ: saltẽ sit ipsorum moderatus vsus: q: aliquã do loco medicine pro quãto vrinam prouocãt nõ incõueniũt. Et similiter cõueniunt radix feniculi: apij: cepe: rafani: porri: allea: et talia acuta que propter acutam qualitatem multum elongãture a natura nutrimenti. Non tamẽ laudo vt istoꝝ sit vsus nisi moderatus: ne ad alia perducerent nocumenta.

¶ De vino dicat: q absolute caueat a vinis nouis vermilijs ⁊ dulcibus: sed etiam vtendum vinis antiquis parū agrestib⁹ ⁊ subtilibus aqueis: eligēdo ex eis debiliora si modo sint apta antiquari: sicut a diuina prouidētia pulsum est de vinis de la stradella: his etiam parce vtendū est: ⁊ non peccabitur si parū misceantur. ⁊ hec sufficiant de regimine in cibo ⁊ potu. ¶ De somno ⁊ vigilia summarie ex dictis cōprehendi pōt qualis debeat esse obseruātia. est eīn parū dormiendū: nā quantū somno natura iuuetur facile est comprehendere. Et ex hoc patet q sunt remouēde omnes cause somnium prolongantes: nā post cenam cum diuersis diuerso modo diuertendo: vt fabulationibus cogitationibus non tamen multum suauibus aliquando acutis sonis ⁊ huiusmodi. Unde tardandū ab introitu lecti per tres vel quatuor horas a cena vt cibus sumptus in cena iam trāsfluerit ad fundum stomaci: ⁊ sic non sit aptus multos vapores: neq longo tempore sursum ad caput cōmunicare: qui sint causa longi somni. Quando etiam intratur lectum fiat leuis fricatio pedibus ad diuertendum vapores ad oppositū: vel ponantur extrema in aqua calida. ¶ Sit etiam ingeniū vt post cenam sumatur aliqd vapores reprimens vt frustrum coctani: vel de codognata sine speciebus appellata dyacitoniten secundū medicos: vel sumantur. vj. vel. viij. coriādra preparata cōuenienter sm artē: aliter non placerēt. ¶ Est quoq dormiendū super lecto non molli vel tenero sed duro magis. Est curandum exercitari post. vi. horas somni. ⁊ a lecto surgere. ⁊ non in lecto quietari. ¶ Ex dictis superius etiam patere potest qualiter sit habendum circa inanitionem ⁊ repletionē scilicet vt curanda sit inanitio: ⁊ modicum sumendo absolute de cibo: ⁊ sumendo cibaria modici nutrimenti: de quib⁹ supra scriptum: et paucis vicibus maxime tempore hyemis. Unde credo conueniens esse dn̄o meo vt a principio octobris vsq ad principium aprilis: vel medium saltem marcij obseruetur dieta monachorum sancti benedicti: scilicet vt tantum semel in die comedatur. ¶ Sub hoc concludo: q saltē bis in anno fiat copiosa satis flobothomia vt in principio veris ⁊ in principio autūni: extrahendo. vij. vel. viij. ℥. pro vice. fiat tamen secundū cōsequentias oportunas a medico sciri debitas. ¶ Fiat itaq vbicunq contingat dominationem suā reperiri consilio egregij medici: qz hic de omnibus regulas apponere in longum nimis sermo protraheretur. ¶ De coitu hic nihil cōmemoro ne cum de ista materia fortasse loquerer a preceptis legis sanctissime declinare contingeret: neq sic super hoc regula necessario danda. ¶ De passionibus etiam animalib⁹ supra satis intellectum est: qz aliquando tristari vel irasci conuenit: nō sit tamen sic excellens vt peccare contingat: ⁊ hec de omnib⁹ ad dietam pertinentibus. ¶ De medicinis generaliter ⁊ pro regula dicatur: q omnes medicine prouocatiue vrine ⁊ secessiue ⁊ sudorem prouocantes ⁊ resolutiue ⁊ exiccatiue in hoc casu conueniunt: inter quas alique interius oportune offerūtur: ⁊ alie que exterius. ¶ Inter medicinas secessiuas laudo primo vt singula ebdomada sumatur medicina vt infra. ℞. cassie extracte sine armillis. ʒ. vi. granorum berberorum numero quatuor: tapellentur omnia simul: ⁊ cum zucchаro fiat bolus: ⁊ sumatur ante cenam parum. ¶ Ad hanc etiam intētionem valet sumere confectionem vt infra. ℞. trifere minoris. ʒ ij. cum zuccharo si expedit fiat confectio. Uel aliter ⁊ felicitabitur operatio: vt infra. ℞. specierum hyere. s. cum aloe: turbith electi an̄. ʒ. i.

trifere minoris. ʒ. iij. misce: ⁊ sumatur pro tribus vicibus. Et si placet post bibendo parum vini tepidi. Istam tamen medicinam melius est sumere in mane stomaco ieiuno: ⁊ de ista etiam tute vti potest bis in ebdomada. ¶ Ad hāc etiam intentionē valent mirabolani conditi: ⁊ iste sunt medicine secessiue. Alie autem etiam conueniunt in casu nostro que non sunt solutiue: ⁊ vsus earum potest esse in pulueribus ⁊ in electuario ⁊ in confectione. Primo potest fieri puluis vt infra. ℞. seminis apij: ameos: seminis feniculi: ⁊ ruthe: cimini an̄. par. i. lace. par. ß. baurach. par. iiij. misce ⁊ fiat puluis subtilis: de quo potest singula die sumere a. ʒ. ß. vsq ad. ʒ. i. maxie in hyeme. Ad idem valet puluis dn̄i Aui. capitulo proprio factus vt infra. ℞. seminis ameos: ⁊ seminis ruthe: ⁊ cimini an̄. par. equales sane succi sicci ⁊ baurach. an̄. quartam partem lace. par. i. cuius dosis sit vsq ad. ʒ. i. in die. ¶ In electuario vero conferunt confectiones vt infra. ¶ Primo confert mirabiliter confectio dyalacha: quia pro quanto vrinam prouocat ⁊ a proprietate extenuat virtute lace vt secūdo can̄. capitulo proprio ⁊ alibi. Ad hoc valet mitridatum ⁊ tyriaca: dyatriton piperion subtiliantes ⁊ resoluentes. In morsellis vero valent dyaciminum dyanisum: ⁊ cōfectio de musco amara dyacinamomum ⁊ talia. Et si medicus voluerit pulueribus suprascriptis ⁊ zuccharo dissoluto in aquis ruthe maiorane ⁊ huiusmodi facere confectionem in morsellis magis appropriabuntur casui nostro. Istarum tamen vsus sit precipue stomaco vacuo ⁊ famescente. Post quas etiam per tempus tardetur cibus vsq dum incipiat debilitari appetitus: ⁊ hec de medicinis sumendis per interius. ¶ Nolo tamen hic obliuisci quod superius promissum est: vt describere species in hoc casu valentes. Fiat ergo vt infra. ℞. ciperi: seminis agnicasti an̄. ʒ. i. macis: gariofilorum an̄. ʒ. ß. nucismuscate: piperis: galange. an̄. ℥. s. croci. ʒ. s. misce. fiat puluis: ⁊ si placet addere zuccharum ponatur ad libitum. ¶ Et quia ex prehabitis colligi possunt quecunq impedientia tractum alimenti ad membra ⁊ moram: in eisdē membris sunt frigida ⁊ ad siccum declinantia. Secundum vero perficiunt quecunq fortiter calefaciunt ⁊ subtiliant. Ponende igit̄ sunt alique medicine que exterius applicate ad hoc iuuamentum prebent numerādo calida ⁊ frigida. ¶ Inter olea calida sunt valentia oleum de lilio: oleum de ruthe ole. de piperibus: oleū vulpe: de spica: de costo: de castoreo de scorpio. ⁊ similia. Possunt etiam fieri epithimata de vino alb. decoctionis rerum calidarum de quibus supra. vsus tamen horum nisi in tempore exhiberetur esset in causa certo casu impinguandi. ¶ Utendū est ergo non absolute istis omni tempore: sed tempore tam famis existentis vel in tempore perperum antecedente ad horam famis. ¶ Inter frigida valent oleum ro. oleum de mirtis precipue ⁊ citoniorum: ⁊ similia. Fieri etiam possunt epithimata ex succis portulace: virge pastoris: caude equine: lactuce: semperuiue. iusquiami albi. ⁊ miscere cum eis de cerusa: camphora: mirtis: sumach: de puluere lapidis cottis: ⁊ similium. Istorum tamen vsus non multum placet: sed pro complexiori doctrina posita sint. Et his ad presens sum contentus.

¶ Laus deo semper.

¶ Expliciunt perutilia ad diuersas egritudines consilia celeberrimi ac famosissimi philosophi ⁊ medici. d. Magistri Jo. Matthei ex Ferrariis de gradi mediolanensis.

¶ Tractatus Rabbi Moysi: quem dño ꝛ magnifico Soldano babilonie transmisit.

Postq̃ ad manus minimi seruitoris moysi israhelitici cordubensis peruenit preceptum principis ac honorati regis ꝑ uenit cui de⁹ gloriosus honores augmētare dignet. qđ mihi transmisit ꝑ quēdā suum nunciū scꝫ vt sibi scribere deberē regimē tale: q̄ persecure ꝛ absq̃ dubitatiōe aliq̄ possit de curis egritudinū q̄ nouiter ipsi meo domino reuerēdo sibi peruenerūt fideliter considere: a quo deus dignetur ipsas ꝛ oēs alias egritudines elongare: ꝛ sanitatem perfectam cum eodem tēpibus vite sue permanere. Mihi quidē significat dictus nuntius: q̄ dñs meus reuerēdus conqueritur de duritie seu siccitate sue nature: intātū q̄ nō pōt assellare nisi cū summo studio ꝛ labore: q̄ innouata est etiā eidē melācolia ꝛ male cogitationes: ꝛ q̄ appetit esse solitarius ꝛ timet mortē: ꝛ qđ debilitatus est stomacus eius taliter: q̄ cibus corrūpitur in eo absq̃ completa digestione. ¶ Quare super his quatuor ordinaui tractatus. Tractatus primus est de regimine sanitatis oīm hoīum sub breuiloquio cōpilatus. Tractatus secūdus est de regimine egrotantium qñ nō possunt medicū inuenire: vel si reperiunt: est vt imperfectus ꝛ absq̃ scīa. Tractatus tertius est de regimine dñi mei: ꝛ de suis accidentib⁹ prout mihi per suū nuntium significauit. Tractatus quartus est capitulū gñale cōueniens ꝛ vtile sanis ꝛ egris oībus tēpibus ꝛ omnibus locis. Et nō improperetur mihi ab aliquibus: si aliquid dicā in hoc tracta. de hisque in aliis memoraui tractatibus: eo q̄ quilibet tractatus sit secūdū commodi exigentiam ꝛ requisitionē querentis: aut secūdum intentionem efficiētis. Et super hec adeo excelso ꝛ glorioso implozo auxilium ꝛ iuuamen.

¶ De regimine sanitatis omnium hominum sub compendio compilatus. Tractatus .j.

Intētio nr̄a i hoc tractatu ē remēorari vias leues ꝛ faciles ad mēorie recōmendationē: ꝛ exercere eas: que dicturus sum erit magne vtilitatis ꝛ perfectionis in cōseruatione sanitatis ꝛ hic tractatus est scḋm sniam magnorū medicorum. ¶ Dicit Hypocras: q̄ cōseruatio sanitatis consistit in elōgatione a multa repletione: ꝛ superfluo labore. Uide ergo qño Hypo. posuit conseruationē sanitatis in his duabus viis. s. vt quilibet se abstineat a superflua ꝛ nimia repletione: ꝛ a tali excessu exercitii ꝛ laborū: qui possit cibū corrūpere: ꝛ digestionē impedire: qm̄ qñ aliquis tm̄ comedit atq̃ bibit: vt satietur superflue: ex necessitate sequitur inde extēsio. Et scitū est: q̄ qđlibet mēbrū qñ extēditur vltra debitū: soluitur in sua cōtinuitate: ꝛ inde debilitatur virtus eius intantū: q̄ nullomodo pōt digestionē perfectā efficere: ꝛ accidit dolor in eo: ꝛ debilitas mot⁹ eius: ꝛ maxime cū potat aquā multā post repletionē. Ideo impoīe est quin accidat ei vna ex istis rebus vꝫ q̄ corrūpatur digestio taliter: q̄ inde pōt aduenire mors. Uel si corruptio fuerit minor predicta: efficietur eger: sꝫ liberabitur cum bono regimine: ꝛ conuenienti. Et adhuc potest digestio mala esse leuior intantum q̄ sustentabitur patiens absq̃ eo: q̄ perueniat ad egritudinem: sed cum labore. Species autē male digestionis diuersificantur scḋm diuersitatem specierū ciborū: ꝛ cōplexionū: ꝛ etatum ꝛ scḋm preparationem mēbrorum ad recipiendum egritudines: certissime cognoscendo: q̄ si digestio facta fuerit corrupta in stomaco: impoīe est qđ bona fiat in epate: vel ceteris membris. ¶ Et dicit similiter Gal. Qui cupit se ab egritudinibus conseruare: studeat toto posse ne malam faciat digestionē: ꝛ vt se nō moueat se motu laborioso: vel superfluo post cibum. Et hac de causa medici concorditer ꝛ generaliter dixerunt: q̄ qui vult in sanitate permanere studeat surgere ante sacietatem: ꝛ cum aliquo appetitu de mensa: abstinendo se omnino a tensione: ꝛ superflua repletione stomaci. Itē adhuc omnes sapientes medici dicunt: quod ex assumptione mali cibi in modica quantitate minus sequitur nocumentum: quam ex repletione boni ꝛ perfecti in superflua quātitate atq̃ magna eo q̄ qñ aliquis recipit ex cibo non bono aut malo in modica quantitate in stomaco ꝛ epate digeritur digestione cōpleta: et hoc est vel propter delectationē ipsius. vel qꝛ calor ꝛ virtus preualet ꝛ dominatur supra id modicū intantū: q̄ id qđ ex eo peruenit ad mēbra recipitur ꝛ cōuertitur ab ipsis in sui nutrimentū optime: ꝛ si quid ex ipso superfluo remanet: est valde modicū: vnde a virtute expulsiua ipsorum faciliter expellitur: quare ex hoc nō peruenit nocumētū: ꝛ si quid accidit: est tā leue ꝛ imperceptibile: q̄ nō curatur. Quia aūt saturatur superflue: Quis ex optimo pane ꝛ perfecto ꝛ nobilissimis carnibus et perfectissime preparatis nō pōt bonā facere digestionē. nec laudabilem. Et hāc cautelā medici habuerūt qñ prohibuerūt: ne quis cupiens sanitatē suā cōseruare recipiat fercula multa in vna mēsa: qm̄ ex vno ferculo nō pōt tm̄ saturari: q̄ inde valēt ad nocumentū de quo sit curādū peruenire. ¶ Sciēdū q̄ scḋm q̄ diuersificantur cibaria diuersimode variatur digestio scḋm naturā vniuscuiusq̃ cibi. Ergo quicūq̃ cupit suā sanitatē cōseruare studeat comedere in tēperatis horis diei: ꝛ taliter comedat: q̄ stomacus inde nō recipiat extēsionē: nec grauamē: ꝛ comedat cibaria cōuenientis sue nature: intātū q̄ nō deueniat ad eructuationē putridā: aut corruptā: neq̃ ad sitim: ꝛ q̄ sentiat post cibum sanitatem ꝛ leuitatem: ꝛ q̄ cibaria sua talia existāt: q̄ permaneat mollis ꝛ solubilis nature. Et illud regimē toto posse perseueret. Si aūt aliqñ incubuit necessitas comedēdi in horis calidis minuatur de quātitate: eo q̄ virtus digestiua in tali tpe et hora debilis existit propter sparsionē naturalis caloris ad exteriora. ¶ Et qñ infrigidatur aer addatur ꝛ multiplicetur quantitate: qꝛ virtus digestiua tūc tēporis fortificatur ꝛ vigoratur propter coadunationē caloris innati: ꝛ cōstrictionē pororū. Et dico vobis dñe Reuerēde: q̄ si quis se regeret semper eo modo quo regitur animal super quod equitatur: euaderet a multis ꝛ diuersis egritudinibus: qm̄ nō reperitur homo qui nō propinet suis equis annonā semper: ꝛ omnib⁹ horis cibādi in tali proportione: scḋm q̄ cogitare ꝛ scire potest: q̄ possit digerere ꝛ ferre competenter absq̃ difficultate ꝛ labore: qꝛ bene scit quilibet q̄ si inordinate cibaretur vel superflue: vel fatigaretur vltra debitū: et inordinatis horis: q̄ infirmaretur sine dubio: q̄ non faciūt in seipsis. Et sic quilibet sit attentus in suis motibus exercendis: qm̄ motus est radix maxime in conseruatione sanitatis: et in pluribus egritudinibus expellendis. ¶ Et iam dixit nobilis Hypocras: q̄ qui vult suam sanitatē conseruare vtatur exercitio: sed tali modo q̄ non percipiat dolorē in suis membris: nec grauamen superfluū. Sciendū q̄ non reperitur res in mūdo que possit motui ꝛ exercitio tēperato equiparari: eo q̄ ex motu excitatur ꝛ augetur calor naturalis in omnibus membris: ꝛ non est corpus alicuius hominis: in quo non multiplicētur superfluitates alique ꝛ generentur: quāuis comedat temperate ꝛ cibaria optima: nedum in facientibus contrarium: que cōsumuntur ab exercitio: ꝛ motu ordinato. Et expellitur etiā nocumentum per motum ꝛ laborem quod accidit ex malo regimine facto in maiori parte hominum Et scitum est: q̄ motus nō sunt equales: qꝛ alii sunt graues: alii fortes alii debiles. Motus autem grauis est ille: in quo anhelitus fortiter permutatur, cum anxietate. Et ille qui fortior isto existit nominatur laboriosus atq̃ fortis. Debilis vero non inducit permutationem in corpore. Et optimum est in conseruatione sanitatis agere motus leues et non laboriosos. Et non est conueniens vti exercitio nisi facta et completa digestione: et post expulsionem superfluitatū prime et secunde digestionis scilicet stercoris ꝛ vrine. Neq̃ enim fieri debet motus in forti calore vel frigore: motus conuenientes sunt in mane post exitum a somno ꝛ completa digestione ꝛ facta expulsiōe dictorum superfluitatum. ¶ Dixit Gal. in regimine sanitatis: quod sicut exercitium conueniens est ante cibum: sic nociuum est valde post cibum ꝛ specialiter post superfluam satietatem. Sciendum q̄ motus localis superfluus ꝛ coitus ꝛ balneum post cibum sunt oīa magni nocumenti: ꝛ specialiter illis qui habent venas strictas vel siccas naturaliter. Illi enim sunt qui recipiunt ꝛ recipere possunt ex talibus multa nocumenta. Tamen sine nocumēto potest quilibet se mouere ambulando tm̄ quantum sua dom⁹ extenditur in longitudine ad hoc q̄ cibus descendere possit facilius ad fundū stomaci: vbi digestio natuliter celebratur. ¶ Et somnus est ex rebus que multum iuuant digestionem: ꝛ maxime in eis qui assueti sunt dormire in die. Et de melioribus ꝛ vtilioribus rebus in regimine ꝛ conseruatione sanitatis est nō addendo cibo cibum donec sit digestus: ꝛ non comedere nisi post naturalem appetitum: nec bibere debet nisi sitierit naturaliter. quoniam aliqñ quāplures homines patiuntur sitim et famem mendosam: que fames specialiter erit ex aliquo malo humore ꝛ mordicatione mordicante orificium stomaci ꝛ inde generabitur fames: cui nullatenus est satisfaciendum.

¶ Et scias q̄ bibere aquā post cibum est ex rebus que multum
destruūt digestionem nisi fuerit assuetus. In mensa vero quā-
do comedit et infra cibum nō bibat nisi aquam simplicem sine
aliqua mixtione. ¶ Et de modis etiam et ordinibus conserua-
tionis sanitatis est expellere superfluitates omni hora et tēpo-
re quādū potest: et absq̄ retentione ipsarū coire vel dormire seu
aliqđ iter incipere vel aliquē grauē motū facere nisi prius di-
ctas superfluitates conet expellere toto posse. Et postq̄ fecerit
et ut cōpleuerit aliquā ex dictis quinq̄ actionib⁹ agere studeat
illud idem. s. dictas superfluitates conet expellere. ¶ Et de or-
dinibus similiter et cōuenientib⁹ rebus in conseruatione sani-
tatis est: vt quilibet sciat naturā vniuscuiusq̄ specierū ciborū
qui comedant: et de his super his quamplures medici diuersos
atq̄ varios ediderūt libros: eo q̄ hoc est ex rebus maxime ne-
cessariis in arte medicine. Nos vero adducemus super hoc vti-
les regulas s̄m cibos: quibus vti cōsueuimus. ¶ Et ex illis est:
qm̄ cibus laudabilis ad quē oportet tendere qui querit sanitatis
cōseruationē est panis de frumēto arte paratus: et carnes edorū
et iuuenū pecorū: et carnes gallinarum fasianorū: turturū: et pul-
cinorum et vitella ouorum. Et volo inquā vt panis frumenti artifi-
cialiter paratus sit: q̄ fit ex frumento cuius decoctio completa
sit atq̄ perfecta. s. postq̄ ab eo exiccata fuerit ipsius humidi-
tas superflua: neq̄ inueteratum sit quousq̄ incipiat putresce-
re: et sit panis cum modico furfure. Auferantur cum cribello
vel cucullo: et appareat in ipso acetositas et etiam sal: et multi-
plicet eius tractatio in hora cōfectionis: et sit coctus in furno:
talis enim panis p̄paratus s̄m artificium eius apud medicos
est cibus magis laudabilis. Et oportet te scire q̄ totū id qđ de
frumento fit preter hūc panem nō est bonus cibus aliquo mo-
do. sed sunt mala cibaria. Videlicet sicut panis azimus: et pa-
sta cocta i aqua: et vermicelli similiter: et furfura cocta et aqua:
que farinata dicit in vulgari: et acida qđ est azimum assatum
cū oleo: et panis cum oleo mixtus: siue oleo cōmuni: siue cete-
ris oleis huiusmodi cibaria omnia sunt mala vniuersis homi-
nib⁹. Similiter et panis nimis albus et panis factus malo mo-
do. Granū vero coctum nō est laudabilis cibus quāuis sit ho-
num qm̄ digeritur bene: requirit enim potentē stomacum vt di-
geratur. Et tunc nutrit bono nutrimento et copioso. ¶ Gene-
ra vero carnium: que predicte sunt a nobis in precedenti tra-
ctatu nō omnia sunt eiusdem nature: nec omnia equaliter lau-
dabilia. Sed meliora carniū in genere quadrupedum sunt car-
nes porcorum vnius anni pascentium in campo: et castratorū
medie etatis pinguium. et partes meliores ex his sunt que ad-
herent ossibus. Et quodcunq̄ est in ventre malum est. Vniuer-
se autem pinguedines male sunt: replent enim et digestionem
corrumpūt: et appetitum prohibent: flegma generant. Et simi-
liter capita animalium plures superfluitates generāt q̄ cete-
ra mēbra. Alie vero extremitates. s. pedes priuati sunt a sup-
fluitatibus: neq̄ mali nutrimenti sunt facilisq̄ digestionis.
Agnine vero carnes male: habent superfluitates: et nihil bo-
ni existit in eis. Edi vero lactentes boni nutrimenti sunt faci-
lisq̄ digestionis. Carnes vero auiū generaliter leuiores sunt
carnibus bestiarum: et facilis digestionis: Sed meliores car-
nes inter aues sunt carnes quas prescripsimus. Lac vero in
illa hora: in qua mulgetur dum non acescat in stomacho: neq̄
in fumos resoluatur: neq̄ generet ventositatem in renibus est
boni nutrimenti. Oportet autē misceri cum ipso modicū mel-
lis et modicum salis: et ea que numerauit Gal. vt non coaguletur
in stomacho. Sed melius inter genera lactis: et magis subtile
est lac caprinum et vaccinum etiam est boni cibi. Omnia vero
que de lacte fiunt. vel cum eo admiscentur mala sunt. Et eodē
modo quicquid de lacte coquitur: et quicquid cum ipso coquitur
pessimum est. Similiter vniuersa genera casei pessima sunt atq̄
grossa. Caseus vero vnius diei albus et dulcis et non multū pin-
guis bonus est. Et vniuersa genera butyri vniuersaliter non
sunt mala cibaria vniuersis hominibus. Mel quoq̄ est bonū
nutrimentum senibus: malū vero iuuenibus: et maxime cuius
complexio est calida: qm̄ cito vertitur in coleram ru. ¶ Pi-
sces vero vt plurimum mali sunt nutrimenti: et maxime haben-
ti humidam complexionem: et senibus: et multo magis pisces
magni corporis et salsi: et crescentes in malis aquis: et qui sunt
multum pingues mali sunt propter multam humiditatē. Pi-
sces quoq̄ non mali sunt quorum corpora parua sunt et quorū
carnes sunt albe et dure atq̄ frangibiles: et quorum sapor dul-
cis sit in marinis aquis excreti: aut in aliis aquis currentib⁹.
Genera quoq̄ piscium: que dicuntur cephalones nō sunt ma-
li nutrimenti: si sumantur de illis ad modicum. ¶ Et notan-

dum est apud omnes medicos. qm̄ ex melioribus cibariis est
illud cuius prohibitio est diuulgata in lege saracenorum. s. vi-
num: nam illud est qđ nutrit multo et subtili nutrimento: et cito
digeritur: et adiuuat digestionem: et extrahit superfluitates a po-
ris: et vrinam educit: et sudorem: et preter hoc habet alias plures
laudes: et diuersa iuuamēta a medicis iam posita. Sed tracta-
re de eo cuius administratio non est licita inutile est: et ob hoc
subtraximus hanc memorationē specierum ipsius: et eius sum-
ptionis modū s̄m semitam sanitatum. ¶ Ex cibariis vero que
mala sunt vniuersis homini⁹ sunt. s. allea: et cepe: porri et cau-
les: melongianciola hec pessima sunt his qui suam sanitatem
cupiunt conseruare. Citruli vero et melones viridos minoris
sunt malitie. Melones autē citrini si sumant per se in princi-
pio diei euacuato stomaco. et nō sit in ipso malus humor. s. ab
alio loco p̄cedens: et cū hoc non sit in ipso mala cōplexio: ta-
lic bene digerentur et corpori nutrimentū infundunt: et vrinam
multiplicant nervos purificant atq̄ mundificant ab humori-
bus: que in eis sunt: tūc non erunt mali nutrimenti. Qđ autem
facimus memorationē de illis est: q̄ hoīes cōsueuerunt come-
dere de illis multum. ¶ De fructibus quoq̄ huiusmodi sciens-
dum est: qđ omne qđ educitur ex arboribus malum est ad nu-
trimentū hominis in generali: sed est distantia inter eos in ma-
litia. Sunt enim quidam fructus valde mali: vt sunt karabe:
et sorbe: et nespille. Alii vero sunt parum mali et proxime boni-
tati: vt sunt ficus et vue. ¶ Et dixit Gal. q̄ ficus et vue sunt quasi
principes omnium fructuū et minoris malitie: sed sanguis ge-
neratus ex fructibus non est bonus. Nec quis in hoc decipia-
tur cum diximus: q̄ omne q̄ educitur de arboribus est mali nu-
trimenti nos intellexisse mella fructuū et vina decocta et potio-
nes et cōfectiones: que fiunt ex ipsis in hoc genere cōtineri. In-
uenimus enim ea vtilia propriis liquoribus. Nam ipsorum
operatio est in eo: q̄ medicine sunt. Hoc autem totum notum
est apud illum: qui in arte medicine est peritus. Et est quidem
apud Gal. sermo quem protulit per modum correctionis homi-
nibus: et iurauit per deum: quoniam sermo ille esset perfecte ve-
ritatis: in quo corrigit homines non comedere fructus. Dixit
enim: quoniā cum incideret in febrem omni anno: iussit a pa-
tre suo vt non comederet fructus aliquo modo et exemptus est
a febre illo anno. Post illud substraxit se omnibus diebus suis
ab vsu fructuum: et qui iurauit non sensisse febrē ex tunc vsq̄ in
diem illum quo fecit illum sermonem nisi febrem ephimeram.
Et nos quidem dicimus: q̄ verum est qđ dixit. Nam humidi-
tas fructuum est materia febris. ¶ Nec pro tanto quis contra
nos obiiciat esse plures homines comedentes fructus non mo-
lestari a febre: nam consuetudines et nutrimenta alias habent
rationes: quomodo si aliquis de regione in dic vteretur pane
artificiose parato: et carnibus ouinis necessario infirmaretur.
Qđ si aliquis nostrum continue vteretur granis rizi et piscib⁹
vt indi faciunt necessario egrotaret Sed huiusmodi tractat⁹
intentionis non est has causas ponere: sed eius intentionis est
demonstrare q̄ fructus vniuersaliter mali sunt: et q̄ homo cus-
tet eos: neq̄ misceat eos cum cibo aliquomodo. Et vtatur ex
eis quicunq̄ mollificatiui sunt et humectatiui sunt: sicut vue
pruna et ficus ante cibum. Nec sumat cibum donec ex stomaco
educantur. ¶ Et ex ipsis post cibum vtatur quicunq̄ aggrega-
tiui sunt: vt coctana: et pira: et non sumat de eis nisi modicum:
vt confortentur: claudant: que sunt in stomaco. Et quemadmo-
dum inter fructus laudabiles sunt ficus et vue: sic peiora sunt
persica: et melline. Nec accedat ad aliqđ istorum generum ali-
quo modo: quoniam ex his generantur humores: qui admix-
ti sanguinem ebullient. Et hec erit potissima causa putridorū
humorum et febrium. Fructus vero sicut vue passe et fistici nō
sunt mali: immo vtiles sunt post comestionem: et maxime pas-
se et fistici: quoniam iuuant epar maxime: et in sanitate spatio-
nos viuimus: sicut dixit Gal. ¶ Similiter bonum est post ci-
bum aliquid dulcedinis sumere: prestant enim stomacho virtu-
tem retinendi et digerendi. Hoc est qđ visum est nobis ponere
in hoc capitulo qđ quidem secundum nostram intentionem
sufficiens est.

¶ De regimine egrotantium quando non possunt medicum
inuenire: vel si reperiunt est imperfectus et absq̄ scientia.

¶ Tractatus iii.

Iam notum est apud speculatores q̄ scientia medi-
cine necessaria est homini in eo quod est susceptí-
uus egritudinum propter ciborum multiplicatio-
nē. Nec desinit indigere medico aliquo tēpore vel
modo: et hoc est: q̄ aliquis continet tria regimina.

Primum regimen et magis nobile est regimē sani: vt sanitas non remoueatur ab eo. Secūdū est regimen egrorum: et est acceptio consilij et operari: vt sanitas recuperetur. Tertium vero regimen: qđ appellat Gal. viuificationem: et est regimē illius qui nō est sanus sanitate legitima: nec eger: sicut regimē neutrorum et senum. Manifestum est ergo: quoniam indiget homo regimine medici omni modo: omniqꝫ tēpore. Veruntamen eius necessitas habēdi medicum tempore egritudinis est fortior: et absentia ipsius medici tunc magis periculosa existit. Ideoqꝫ putant stulti non esse necessarium medicum nisi in tēpore egritudinis conuenit. Contingit enim pluries egrotare aliquem eundo per viam in ciuitate: in qua non est medicus: vel est ibi medicus: non tamen dignus posse confidere de ipso: propterea fuit de cōsilio serui significare quid oportet fieri in tali casu. ¶ Dico ergo quantum Gal. iam deliberauit ꝙ vniuersi antiquo tempore quando occurrebat eis aliqđ dubium in ipsa egritudine non curabant ipsam aliquomodo: sed morbum ipsum relinquebant nature: quā nature est sufficiens ad sanationem egritudinis. Qđ vero iam prolongauit in multis locis librorum suorum sermonem in commendanda natura dicens ipsam esse sapientem et ingeniosam ad faciendum id qđ oportet fieri. Neqꝫ indiget alieno subsidio in curatiōe egritudinis. Opꝫ tñ medicū iuuare et sustētare ipsum non alio mō. ¶ Dixit aūt Ras. i quodā notorū capitulorū: ꝙ qñ egritudo fuerit fortior virtute egri nō speres salutē ab ea: nec in ea vtilis est medicina aliquo modo. Cum aūt virtus egri fortior fuerit egritudine: nō eget medico aliquo mō: sꝫ ipsam sanat sola natura. Qñ vero egritudo et virtus sunt equales: tunc indigebit medico pro virtutis cōfortatione. Hoc tñ cū medicus fuerit sufficiēs sciens qualiter cōfortet ipsam: et cōsideret sup ipsam. Sꝫ maior pars medicorū errant credētes confortare naturā et ipsam debilitāt: et eius motū īpediunt. Et ideo dicit Ari. in libro de sensu et sensato: ꝙ maior pars hoim moritur ex medicine ꝓpter ignorātiā medicorū ipsius nature. Medici aūt intelligūt ꝑ naturā virtutē regitiuā corporis aīalis: cuius essentia et ipsius virtus operationis determinata est in libro sclarū: et scientijs antiquorū. Et ꝓpter has causas assumūt sibi reges plures medicos: et ex illis eligūt qui magis est intelligēs et magis vetus in ipsa scia ꝙ pote est ei ab errore excludi cū ipsorum opiniones fuerint pariter cōgregate. ¶ Manifestū est igit ex his q̄ dicta sunt: qm opꝫ egrū cū natura ꝑmanere: qñ medicus nō est sufficiēs. Sꝫ modus eius ꝑmanēdi cū ipsa natura est: vt nō recipiat medicinā nisi illā: qua sani ꝯsueuerūt recipere. Et nō recipiat de cibo quātitatem totā quā solet sumere: et cum sitierit bibat. Et cū famescit comedat tēpore quo solebat: et tunc comedat leuiorē cibū inter cibos: quibus vsus est. ¶ Et sciendū est ꝙ cum hꝫ secum vulgarē medicum vnū: nec plures nō declinet ad assumptionē medicinarū fortium nisi cum consilio medici periti valde: cuius scientia ꝓbata et verificata est super quo extratur experientia: sed preter ipsum eligat tēpore sue egritudinis debiles medicinas nō fortes. ¶ Ego quidē declarabo medicinas fortes: que sunt. Flobothomia cū multi sanguinis extractione. Similiter euacuatio cū violēter laxatiuis attractiuis: vt est colloquintida: scamonea. Similiter euacuatio ꝑ vomitum cū forti medicina: vt elleboro: nuce: vomica. Similiter cū clisteribus acutis: in quibus intrant colloquintida serapinū: castoreū et similia. Etiā tollerare sitim et cessare a potu aque et cibo totaliter: ita ꝙ eger nihil sumat. Simili modo accipere confectiones iuuamētorū multorum: sicut tyriacas et metridatos theodoricon: et his similia: hec omnia sunt medicine difficiles. Nō vtere aliqua ipsorum nisi cum consilio periti medici et in scientia certe. Hec eñ si fiant in casu debito sanāt egrum de ꝓximo: vel per ea liberabit a morte. Qđ si peccauerit in ꝓprio casu et delicto interficient: vt plurimum cito: vel faciēt acquirere egritudinē: que in vltimo ducit ad mortem: et ideo opꝫ cauere ab eis. ¶ Medicine vero debiles sunt. s. extractio sanguinis cum scarificatione in tybijs: aut in superiore parte corporis. Et laxare ventrem cum manna et prunis et syrupo violato: et syrupo ro. cum aqua frigida infrigidatis. Similiter vomitus cum aqua ol. et secamabin: vel cum radice: aut cum radicibus melonum et similia. Similiter clisteria lenia sunt sicut cum aqua ordei: aut decoctione furfuris cum aqua mel. vel cū oleo tantum: et his similibus. ¶ Ad subtiliandum vero cibum est acceptio syruporum qui habentur in vsu factorum de zuccharo: vel de melle apum: vel aqua ordeacea: vel farre ex ordeo: aut mica panis pluries lota: aut sumere modicum de pane cum ferculis extraneis. s. que nō sunt sanorum fercula. Similiter curari cum medicinis sanatiuis. s. rebus quas consueuerunt sani accipere frequenter sicut sunt syrupus acetosus: et syrupus vio. et ros. et ceteri his similes sicut rose facte cum melle: vel zuccharo: et viole similiter hoc modo facte: et mirabolani confecti et similia. Item acceptio decoctionum compositarum ex medicinis debilibus et securis: est vero liquiritia: capillus vene. et lingua bouis: et semen endiuie: et cortex citri: et maciane: et radices asparagi: et cortices radicis endiuie: feniculi: et apij semen citruli: et semen portulace: et semen melonum: et radix maluauisci et eius semē: et his similia. ¶ Itē syrupus compositus ex fructibus: et seminibus: et floribus: quibus sani vel cōsueuerunt. similiter potus tamarindorum. Uniuerse he medicine leues debilesqꝫ quando administrate fuerint suo loco et tempore iuuant et sanant egritudinem debilem: et aliquando sanant egritudinem fortem longo tempore. Quod si eorum administratio loco suo non fiat: non interimunt: nec generant intensum malum. Similiter inuenimus maiorem partem medicorum confidere hoc modo medicinis ad querendum securitatem. Euacuatio vero cum yeris et agarico. et turbit et his similibus: et similiter cassiafistula modus mediocre est: et non de genere difficilium euacuationum: nec sunt de medicinis debilibus. Cassiafistula vero licet habeat in se molestiam et interdum inducit pondus. i. tenasmon: est tamen secura medicina. ¶ Agaricus et si sit securum ex parte sua laxationis: tamen eius acuitate et siccitatis vehementia nocet magno nocumento: quando requirimus humectationem totius corporis: vel alicuius membrorum. Et ita est nocumentum yerarū et triferarū inferentium magnum valde multotiens. Et hoc est qđ nos prohibemus sumptionē tyriacarū et mitridatorū nisi hoc fiat de cōsensu medici peritissimi: et hoc in sanis. In egris aūt dico ꝙ iam posuerunt ꝙ in regimine sanorū est sumere tyriacam quolibet .x. die hoc dixerunt medici: sed nō est id de rōne medicine rō absoluta: immo oēs: qui requirunt hoc hmōi: habēt necessario cōditiones sicut id qđ posuerūt de cōditione tyriace: quolibet die .x. per modum cōseruationis sanitatis: hoc nō opꝫ sumere calidā habentē cōplexionē: nec i tēporib9 intēse caliditatis. Sed ipsa vti debet ille in cuius stomaco est malus humor: vel humor quicūqꝫ. Et sicut etiā ex horū dictis est: ꝙ vomitus semel vel bis in mense bonus est: et modus in regimine sanitatis. ¶ Hoc etiā habet ꝯditiones. s. ꝙ nō sit ille debilis pectoris: nec talis cuius caput repletur de facili: vel accipiat cum frequenter almahada: et ꝙ non fiat vomitus in tēpore omnis frigido. Et sm quālibet rationē: qua ipsi soluunt sunt certe conditiones sicut exēplar qđ posuimus est: qm nos dixerimus administrare debilē medicinā: quoniam memorati sumus de cuius cōditionibus est vti ipsa: qñ non reperitur peritus medicus: et ꝙ possit in ipsam manū immittere cum quocūqꝫ medico: qui possit reperiri: et totum hoc positum est in loco necessitatis. Nam hoc idem nocet: et etiam in ista modica quantitate maxime qñ medicum contingit fallere et administrare preter propitum. Et Gal. quidem declarauit nobis: qm ipse iubet potum aque donec sanet eius sitim: et inducat sudorem in corpore egri: et mollificat naturam eius: et amoueat febrem et sanabitur perfecte. Et multotiens soluunt potus aque tempore non debito: qđ quidem erit cā perditionis egri: aut acquirēdi sibi longam infirmitatē: de qua nunqꝫ sanabit. ¶ Et iā quidē determinauerunt oēs cōditiones: quibus soluit potus aque vel prohibetur. Quod si quid hoc est de potu aque: multo magis erit in alijs: que preter hec sunt. Et qñ cōtrariantur signa et dubitatur apud nos: vtrum debeat solui potus aque vel prohibeatur: dimittat ipsam et eger bibet et nō euitet. Quod si fuerit apud nos dubium vtrum nutrire debeamus egrum vel cauemus ipsum: totaliter nutriremus ipsum tunc subtili cibo. Secundum hoc igit opꝫ esse tale regimen vbi non inuenitur peritus medicus. s. ꝙ cōcurrat semper cū regimine sanatiuo: et sumat minus eo quod consueuit sumere et conseruet quotidie virtutem in cibi sumptione. Talis autem cibus erit subtilis. s. ius pullorū: et ius carniū: et vitella ouorum parum coctorum in aqua: et similiter vinum cui decet doritant cum cibo grossiori he sint carnes pullorū: et nō cesset semper cōseruare virtutē naturalem cum cibo. ¶ Similiter confortet virtutem animalem cum bonis odoriferis cum calidis. s. musco et ambra: et sebres: ligno aloes in egritudinibus frigidis. Ad frigide sicut rose: nenufara mirta et viole in egritudinibus calidis. Similiter quoqꝫ confortet virtutem vitalem et naturalem cum instrumentis musice et cantis: et recitando sermones qui ipsum letificant et eius animam dilatāt: societate gaudeat: omnis hec

op3 esse in quolibet egro: q2 medicus non est ad disponendū necessaria: que quidē iusserunt antiqui cuilibet medico. Nā quando possibile est regere egrum cum dietis: non regat ipm̄ cum medicina. Quod si non dubitat esse necessarium reginē cum medicina: tunc regat ipsum cū rebus solutiuis. tunc incipiat a debiliori ⁊ leuiori. Et si hoc sufficiat bene quidē. q2 si nō sufficiat: tunc ex medicina forti in fortiorē. Et quantocū q3 poterit esse regimē cum medicina simplici: non regat cum medicina cōposita. Q2 si non poterit transire regat ipsum cui3 ea: cuius cōpositio minor est. Nec eligat medicinas multe compositionis nisi cum magna necessitate. Et cū sint huiusmodi predicte inhibitiones ⁊ cautele in discretione laudati medici quanto magis oportet cauere vbi medicus nō est: op3 tunc maximā adhibere diligentiā: ⁊ non accelerare administrationē medicinarū fortiū. nec sumere multas medicinas: ⁊ sit cōtentus de regimine debiliori inter regimina. Et hoc est q2 visum est nobis de rectificatione sm̄ hoc capitulum.

¶ De regimine mei dn̄i ⁊ de suis accidentibus prout mihi per suum nuncium significauit. ¶ Tracta. iij.

⁊ humectat destruunt tres digestiones: ⁊ nõ valebit hoc regimen nisi ei qui abũdat cholera nigra: sed non posuit de significatiõe cholere nigre. Nos vero qđ psumpsimus ex predictis signis est generatio fumorum melancholicorũ generatorum ex cholera rubea generata ex adustione flegmatis abundãtis per tempora. ¶ Qui modo cõsuluit infusionẽ reubarbari cũ aqua endiuie per diem quando fuerit intentionis lenificare ventrem conueniens est: ⁊ iam quidem narrauit seruus modũ lenificationis nature cum ipso reubarbaro in capitulo tertio suorum tractatuũ: qui tractatus sunt in folio domini nostri. ¶ Qui vero cõsuluit introitum balnei quolibet die tertio: ⁊ vti exercitio quolibet die: ⁊ q vngatur oleo viol. totum est cõueniens: ⁊ ad hoc loquetur seruus super hoc capitulo distincte ⁊ proprius. ¶ Qui vero consuluit petias cum sandalis epati. Et similiter qui consuluit comedere citrulum: ⁊ lactucã: ⁊ portulacam: et spinachia: ⁊ attriplices: hoc totum est error. nam hoc remediũ cõfert habẽtibus febres inflãmatiuas vrentes valde. Et qñ accidunt in his qui cõplexionem habent valde calidã: ⁊ in tẽpore estatis. ¶ Et maior error in isto est qui iussit potum lactis: qñ cõsiderauit humectationem: ⁊ dimisit cõuersionis facilitatem eius ad quẽcunqȝ humorẽ inuenit in stomacho: ⁊ nõ cõsiderauit materiam cause egritudinis: que est flegma adustum. ¶ Et qui signauit sumere secaniabin de citoniis post cibũ per vnam horam: conueniens ⁊ vtile remediũ dedit: bonificat enĩ digestiones: sed adiunctio sua syrupi succi berbene post dũ cibus est in stomacho ⁊ etiã si stomachus esset vacuus a cibo nõ haberet locum in ista egritudine. ¶ Ille qui signauit vti syrupo lenificatiuo filii ptholomei: aut alicuius alterius: similr qui signauit syrupum salis arabico humati: idest acetose vel fabule: ⁊ pomorum: ⁊ aque lingue bouis: ⁊ granorum myrthi: ⁊ seminis trogen. totũ hoc est cõueniẽs: sed adiungere cũ hoc psiliũ: non videtur cõueniens in hoc loco: ⁊ nõ enim video in ipso bonum regimẽ in hoc discrasia ⁊ cõplexione. ¶ Qui vero signauit sumere aquã ordei cum papauere: ⁊ semine coti esse mirabile in rectificando somnũ: ⁊ quasi cũ habeat aqua ordei virtutẽ humectationis: ⁊ breuẽ somnum cõfortabit ipsum semen coti: ⁊ mirabilius hoc est eius qui dixit sumere pruna post aquã ordei: ego quidem non puto fm istos medicos: q sit aliqđ mẽbrorum corporis magis proprium q̃ stomachus. Ille vero qui non curat si debilitetur stomachus vel non debilitetur: ⁊ si accipiat in ipso impedimentum vel nõ cum possibile sit eis consideri nobilitatẽ stomachi: ⁊ multitudinẽ vtilitatum suarũ: quapropter opȝ adhiberi curam circa ipsum continuo: ⁊ ideo fecit super ipsum nobilior medicorum tractatum. Verũtamen hoc poculum apud illos cõfortat stomachum: eius digestionẽ bonificat ⁊ exiccat eius humiditatẽ: ⁊ eius viscositatem incidit que generantur ex flegmate qđ nõ desinit generari in ipso quotidie ⁊ subtiliat qđ grossum est in ipso: ⁊ est illud regimen: cuius memoria precessit apud eos: q est aqua ordei cum semine corticis proprius incipiendo post illud cum primo nimis. Redarguit ergo seruus qđ redarguendũ est in hoc casu: vt caueat dñs ⁊ nõ indigeat generaliter dicto. ¶ Sumere aũt ⁊ poma ⁊ citonia ⁊ sumere grana granatorũ post cibũ cõsulẽdum est oĩbus hoĩbus in regimine sanitatis: nec in hoc est additio priuãs huic egritudini. ¶ Qđ vero signatũ fuit de sumptione pitartimi ideo coriãdrorum hȝ in se naturã ingrossandi vapores ⁊ prohibendi eos ascẽdere. qđ quidẽ verũ est. Nihilominus opȝ q sumat cũ medicinis: sicut sunt grana sufufur ⁊ hmõi: vel coquat cũ medicina. Sed sumere coriandrũ solum post cibum: ⁊ si nõ inducat vomitum: generat pustulas absqȝ dubio ⁊ corrũpit cibũ. Sumere autẽ semen porri. cum zucharo aliquibus tpibus preterq̃ cum cibo bonũ est: ⁊ etiã si misceret cum ipso cibo nõ lederet in eo: q regit ⁊ confortat cor. ¶ Et signauit dñs noster: qñ medici signauerunt ei vti mesmes. i. crisimollis: ⁊ piris: ⁊ citoniis: ⁊ cũ cibo vuis ⁊ melonibus ⁊ granatis. Et ante hoc non cognouit seruus intentionẽ huius signationis: verum fuerit propter necessitatẽ appetitus ⁊ cõsuetudinis sumendi. Et de fructibus: q quidẽ cõuenit sumere de ipsis ante comestionem: q lenificet naturam: post comestionẽ vero q cõstringit ⁊ coadunat: sicut sunt pira: citonia: ⁊ poma: hoc est conueniens. Qđ si intendit dicere q vsus istorum fructuum conferat huic discrasie: error est. nã fructus omnes humidi sunt mali ⁊ sanis ⁊ egris: quãdo accipiuntur per viã cibi: ⁊ maxime melones ⁊ mesmes: que dicuntur bacoch in hispania: oẽs sunt mali pro multitudine alterationis ipsorum ad quẽcunqȝ malorum humorum existentium in corpore. Similiter ⁊ persica pessima: sunt enĩ materia malarum febrium ⁊ fraudulentarum. Et Gal. dixit: q a die a qua manum pbstraxit a comestione fructuum humidorum nõ percepit febrem vsqȝ in finem dierum suorum: ⁊ prolongauit sermonẽ suum super hoc per modum corruptionis humorum: sicut scriptum est in eius tractatu. Propter qđ necesse est: q relinquat dñs noster omnes fructus humidos toto eius posse. ¶ Qui vero consuluit relinquere oẽs carnes venationis: et carnes: que vocantur adiret: ⁊ melangranas dixit bene. nam omnia hec vigẽt in illud: de quo conqueritur dñs ex ipsis accidentibus. ¶ Similiter quoqȝ qui consuluit exercitium omni die cõuenienter dixit. ¶ Similiter qui prohibuit ipsum accedere ad regiones calidas: dissoluunt enim in hoĩe vapores: scȝ ascendentes ad superficiem corporis dum frigidi et humidi sunt. ¶ Vaporibus enim illis ascendentibus: qui resoluuntur ex sanguine grosso ⁊ turbido: ille regiones addunt in grossitudinem ⁊ vistionem sanguinis: ⁊ eius vapores multiplicant: qñ vero perficietur sanitas dñi in adiutorio dei poterit moueri: et ire ad quecunqȝ eius desideria deus adimpleuerit tam in hoc seculo q̃ in futuro. ¶ Non videtur seruo: q dñs euacuet corpus eius: cum lapide lazuli: vel cum lapide armeno. Non cum lapide lazuli propter eius vehementiam. Cum lapide vero armeno: qr non cognoscitur: ⁊ iã intulit in ipso dubietatem nobilis medicorum ⁊ multi alii: ita q nõ est iste: qui nuncupat hoc noĩe. Eodẽ modo videtur seruo esse cõueniens cauere sibi dño ab administratione medicinarũ laxatiuarum fortium. Et sit contentus de reubarbaro vel aqua casei: ⁊ cima meti: ⁊ his similibus: hec oĩa cõuenientia sunt. Nec videtur seruo facere infusionem persicã: nec aquã melonum: in eo qđ nocet stomacho: nõ enim est id: de quo cõqueritur dñs noster ex ipsis egritudinibus inflammatio: neqȝ sitis. Nec etiam videtur seruo: quod vtat multum de nenufare: qr ingrossat sanguinem: ⁊ debilitat stomachum: hec nõ sunt bona nisi patientibus febres acutas: sicut narrauit seruus. Nec videt seruo administratio decoctionis epithimi: quia molestat ⁊ exiccat. Qđ infundat epithimũ ⁊ ponatur in aqua eius. ℥.j. de aqua casei: ⁊ accipiat bis vel ter tempore veris ⁊ semel vel bis in hyeme esset bonũ: ⁊ inter quãslibet vicem sit spatium. xv. dierum: ⁊ frigetur epithimum cum oleo amigdalarum: qđ ligetur in petia panni lini subtilis ⁊ ampli: deinde infundat ipsum per noctem in aqua casei. ¶ Et signauit dominus noster: q̃ quãdo flobothomatur exibat sanguis grossus quasi splen. Et dixerũt medici super istam flobothomiam: q apparet fm tempus plenitudo: ex qua sequit necessario educere ⁊ auferre de sanguine fm id: sed quod oportet considerare superest subtiliare sanguinem ⁊ rectificare complexionem epatis: vt generet bonum sanguinem. Hoc quidem determinauit seruus in precedenti tractatu: qđ hoc fiat cũ syrupis predictis. ¶ Qui vero signauit potum syrupi letificatiui: ⁊ electuarium: in quo sint lapides preciosi: vt granata smaragdi: ⁊ argentum ⁊ aurum: totum hoc bonum est: ⁊ vtile valde: quia iste sunt medicine cordiales iuuatiue sua proprietate: scilicet forma specifica: que quidem est tota eorum essentia: id est substantia non simplex qualitas.

¶ Qui vero signauit domino de vsu administrationis lingue bouis ⁊ nenufaris: ⁊ cum toto hoc non fuit extirpata radix discrasie. Causa huius est frequens vsus. Nam medicine cõuertuntur in nutrimentum: qñ continuo fiunt: qr natura recolligit eas ad se ⁊ diligit: propter qđ non potest habere manifestũ operationem: quia quasi nutrimentum efficitur: vel propriũ nutrimẽtum. Et Gal. quidem dixit: qđ huiusmodi debiles medicine si recipiantur per vnam septimanam continuo perditur earum operatio medicinalis: ⁊ non apparebit in eis: deinde manifestus effectus. Et propter hoc bonum est transferri de medicina in medicinam: ⁊ relicta prima medicina p dies aliquos: tunc poteris redire ad ipsam. ¶ Qui autem signauit de diminutione coitus preter consuetudinem: sic faciendum est: quoniam maxima resultat vtilitas in eius dimissione.

¶ Balneum quandoqȝ non est renuendum aliquo modo: nõ in tempore coitus: non in tempore quietis: ⁊ quod sumpsit fm consuetudinem bonus ⁊ perfectus. Probatio vero huius est: quia fumi melancholici non molestant cerebrum: nec alterãt eius modum: sed molestant cor tantum.

¶ Eius vero qđ sentit dñs debilitatis post soporem id est exercitium: causa huius est dimissio ⁊ interpollatio. Nam si gradatim rediret ad ipsum: paulatim perciperet in fine eius fortitudinem ⁊ letitiam: que solent resultare post quodlibet exercitium debite rectum. Et sic est finis horum tractatuum.

Laus deo ⁊ virgini Marie.

Consi. Jo. Math. de grad.

¶ Incipit liber prime distinctionis secretorum nature seu quinte essentie sacri doctoris magistri Raymundi Lulij de insula maioricarũ: qui doctrinam eius extractionis ⁊ applicationis ad corpora humana ad opera terribilia totius artis medicine procuranda: ⁊ etiam metallorum transmutationem reserat: qui est ymago omnium librorũ super his tractantium.

Contristatus erat Raymundus ⁊ non modica desolatione repletus: quoniam tanto tempore laborauerat: vt sua ꝑ terrarũ orbem dispergeretur scientia: et inde modicum effectum cõsecutus fuerat: ⁊ etiam videns ꝙ ab his a quibus honorari debebat deridebatur ⁊ deducebant ipsum in ridiculum ⁊ sibi illum. Et quia etiam videbat ꝙ Ro. eccle. de sua cura ⁊ sententijs ⁊ postulationibus minime curauerat: taliter ꝙ finis propter quem erant exhibita minime sequebatur: et ideo ingressus desertum mestus est ⁊ voce alta acclamare cepit. Debeo ne ferre labores ⁊ angustias ⁊ tribulationes propter artem ⁊ scientiam: quam ipse exhibui? eo quia reputabatur tanq̃ stultus ⁊ fantasticus: et sic lamentabatur: et vlulatu magno nauseabat anima eius. Egressus igitur quidam frater oratorij sancti Benedicti: deambulansq; per desertum et orans: cum audiret vocem timuit: et arbitrabatur feram esse: et silere incepit: stetitq; erectus et intuens respexit et vidicit: ꝙ vox hominis erat: ⁊ arbitrabatur ipsum esse vnum ex fratribus suis. Qui cum descenderet: videns ꝙ habitus Raymũdi non erat talis sicut suus: vidensq; sibi barbam prolixam obstupuit: eo ꝙ nunq̃ viderat talem hominem in parte illa ⁊ dixit ei. Amice quid facis hic: et cur ploras? Rogo te si placet: dicas mihi. Respondit ei Raymundus. Amice dimitte me in desolatione mea: quoniam tu nequaq̃ mihi super hoc remedium exhibere potes. Contristabor itaq; ⁊ lamentari nõ desinam donec in desolatione mea moriar. Respõdit ei Monachus Deus et dominus noster Jesus Christus: in quo est perfecta consolatio te non deseret: sed circundabit te gaudio et letitia: necnon rebus his: super quibus lamentaris ipse qui dedit eis initium: dabit eis finem secundum ꝙ tuum cor gliscit. Respondit Raymundus. Bene noui Christum potestatem habere super omnem creaturam: vt per ipsum omnis creatura de tribulatione ad gaudium reuertatur. Tamẽ quia creature aliquando sunt indisposite vt habituentur de tali gratia: non vult eis deus talem gratiam facere: hoc quidem non ex parte dei: sed ex parte creature causatur. Respondit ei Monachus. Omnia sunt deo possibilia: vnde q̃uis tu sis indispositus: potest te ab ista tribulatione liberare. Respondit ei Raymundus. Juxta dispositionem materie agit forma. Item potestas dei ⁊ sua iustitia conuertuntur: vnde dico ꝙ in potestate ita est essentiale iustificare: sicut essentiale posse. Nõ igitur potest deus aliquid: quin possit cum iustitia: alias esset destructa vnitas essentialis potestatis et iustitie: ex quo quidẽ multa horribilia inconuenientia sequi possent: vnde dico: sicut deus creauit hominem sub ratione bonitatis: vt ratione bonitatis operaretur bonum: ita creauit ipsum sub ratione liberi arbitrij: sub ratione cuius voluit: ꝙ operaretur libere: et ageret bene ⁊ libere. Alias enim si libere non operaretur: esset destructus in homine actus liberi arbitrij: et operando bonum non haberet meritum: quia ex defectu liberi arbitrij esset in priuatione: et sic deus esset contra iustitiam: quod est impossibile. Jdẽo dico: ꝙ me indisposito: vel quauis alia creatura deus non potest voluntatem eius adimplere. Jstud nãq; non posse non ex parte dei principaliter insurgit: sed ex parte ineptitudinis creature: que indisposita est: et insufficiens ad talem actum: vel gratiam accipere. Videns itaq; Monachus Raymundũ sic loqui: intellexit ipsum habituatum de magna scientia cui dixit. Amice. Jn verbis tuis cognoui te habituatum magna scientia: rogo te vt referes mihi quis es: et quod est nomen tuum: ⁊ nomen patrie tue. Raymũdus autem recusabat: sed tantum fuit per verba Monachi commotus: ꝙ referauit sibi nomen suum: nomenq; sue patrie. Multo igitur gaudio affectus est Monachus eo ꝙ Raymundum viderat: quem tanto tempore videre affectabat. Et ait ei Monachus. Jam diu est: quo ego audiui te magna scientia esse peritum et arte: ⁊ etiam tuam artem multum proficere: maxime ad infidelium conuersionem: et etiam ad notitiam q̃plurimorum secretorum nature: que via medicinali: ac philosophia attingi possunt. Rogo te igitur Christi amore: vt nobiscum magnam misericordiam facias: vt ex tua arte: siue scientia habeamus fructum: et vt facias nobis secretissimum compendium de infirmitatum remedijs: quoniam noueris nos hic diuersimode fore grauatos diuersisq; generibus infirmitatum torqueri. Jnsuper si placet tibi vt per te reueletur si ars alchimie sit vera: an non: vt homines non cadant de honore suo ad paupertatem ⁊ vltimam desperationem. Nam finis artis tue hec est: vt scilicet extirpentur secte ⁊ errores: ac etiam falsitates. Ait itaq; Raymundus. Vigintiseptem anni sunt: quibus non cesso laborare: ⁊ lecturas maneriei diuersimode componere: sed tam modicos Christi famulos comperio: ꝙ iam nauseat anima mea super tãto labore sine vtilitate. Ait Monachus. Video affectum anime tue: quoniam vis vt tua ars per mundum diuulgetur: et omnes famuli Christi instruantur: qui postea discurrentes per ydiomata linguarum fidem Christi per mundum diuulgent. Sed si tu hoc: quod a te postulo: opere compleueris: ne dubites ꝙ scientia tua consequetur finem propter quem est. Nam et istud oratorium erit forsan initium illius quod optas. Videns igitur Raymundus gesta Monachi: dicta ipsius imaginatus fuit: ⁊ postea intelligens bonum esse quod Monachus postulauerat opere complere: ait ei. Valde quieuit anima mea super his que mihi locutus es. Librum quem dicis tibi componam: iuxta cuius doctrinam non solum corpora humana miraculose sanabũtur: sed etiam ipsa metalla imperfecta in purum aurum ⁊ argentum conuertentur. Quieuit tunc Monachus ex eo qđ Raymundus intercessiones suas opere adimplere volebat. Et descenderunt in monasterium ibiq; moram traxit per aliqua tẽpora: ⁊ diuersa librorum volumina composuit: que vere Christi custodie commendauit: ac cuilibet volumini proprium titulum imponendo. Et quoniam liber iste in metallorum transmutatione: ⁊ in medicinali arte rem secretiorem pandebat: ideo ipsum librum secretorum nature seu quinte essentie cognominauit: quia de quinq; essentijs rerum ad plenum in eo tractatur. Qui nota sic intitulatur: quam accipit vna ab altera: ⁊ ipsa mouetur ab informatione: que administratur ei diuersimode: quia vna informatione indiget dicta virtus in metallorum generatione: et eorum transmutatione et in elyxir. Que quidem informatio accipitur per gubernationem caloris.

Deus gloriose cum tue sublimis bonitatis ac infinite potestatis virtute incipit liber secretorum nature: seu quinte essentie: qui doctrinam dat eius extractionis ⁊ applicationis ad corpora humana ad opera terribilia totius artis medicine procuranda: et via philosophica finienda: qua occultata: et vere medicine occultatur: et etiam metallorum transmutatio obstruitur et reserata quelibet eorum reseratur: qui quidem est ymago omnium librorum super his tractantium: quam deus gloriosus exhibuit nobis: vt corpus nostrum a corruptibilitate quantum foret possibile per naturam vsq; ad terminum nobis constitutum a deo: et vt etiam ipsa metalla imperfecta in perfectum aurum et argentum transmutentur. Et quoniam desiderium meum est vt artiste huius artis deum contemplantes per bona opera potius deum intelligant: recolent: ⁊ ament: pauperibus: viduis: orphanis male habentibus sine precio magno vel minori succurrendo: ⁊ huiusmodi opera faciendo: vt non simus similes illi: qui domini talentum abscondidit: ⁊ ad finem sibi commissum non exhibuit: vt ait Mat. xxvj. capitulo. Confidens enim in illo: qui inquit ad Moysen. Ero in ore tuo: et te doceam quid loquaris: hoc secretissimum secretorum archanorum archanum vobis viris euangelicis duximus declarandum diuina virtute inspirante: et ipsius infinita bonitate iuuante: modicam de ipsis principijs et regulis: ac de ipsius nature discursu faciens mentionem. Cum enim de omnibus istis satis plene tractauimus in placenti visione: solum enim principaliter non curamus nisi de eius placita ⁊ cognitionis applicationis commodo: cuius ratione presentis libri exordium incipimus ad ipsum summe metuendum: diligendum: recolendum ⁊ amandum.

Et liber

¶ Et liber iste diuiditur in quatuor ptes: in tres vz distinctiones vel libros. ¶ In prima vero parte ponimus intentionē et cognitionē eius: et extractionē eius a quibuscūq rebus elemētatis. ¶ In scda parte ponimus modū praticādi et applicandi eā ad corpora humana. ¶ In tertia vero parte damus modū praticādi eā ipsa in metallorū corporib⁹. s. in eorū transmutatione in aurum et argentum. ¶ Itē in prima distinctione duo facimus. Primo recitamus possibilitatē quinte essentie in genere. ¶ Secundo ꝓ facimus qd prius dictū est. Prima ibi. (Ordimur nāq tibi fili.) Scda ibi. (Non reputes non mendacium pculisse ⁊c.) Et qꝛ sacra scriptura est vnum de mēbris theologicis: ideo in primis duabus distinctionibus ipsam ponemus: et in distinctiōe tertia verba philosophica adiungemus. Ordimur nāq tibi fili: ꝙ necesse est tibi scire et intelligere proxima philosophorum principia: a quibus perita ratio accipit radicalitatem immediate: et ex quibus immediate: artista sua ꝓpria condiat instrumenta: et iam sic fit: quod per huius libri ꝓcessum aliqualiter consistet declaratum. Tamen in hoc caplo in summa vna breui enucleare proponimus et dicimus ꝙ principaliter tria sunt principia: cū quorum cognitione artista huius artis operatur hoc quod vult tam in medicina quam in alchimica metallica et lapidifica ad componendum hoc qd vult: siue hoc qd natura elongetur. ¶ Primū namq principium est materia: quā artistā huius operis opz cognoscere: per qd quidem medicina vel lapis accipit substantie esse quia si materia est talis sicut postulat natura: erit forme acceptabilis: que per impressionis defectum elongari minime potest: quando quippe virtus ibi operatur: qd est medium principale inter dictam materiam et alteras essentias: sicut tibi per processum huius libri dicemus. Secundū vero principiū est simplex valde respectu primi: cum sit primi medium: per qd quidem primū immediate hz perfectionari. Tertium vero principiū est essentie quinte: a quibus virtutes septem dependent: operatiue: informatiue in quinq essentiis in inferioribus materialibus: que sunt mediate. Primum nāq principium seu materia primi principii sunt argentum viuum cum omnibus metallis suis alterabilibus in illa ablatione quā in distinctiōe tertia reuelabimus. Item principium sm: vel illius materie sunt limphe subtiles in quibus resoluuntur limositates primi principii in substantia mediocri et subtili materia: in qua vere minerales virtutes quiescunt. Quippe materia tertii principii est nimium essentialis existentibus virtutibus stellarum fixarum et non fixarum et earum aspectuū: et iste per quotidianas influētias infunduntur in materia appropriata cum arte secundi principii: que immediate quiescit in virtute minerali tam in herbis et animalibus quā in metallis. Consat igitur sm principiū: et est conueniēs receptibile tertii: et omnium suarum virtutū descendentium a celo: que sunt omnis rei generate perfectio et forme sicut liquide videtur per inherentia principiis. Qd vero generat materia litera primo: vnde erit virtus mineralis: que est essentia quinta elementalis: que est materia simplex: et hec vere perfectionatur in accipiendo formam per essentiam quintam celestē: qꝛ ꝗ in ipsa influat et imprimat. Igitur hec virtus media grauida a virtute acuta artificialiter per materialem refluentiam perfectionalem cum suis virtutibus primi principii materiaz ponit in esse perfecto per virtutem mediam mineralem: que est cōmunis res lapidib⁹: et medicinis: et metallis: sicut plene tractauimus in nostro testamento modo generali in parte prima in capitulo qd incipit. Nunc fili mi obiectare poteris ⁊c. ¶ Referimus namq tibi o fili mi: ꝙ cum mineralis virtus sit communis lapidibus: metallis: et plantis. Omnis em̄ differentia quā accipit vna ab altera: ipsa mouetur ab informatione: que administratur ei diuersimode: quia vna informatione indiget: alia virtus in metallorum creatione: aut in generatione et eorum transmutatione in elyxir: que quidem transmutatio: et informatio accipitur per gubernationem caloris extrinseci: qui mouet mineralē virtutē informatiuam: querēdo modū sm cognitam intentionē operarii naturalitᵉ: sicut declarauimus in testō: et inferius declarabitur in .iij. distinctione.

¶ Preterea sumus de intētione vt breuiter tractemus super testamentum et codicillum: qꝛ requisiti fuimus per dominū Regem Robertum illustrē. Item reliqua vero intentio formationis: quā dicta virtus mineralis indiget ad intentionem transmutandi metallorum materiam in lapides preciosos sit cum magis lento calore extrinseco: et cum motu tardiori: qui formatur tam per calorem obrestem ꝙ per cōem coniunctē et diuersē: sicut declaratum in nostro lapidario existit.

¶ Itē reliqua vero formatio: qua dicta virtus indiget ad cōpositionē medicine: sit cum maiori calore: et cum repentino motu. ¶ Item fili mi ignorare non habes virtutē: que cātur: quare cātur per dictorum trium principiorū cōiunctionem: et eorum deriuationem. cuius vero cognitio habetur per effectū principalem: qui venit a quantitate: et a qualitate distincte: et etiam a motu celi et stellarum: et rerū generabilium et corruptibilium motarum: et pcā informatarū. Non vero dicimus ꝙ sit op⁹ artiste operari cum figuris et celi ymaginibus per cognitionem suorū motuū: sicut ꝙ plures philosophi asserūt. Sed sufficit tibi habere cognitionē per influentiam coloris celestis informati per figuram celi et stellarū: quorū ratiōe infunduntur virtutes in materia apte appropriata: et illam recipit per naturalē artis siue industriam cum resolutione: que sit artem nature similiter. Que vero mutat duram materiam ad principium nature sui ad finem: quod sit apta ad generationem ad recipiendum virtutes in aquis infusas fortium mineralium virtutum: sicut ipsamet accipit: et recipit virtutem informatiuam ambientis. Et in isto passu philosophi fuerūt illusi ad illorū reprehēsionē: qꝛ cognouerūt qūo celestis virtus sit nimis cōis omni elementate nature sua magna nobilitate omni tpe determinationē accipit: qūo in rebus mixtis influitur tamē per artē sicut p naturā et hoc quippe sit rōne virtutū naturaliū: q̄ sunt sibi subiectam et propriū retinaculum tali mōꝰ: ꝙ sm proprietates materie: et eius speciem proprie recipiet equinā virtutem: ꝙ post talia cōdit per naturam: que pro miraculo reputantur.

¶ Item notet quilibet artista: quod natura operari non potest nisi ad minimarum successionem: nec etiam potest recipere aliquas virtutes nisi successione sue operationis: nec etiam possunt simul: nec constellationes possunt sufferre aliquam temporalis stationem punctuarii in certa virtute: que confestim non diuersificetur: etiam dato ꝙ posset. Tempus quidē cōstellationis est ita minimū ratione circulorū reuolutionis: ꝙ ante transit de vna virtute in alteram. Cur quippe non sine cognitione suorū motuum: in qualitate et quātitate: immo per artez succurrimus ad accipiendum et venandū virtutes taz dictas celestes: cum sint cōes omnibus rebus inferioribus: et illas quoq includimus: in aquis grauidis ex virtutibus mineralibus ad hunc finē: ꝙ in tēpore modico possumus exhibere multas virtutes et infigere in hoc ꝙ elyxir: vl̄ medicina humana: vel lapis preciosus venit ad terminum: et quam dicta virtus communis que in antea fuit atq deuenit de celo per cursum nature in materia prima. admisse de sua ꝓpria virtute in multiplicatiōe luminaris terrestris vaporabiliter sublimati cum ingenio artificiali: cum igne et diminutione ipsa per virtutem post instinctu naturali attractiuo virtualiter recipiet reliquas potētias terribiles. quibus impletur causa innacuo: et ingrediantur per influentiam penetratiuam subtilem in oliis potentiis in spirituali materia subtiliata in simplicitate per ingenium nature: et artis restauratiue. ¶ Item intellige: ꝙ ista attractio virtutū simplicitū sit simul virtutibus materialibus: qꝛ ex eo operamur in totis materialibus nullo possunt tpe attrahere nisi cōcordātes materie: et similes in materiali natura. Sed interi in ꝗtū operū: et simplr in descensu cū impressione: et virtutis influētia in dictis materiis: descendēdo tā sic ꝙ non sit incantū diuisa: et hoc per magnā et potentē subtilitatē realium entium celi et planetarum. Per quā vero accipiant generalem virtutē et cōtratē in natura inferiori vsquequaq influent et in determinata materia. Tunc vero accipiūt certam determinationem per causaz cōsiderationis: que accipitur per materialia: que retinent illas sicut spiritus anime. Et tunc sequendo virtutem sui generis sm meritū materie: in qua influuntur. ¶ Et propter hoc Basiliscus interficit: et fulgur nummos liquefacit sine burse lesione: totum autem hoc non est: nisi quinte essentie cōgregate, et recepte in vnū iam note in simplici materia elementorum: scdm ꝙ materia vnius elementorum dominatur super alterū: sm ꝙ coadunatur per virtutes iam dictas operatiuas cum essentiis quintis elementorū in certa et propria determinatione potestatis: vt patet in basilisco et fulgure: quibus virtus est altioris elementi simplicissimi in materia simplici: in quibus dicte sexte virtutes infunduntur: et ideo interficiunt subito etiam medicine composite in subtili et proportionata materia dictis virtutibus in instanti vel quasi mutant corpora humana: vel metallica: et hoc ratione supradicta probatur: sed super basilisci naturam multi philosophorum considerauerunt in metallis operari cum materie subtiliatione: et penetratione: et retentione: et inspissatiōe dicte essentie quinte int⁹ in materia

metalli: vt ex ipsa fiat elixir: que vera fuit in hoc ⁊c. ¶ Verum
filij mi triplicē considerationem in principio secundi habem⁹.
¶ Primo in medicina humana. ¶ Secūdo in metallorum trāſ-
mutatione. ¶ Tertio in lapidibus preciosis. ¶ In primo em̄
nō consideramus nisi aquas aereas: in duobus vero vltimis
aereas ⁊ terreas. ¶ Consideramus tamē specifico modo: vt pʒ
per eorum libros. s. lapidarium ⁊ testamentum ⁊ codicillū: vt
infra videbitur in tertia distinctione: qui vnius sunt nature: q̄
in terra mittuntur: ⁊ alterius que ad aerem ponuntur. Que
vero in terra mittuntur: habent virtutē fixatiuam ⁊ coagulati-
uam. Et aque aeree habent potestatem indurari et coagulari:
ita in elixir sicut in lapides preciosos: sm̄ q̄ proportionat ma-
teria vel ad elixir vel ad lapidem iam dictos: ⁊ quo ad induran-
dum: fixandū: vel coagulādum: indigent forti virtute minerali
sine aliqua ignitione multiplicata per celestes virtutes: q̄ ha-
bent virtutem constrictiuam: ⁊ imitantur proprietatem mate-
rie et loci: ideo ponuntur ⁊ inhumantur in loco terrestri: quia
nullius alterius elemēti locus ita cōpetit: per experientiam em̄
videmus: qḋ radij corporum celestium non ita vniformiter cō-
gregantur sicut sit in terra. Tanta est igitur virtus radiorum
corporum celestium: qui influunt in terram: quod per vim ipsa
tantum rerum terribiliū est productiua: quod narrari non po-
test: propter hoc qḋ est receptiuum: constrictiuū: firmatiuum:
generale omniū illorum vniformiter in figuris: ⁊ formis diuer-
sis subtilibus cum informatiuo adiutorio: quod sol eis dat vir-
tute sue circulationis et sui motus: quod est principale informa-
tiuum immediate totius nature inferioris: que in partes tres
diuiditur principales. s. animalem: vegetabilem: et mineralē
sicut declarauimus in pluribus libris: ⁊ potissime in libro de
intentione alchimistarum ⁊ codicillo. ¶ Et propter hoc cum
terra sit locus: in quo radij omnes stellarum influunt virtutes
proprias: ⁊ in quo coguntur: per quos influunt in ipsis ꝓprias
virtutes operatiuas: ⁊ viuificatiuas: sicut suarum sperarū cen-
trum ⁊ retinaculum principale suarum virtutem in curia sci-
ta cum omnibus suis partibus: ⁊ iam pars illa: que mortua est
ad vitam ꝛeuertitur per partes coniunctiuas cum celesti virtu-
te et eius spiritus. Et quidem plus etiam dicimus: quod quo-
modo aque nostre in terram ponuntur: sicut tibi dicimus: ipse
trahunt suis proprijs virtutibus vires terre: quas vero accepit
a celo cum sua virtute propria plus de duobus archi proiectio-
nibus: sicut ferrum trahitur per adamantem: ⁊ hic retinetur:
quia proprietas celestis est virtutis: quod quanto descendit in
terrestri elemento tanto crescit per terram per spiritum incre-
scendi: ⁊ per spiritum per condensationem vsq̄ inuenitur pri-
mum in retinendo cum spissatione: cum hoc certum sit quod
nullum terrestre corpus existens in sua solidatione proprie nō
est aptum ad recipiendum virtutem: nec illam retinere: sicut re-
fert donec quod in medio essentiali: quod est spirit⁹: qui est sub-
iectum anime ⁊ a corpore primo acciperet taliter quod dissol-
uatur. ¶ Postea trahatur spiritus eius a ventre eius: quoniā
ita postulat ratio nature: ⁊ propter hoc tamen per nos per ar-
tificium simile nature materia propria et altissimo spiritu: in
quibus virtutibus habent retinaculum corporis in spiritu per
resolutionem trahuntur ⁊ apprehenduntur cum nostro spiri-
tu: qui intus est in vitio: et inhumato in terra cum suo proprio
appetitu cum condensatione: ⁊ cum tali spiritu congelamus
argentum viuum vulgi improbatum argentum tam bonum:
sicut de minera sine attendendo ignis calorem: qui dicitur cō-
munis: sicut declarauimus in libro: qui dicitur experimento-
rum qui liber est principalis: ⁊ clauis omnium librorum: quos
vsq̄ ad istum composuimus in hac arte. ¶ Intellige igitur fi-
li mi: quid potest ipse facere cum sua constrictione in alijs ma-
terijs: cum sine igne nobilificat argentum viuum: quod est com-
munis ⁊ rudis substantie per transgressum eius per medium
rationē medij naturalis. Et cum hoc sufficit tibi modus genera-
lis: aquarum tam vegetabilium q̄ mineralium ad medicinam
humanam ⁊ lapidem philosophorum: ⁊ lapides preciosos: ⁊
hec est regula generalis. ¶ Dicto de intentione ⁊ consideratio-
ne quinte essentie rerum: nunc dicendum est de eius extractio-
ne. Et primo a quinta essentia vini incipiamus: cum ipsa sit vir-
tus: per quā omnis huius libri adimplet operatio. Hoc est. in
quo omnes laborauerunt inquirentes rem creatam aptam ad
finem: qui principaliter possit humanum corpus a corruptibi-
litate ⁊ a putrefactione seruare ⁊ diminutione: quia hoc est qḋ
omnes naturaliter affectant nunq̄ mori. ¶ Secūdario vt ma-
gisterium transmutationis metallorum ⁊ lapidum sit secun-
dum rei veritatem reuelatum: ⁊ cum in quinta essentia vini con-
sistat totum. Nam ⁊ ait Paulus de homine dicens in epistola
ad chorinthios. Nam ⁊ quid sumus in tabernaculis nostris
nisi iugum miseriarum. s. ex infirmitatibus: eo quod volumus
expoliari: ⁊ esse cum Christo. Hec Paulus. Quoniam pauci
philosophi peruenerunt ad notitiam rei talis ⁊ eiusdem: et ra-
tio huius est: quia medici ⁊ philosophi nostri temporis nihil fa-
ciūt nisi pecunie desiderio: ⁊ ad finē honoris: quare de⁹ neque
q̄ vult hoc sibi conferre: cum sibi sint contrarij per auaritiam
et largitatē. Sed inquit noster philosophus et veridicus Pau-
lus ad Hebreos capitulo quarto in fine. Constitutum est homi-
nem semel mori: sequitur quod fantasticum est querere rem ad
corporis hominis perpetuationem: maxime quia Genesis ca-
pitulo secundo inquit deus. Ne forte adam mittat manum
suam et comedat de ligni vite fructu: et viuat in eternum: emi-
sit igitur deus ipsum de paradiso ⁊c. Et subdit. Et collocauit
deus cherubin flammeum gladium atq̄ versatilem habens in
custodiam ligni vite. Esset igitur fantasticum affirmare: quod
deus daret ei rem vt perpetuaretur extra paradisum: ex quo ꝓ-
hibitum sibi extitit. Hoc autem filii mi ex sacro textu inefabili-
ter teneamus: quod deus vnicuiq̄ terminū vite prefixit: quod
nullo ingenio humano pertransiri potest: vel quoquo ei⁹
subsidio. Job dicente. Breues dies hominis sunt ⁊ numerus il-
lorum apud te est. Posuisti terminos eius: qui preteriri nō po-
terunt: ergo querere subsidium ad vite terminum prolongan-
dum fantasticum est ⁊ inane. ¶ Restat igitur rem querere: que
citra terminum vite nostre possit corpus nostrū a putrefactio-
ne seruare: ⁊ infirmum curare: ⁊ deperditum restaurare: donec
veniat vltimata mors in termino prefixo ab altissimo creato-
re Deo. Ratio namq̄ naturalis nobis demonstrat: quod cor-
pus hominis potest per rem minus corruptibilem a corrupti-
bilitate conseruari aut ab infirmitate sanari: quā per rem ma-
gis corruptibilem cum corruptibilitas: ⁊ etiam defectus: ⁊ per-
fectio contrarientur: nā vno simili addito sibi simili: facit ma-
gis simile. Nulla igitur res: que ad non esse habeat inclinatio-
nem: conseruari potest per consimilem rem. ¶ Sed querenda
nam q̄ est res: que ad se habeat inclinationem: vnde quanto
magis res inclinationem habet ad esse: tanto minus habet in
se de contrarietate ⁊ corruptione: sed nulla talis medicina mū-
dis reuelata est: in qua sit tanta perfectio appetitus ad esse: qḋ
quantum miraculose effectum faciat mirabilem in humanis
corporibus: quod reputatur quasi ad miraculum. Sed nulla
medicina de mundo hoc poterit nisi nostrum menstruum ve-
getabile celeste al. dictur quinta essentia: nam carnes a corru-
ptione conseruat: elementatiua confortat. iuuentus pristina
per ipsam restauratur: spiritum viuificat: crudum diggerit: ra-
rum indurat: induratum rarificat: macrum impinguat: pin-
gue debilitat: inflammatum infrigidat: infrigidatum inflam-
mat: humidum desiccat: siccum humectat quoquomodo: vna
⁊ eadem res contrarias potest operationes: solus actus vnius
rei diuersificatur secundum naturam recipientis: sicut calor so-
lis: qui contrarias operationes habet: quia lutum desiccat: et
terram liquefacit. Actus tamen solis vnus est in se: neq̄ quan-
tum in se contrariatur. Item fili mi dictum fuit supra: q̄ spi-
ritus iste in subtili materia eleuatus: appetitum habet ad hāc
complexionem: vel ad illam: quia per philosophos prima ma-
teria esse rerū asseritur. Namq̄ sicut forma vniuersalis habet
appetitum ad omnē formam: sic quinta essentia ad quācunq̄
complexionem: ex quo euidenter patet q̄ quinta rerum essen-
tia illius dicitur esse complexionis cui adiungitur: sicut si cali-
dis adiunguntur calida: sit in eodem gradu ⁊ fortiori propter
subtilem materiam: in qua sua forma: ⁊ actus eleuati sunt cum
quibus ita operatur: sicut basiliscus ⁊ fulgur: de quibus supra
diximus. Hanc vero naturā aliqui dixerūt nō esse calidā: neq̄
humidam: nec frigidam: nec siccam: et eo quia de sui natura
cum omnibus concordantiam habet: qui vero in hoc errauē-
runt: contra quos nos formamus hanc rationē. Omne quod
est: aut est intellectuale: aut sensuale: sed quinta essentia natu-
ra est: ergo ⁊c. Non est intellectuale: cum in rebus vegetabilib⁹
non sit intellectuale: nec in mineralibus: est igitur sensuale: sen-
suale vero omne est compositum ex quatuor elementis: ⁊ quia
compositum ex quatuor elementis: oportet quod in quolibet
elemento elementa sint actu: alias enim elementata non erunt
composita: nisi ex accidentib⁹ elementorū: ⁊ sic indiuidua erūt
accidentia ⁊ non substātia aut erunt composita: ex alia substan-
tia preterquā elementorum quod est impossibile. ¶ Preterea
esset

esset possibile: ꝙ actus alicuius accidentis inseparabilis esset sine subiecto ꝓprio in aliquo indiuiduo: sicut caliditas ignis: que in indiuiduis impossibile est existere sine proprio subiecto suo: ⁊ hoc est impossibile. Est igitur quinta essentia composita ex quatuor elementis: ⁊ in ipsa sunt actualiter oīa elemēta cū omnibus suis actibus. Sed omnia in ipsa sunt aggregata in tã subtili materia: ⁊ in forma tã subtili: ⁊ tã simplicitati ꝓpinqua respectiuo modo: sicut in oculo basilisci: vt per experientiã patet in curatione morborū: ⁊ in metallorū transmutatione: ⁊ in preciosorū lapidū cõfectione. ¶ Nõ aũt fili mi intelligas solũ de vna specifica nos hoc dixisse: sed in generali de quibuscūqꝫ quinqꝫ essentijs: iuxta suum modū ⁊ operationem. Hanc vero naturam philosophi fili mi vocauerunt celum: quoniam sicut celum influit in nobis aliquando calorem: aliquando humiditatē ⁊c. sic quinta essentia in corporibꝰ humanis ad artiste placitū. Et quidã naturã istã ad vnū cõtractã dixerunt mēstruū: qꝛ mēstrui proprietatē retinet: vt in libro tertio dicemus. Scimus nãqꝫ istã naturã modernis esse occultã: ⁊ ipsos penitus de eius veritate nihil perpēdere. ¶ Huic vero celo applicamus stellas suas: que sunt plãte: lapides: ⁊ metalla: vt cõmunibꝰ omnibus in nobis vitã ⁊ salutē. Fili mi hanc naturam princeps medicorū Hippocras scire medicis premisit dicēs in pronosticis. Est etiã quoddã celeste: quod ipsum medicū preuidere opꝫ: cuius si tanta sit prudētia: sit admirabilius numibꝰqꝫ stupendū: nonne illius est vt fieri rerū periculum omnino prohibeat: aut salutē cõpetēti adminiculo tolerabiliꝰ faciat: quasi dicat: ꝙ sic. ¶ Certe fili mi verū dixit Hippocras: qꝛ futurum periculū euitari potest a corporibus: ex eo qꝛ omnē incorruptibilitatē: ex qua infirmitas prouenire potest expellit ⁊ humores inequatos equat. Aut postꝙ̄ infirmitatē prosperit: cõpetēti adminiculo administrata tolerabilius facit: qꝛ infirmum liberat deus. ¶ Preterea. Fili mi admirabilis est sapientia magistri hãc naturã cognoscētis: qꝛ cum hac natura talia opera in medicina condit ꝙ videatur miracula facere. ¶ Galenus enī veritatē huius narrare noluit: qꝛ ipse dixit aeris dispositionē nos cõtinētis: vt videtur in glo. pronostice. His etiã modernis reuelata est hec natura per Jo. damascenū in libro de simplicibus medicinis in principio dicentē. Nulla est causa querenda nisi a celo: sed a quo celo assignare noluit. Sed solum tibi fili hoc est per nos reuelatū: vt deū intelligas: ames ⁊ recolas: et sis memor finis tui: omnia ad honorē ⁊ laudē dei applicãdo.

¶ Hec est pars secūda prime distinctionis: seu primi libri: que docet trahere quintã essentiã a plãtis: ⁊ primo a vino: vnde incipit canõ primus: qui intellectum regulat in hac operatione.

Non reputes nos mendaciū dixisse in hoc: quod de quinta essentia premisimus. Quare fili scias: ꝙ nullus modernorū sciuit nec ad eius peruenit notitiam: nec vidimus in diebus nostris: ꝙ quis intelligeret de hoc quicꝙ̄. scilicet de secreto ⁊ magisterio eius. ¶ Igitur in nomine dñi nostri Jesu Christi. Accipe vinum rubeum vel albū: ⁊ sit de meliori quod poterit repiri: vel saltē accipias vinū: quod nõ sit acetosum quouis mõ: neqꝫ parū: neqꝫ nimiū ⁊ distilla aquã ardentē: sicut cõsuetū est per canones bracchiales eris: ⁊ postea rectifica illã quater ad maiorē rectificationē. Sed dico tibi ꝙ ter sufficit rectificari ⁊ bene claudere: vt spūs cõburēs nõ exalet: qꝛ in hoc ꝓplures errauerūt vsqꝫ ad septies arbitrãtes rectificari. Est aũt tibi fili mi signū infallibile: postꝙ̄ videris: ꝙ zuccharū madefactū in illa positū ad flãmã cõburatur sicut aqua. Postꝙ̄ aũt sic habueris aquã preparatã: tu habes materiã: de qua quinta essentia trahitur ad actū: q̄ est vna principalis: de qua intēdimus in libro hoc. Accipe igitur illã: ⁊ pone in vase quod circulationis appellatur vel in pellicano: qd̄ dicitur vas hermetis: quorū forma inferiꝰ apparebit ⁊ claude fortissime foramē cū olibano: vel mastice molli vel viua calce mixta cū ouorū albumine: ⁊ ponas in fimo calidissimo ꝑ sui naturã: aut in vinacia: quibus nullus calor per accidens attribuit: qd̄ fili facere potes: si ĩ quãtitate magna posueris de qualibet istarū rerū ad angulū domꝰ: que quãtitas sit. xxx. oneragerularia. Hoc esse opꝫ vt calor nõ deficiat vasis: qꝛ si calor deficeret: corrūperet aque circulatio ⁊ qd̄ q̄rimꝰ nõ fieret: si nõ calor cõtinuꝰ ei administratꝰ fuerit per cõtinuas circulationes. Nā q̄. e. essentia separat̄ in colore celi: qd̄ videre potes ꝑ diametralē lineã: q̄ partē superiorē. s. q̄ntã essentiã diuidit ab inferiori. s. a fecibꝰ: q̄ sunt ĩ colore turbido. Est aũt nã ista quasi ĩcorruptibilis ⁊ immutabilis: ex eo qꝛ ad tãtã glorificationē deuenit. ¶ Nam ⁊ ita habet respectu totius corporis mūdi: illo modo ꝙ per artificiū mutari potest natura.

¶ Canon secūdus: in quo continetur scientia: qualiter nostra quinta essentia ab artista cognosci potest.

¶ Facta per multos dies in vase circulatione inferius descripta: aut in vase hermetis cõtinuatio circulationis aperies foramē: quod cū dicto clausore obstruxisti: ⁊ si odor supra mirabilis exeat: ita ꝙ nulla mūdi fragrãtia ei cõparari valeat: in tãtū ꝙ vas positū ad angulū domus miraculo inuisibili trahit omnes intrãtes aut vase posito supra turrim trahit oēs aues: quibus omnibꝰ odor nares attigerit: ita ꝙ circa seipsum stare faciat: tūc habebis fili nostrã quintã essentiã: que aliter dicitur mercurius vegetabilis ad tuū libitū: vt applices in magisterio metallorū trãsmutationis. Quod si nõ inueneris influxum attractionis recludе vas vt prius ⁊ pone in loco priꝰ assignato: ⁊ stet ibi donec cõsequaris signū predictū. Hec vero quinta essentia sic glorificata nõ habebit illū odorē nisi corpꝰ sit dissolutū in ea ⁊ illū ardorē in ore tuo sicut aqua ardēs: hec quidē vocat̄ a philosophis clauis totius artis philosophie: ⁊ tã celū ꝙ̄ nr̄a quinta essentia: que eius adiutorio venit ad tantã sublimitatē nobili forma sunt impleta: ⁊ subtilissimã materiam habent: vt per se solū: ⁊ cū stellis terrenis: quas supra diximꝰ: faciat operator huius operis miracula supra terram.

¶ Canon tertius qualiter nostra quinta essentia: seu vegetabilis mercurius haberi potest sine magnis expensis pro his qui altissimam paupertatem obseruant.

¶ Concreauit altissimus nõ solū in aqua ardenti: sed in omni plãta: lapide: ⁊ metallo quintã essentiã quandã durabilē atqꝫ mirabilē: atqꝫ etiã in animalibꝰ: serpētibꝰ ⁊c. Aperi igitur fili intellectū: ⁊ intelliges veritatē: qꝛ res generabilis ⁊ corruptibilis statim destruitur postquã vi corruptionis rei ⁊ elementorū cõtrarietate exalat. Nam hoc signum a vino accipere poteris postquam conuertitur in acetum: qꝛ ab ipso aqua ardens distillari nequit: nec per consequens quinta essentia: cum quinta essentia: cum aqua ardenti et spiritu combustibili trahitur: que quinta essentia dum est in vino vinum in sua virtute existit: si autem conuertitur in acetum: et sic de alijs similibus istis: trahas ergo quintam essentiam cum aqua ardēti: simul per canones bracchiales: vt supra diximus ex quocunqꝫ vino quãuis turbato ⁊ feruido: preterquam ab aceto: cum in aceto non est aqua ardens: nec per consequens: quinta essentia. Nã summa cautela est tibi fili talia vina pro modico precio: que inueniuntur habere: et facere vt supra: quia quinta essentia: que quasi incorruptibilis est propter malam vini complexionē nõ corrumpitur: modus nanqꝫ primus ⁊ omnium principalis est quem tibi superius nominauimus. Secundus est verus: ꝙ capias ampullam cum collo longo: et ex dicta aqua ardenti imple duas partes et gira collum ampulle claudendo priꝰ ipsum cum cera: vel dicto clausorio: ac deinde sepelias eam totam in loco superius deputato: ⁊ stet ibi donec consequaris signū predictum: quam trahes perforando collum ampulle. Caueas tamen in attractione eius a vase: quoniam statim miscetur quinta essentia cum fecibus: si forte suauiter non eleuata est a loco circulationis per artistam deputatum.

¶ Hec vasa sunt illa que tibi superius nominauimus: ex quibus fit magisterium: que vltra rostrum impleri debent aqua ardenti: ⁊ vasa ista habent formam cubitalem in lõgo ⁊ in amplo mensuram vnius palmi: ⁊ sint integre facta ⁊ solida.

¶ Canon quartus qui docebit te extrahere quintam essentiaꝫ ab omnibus plantis fructibus et radicibus ⁊ carnibus ouis ⁊ sanguine.

¶ Est aliud ex secretis nature: vt tu fili scias trahere quintam essentiam ab omnibus plantis fructibus radicibus carnibus animalium ⁊ ouis: ⁊ auium: ⁊ sanguine ⁊c. Capias igitur quãcūqꝫ rerum volueris: ⁊ teras bene fortiter in mortario: ⁊ pone ad putrefaciendum in vase per quadraginta dies: postea extrahas: ⁊ distilla aquam per elembichum ter vel quater: sic aquaꝫ ardentē fecisti: et in quolibet supradictorum vasorum pone ad circulandum: donec signum consequaris odoris prius iam dicti: aut fili trahas a quacūqꝫ istarum rerum quatuor elementa et aerem ⁊ ignem pone in vasis iam dictis: et fac circulari: donec consequaris signum predictum: grandissimum enim est

opus factum in magisterio medicine. Omnes iste quinte essentie sunt quouis istorũ modorum extracte: in millecuplo enim plus operatur ꝙ earũ medicine ante earũ extractionẽ: taliter ꝙ pro miracula reputatur apud vniuersum orbẽ. Nihil quippe in omnibus quinqꝫ essentiis addimus. s. in earum extractione: nisi ꝙ per nouum artificium superflua debemus remouere.

Canon quintus: qui docebit extrahere quatuor elemẽta ab omnibus rebus. s. plantis: animalibus ⁊ metallis.

Cum pretermittamus pro modico tibi reuelare secretum s. qualiter poteris elemẽta ab omnibus rebus. s. metallis: plãtis: ⁊ animalibus extrahere: et regula generalis est ꝙ illa: que de plantis terẽda fuerit terãtur: ⁊ post contritionem ponãtur in vase vitreo in fimo equino ad putrefaciendũ per mensem cũ dimidio: quo trãsacto pone sup vas caput suũ: ⁊ distilla aquã per balneũ maris: quod tibi inferius reuelabimus per figuram vnã: quousqꝫ per balnei distillationẽ plus noluerit distillare: tũc tẽporis extrahe cucurbitã a balneo: ⁊ reitera aquã: quã distillasti super feces: ⁊ gira bene cũ sigillo: ⁊ claude ⁊ pone ad putrefaciẽdũ per decẽ dies: postea extrahe: ⁊ pone desuper caput alembichi: ⁊ distilla per ignẽ cinerũ: quousqꝫ noluerit plꝰ per illã distillationẽ distillare. Tũc fili mi scias: ꝙ tu habes extracta duo elemẽta ad partẽ: nũc igitur vt diuidas illa: que sunt aer: ⁊ aqua facies sic. Tu fili mi aquã illam quã per secũdã distillationẽ distillasti accipe ⁊ pone in cucurbitã distillationis ⁊ repone caput alẽbici ⁊ distilla in balneo: ⁊ illud quod distillaueris nõ est nisi aqua: quoniam per illũ gradum caloris nihil aliud exit. Nã ignis balnei dicitur ignis primi gradus: ⁊ ignis cinerũ dicitˀ ignis secũdi gradus: ⁊ ignis ardẽs dicitˀ ignis tertij gradus. Fili valde vtilis est ista scientia graduũ ignis ad ista cognoscenda potissime in metallo propter caloris cõfusionẽ: ⁊ tunc fili aer manet in fundo vasis: qꝛ nõ valuit per calorẽ secũdi gradus exire: ⁊ tũc repone ad partẽ: ⁊ reitera aquã: quam ab aere extraxisti super feces: ⁊ fac sicut prius ⁊ pone ad putrefaciẽdũ in fimo per tm̃ tpˢ: sicut de aere fecisti: ⁊ pone ad distillandũ in igne tertij gradus: ⁊ da sibi ignẽ: donec totus distilletur: ⁊ post hoc reitera ad distillãdũ in balneo: ⁊ exibit aqua: et ignis manebit in fundo vasis: qꝛ nõ valet per illũ calorẽ exalare ⁊ serua ad partẽ. Hec que tibi diximus de omnibꝰ vegetabilibꝰ intellige que in succo abũdãt. Et sic quoqꝫ facies in metallis prius cũ isto mẽstruo illa resoluere facies sub fimo per vnã hebdomadã ꝙ mẽstruũ sit acutũ cũ vegetabilibus: aliquibꝰ illorũ que inferius in questionario dicemꝰ. Postꝙ vero fili metalla fuerint dissoluta pone ad distillãdũ in igne primi gradꝰ ⁊ exibit mẽstruũ: ⁊ manebit calx metalli in fundo. Post hoc vero reitera super feces metalli de nouo mẽstruo ad pondera metalli: ⁊ pone ad putrefaciendũ per mẽsem cum dimidio: ⁊ post hoc distilla sicut fecisti de vegetabilibus: sed qualibet vice addas nouũ menstruũ super feces. Fili multe fuerunt opiniones philosophorũ in extractione elemẽtorũ a mineralibus: sed hic ponere nõ curamus: qꝛ diuersimode tractabimus in .iij. libro.

q nulla esset via curationis per pdictas medicinas: auctores
medicine p vltimo remedio ponũt curã per incisionẽ et phr la
pidis extractionẽ per opationẽ manualẽ. per prius tñ tẽtando
curã cum medicinis suprascriptis & istud est qð consulit Ras.
in li diuisionum in. c. de cura lapidis vesice. volẽs quod si me=
dicantis fuerit patiẽs curam quã ponit p medicinas multas p
spacium mẽsis & eger non inueniat alleuiationem nec in vrina
egrediatur arena tñc est signũ q lapis est durus non obediens
fractioni. vñ tunc dicit q curetur cũ ferro. verũtñ qȝ talis opa=
tio apud multos auctores medicine ponitur multũ timorosa

ꝓpter multa accñtia q̄ aduenire possent attēto maxīe q̄ hic re uerēd⁹ magister ⁊ infirm⁹ est iā in senectute ⁊ fere quasi ī decrepitate cōstitut⁹ q̄uis videaẗ robustus satis cōstantis virtutis: ⁊ nōnulli q̄bus facta fuit talis oꝑatio euaserit plures tñ periclitati fuerūt. idcirco cautius agēdo potius mihi vr̄ esse desistendū ⁊ cū aliis medicinis ⁊ ingeniis esse ꝓuidēdū vez retētiōi vrine ac dolori si aderint q̄ q̄dē accñtia sunt ea q̄ ad talē oꝑationē medicā cohercere hñt magis q̄ reliqua. ⁊ postq̄ dictis accidentibus succurri pōt vt patebit in intētiōe stat in ꝑdicēda. s. circa accñtia lapidis vesice cōīter occurrētia: ideo consulo dictam operationē cirugicalē esse omittendam. ¶ Quantū ad tertium vez ad correctionē quorūdā accñtiū q̄ sepe cū dicta egritudine cōiungunẗ: primū accñs est dolor. cui succurrēdū est ⁊ mod⁹ est vt in decoctione camomille melliloti altheꝫ fenugreci et paneri infundanẗ filtrū vel spōgia q̄ postea fortiter exp̄sa ⁊ tepida super pectionē ponaẗ: postea inūgaẗ locus cū oleo de aneto ⁊ de scorpionibus. Ad hāc etiā intētionē cōfert administratio vomitus dummō leuiter fieri possit q̄ā diuertit ⁊ minorat mām aptam fluere ad vesicā. Itē cōuenire pñt clysteria facta ex decoctione fenugreci furfuris malue ⁊ cū oleo camomillino: ⁊ nō sit clystere multe quātitatis ne nimia fiat viarū coartatio. ¶ Scdm accidēs. s. retētio siue difficultas vrīe ꝓpter lapidē opillantē collū vesice. hoc. eñ accñs corrigiẗ cū cōpressiōe pectinis superius vel vt resupineẗ lapidosus ⁊ eleuētur anche ei⁹ et bñ cōcutianẗ vt lapis inde remoueaẗ ⁊ redeat ad cōcauū vesice. ⁊ hic modus positus est ab Aui. in. xix. tertii trac. i. c. de lapide vesice. Alius modus est per intromissionē digiti in anū ⁊ remotionē lapidis a collo vesice. Alīq̄ etiam lapidis depositio fit per siringā ⁊ alii etiā sunt modi depositiōis quos cā breuitatis omitto quare ⁊c.

¶ De fluxu emorroydarū superfluo ꝓ magnifico dño Lazaro de scarampis.

¶ Consilium. v.

PRo casu hui⁹ magnifici viri primo ponēdū erit regimē in sex rebus nō naturalib⁹ ꝓhibēs ꝑ̄ationez sanguinis melācolici fluere soliti ⁊ deinde poneẗ cura per medicinalia. ¶ Quātū ad p̄mā intētionē q̄ versaẗ circa dietā incipiēdo p̄io ab aere. aer sit tēperatus in caliditate ⁊ siccitate: ⁊ oīo vitetur aer calidus ⁊ humidus ⁊ ventus austrinus ⁊ habitatio in regione austrina: ⁊ vitetur oīs calefactio applicata ano ⁊ in circuitu eius ⁊ diuturna sessio super rem duram. ¶ Cibi eligendi sunt qui sint velocis digestionis sicut sunt carnes pullorum: gallinarū: perdicū: fasianorū: ⁊ aliarum auicularum bonarū nō habentiū rostra ⁊ colla longa nec in aq̄s habitātiū. ¶ Itē conueniūt carnes hedi lactantis ⁊ silr̄ vituli lactantis aut agnorū annualiū castratorū iuuenū: cuniculorū: capriolorum iuuenuz. ¶ Itē cōueniūt vitelli ouorū recentiū. ¶ Conueniūt etiam pisces petrosi ⁊ squamosi: ⁊ predicti oēs cibi sint decocti elixando nō autez assando nec frixando. Vitetur caseus p̄cipue antiquus ⁊ salitus. Silr̄ acetum ⁊ si q̄o vellet vti imponaẗ parū zucchari vt malitiam suaz corrigat. ¶ Panis eligatur qui sit mūdus recte vnius diei vel duorū dierū non tñ calidus. ¶ Herbe sint sicut buglossa: borago: endiuia: lactuca: cucurbita ⁊ similia. ¶ Fructus sunt ficus recentes bene mature: ⁊ dulces nisi esset fluxus plurim⁹: quo casu conuenirent fructus stiptici: vt citonia ⁊c. De fructibus conueniunt granata dulcia: ⁊ amigdale dulces: ⁊ passule: ⁊ vitētur oēs fructus putrescibiles ⁊ similiter oīa illa in quibus est frigiditas manifesta: vt voluit Rabimoyses ⁊ sunt sicut melones: cucumeres: ⁊ melongene. ¶ Potus sit vinū albū clarū odoriferū maturū ⁊ mediocriter limphatū. ¶ Cibi vitandi: sunt sicut carnes antique grosse vt bouine ceruine: etiam caprine: leporine. Item carnes salse. Item panis azimus: rizuz: legumina: pisces grossi viscosi vt anguille ⁊ pisces sine squamis et paludestres. Item vitentur capita animalium. Itē vitentur sicut sinapis herbe acute ⁊ alia acuta vt cepe: porri: aleum: ⁊ similia similiter ⁊ amare. Itē caueat a speciebus maxime a pipere ⁊ aliis speciebus virtutē acutā habētibus. Itē specialiter abstineat a baci. caueat a vino grosso ac etiā multū dulci etiā a musto. ¶ Motus ⁊c. Exercitiū sit moderatū ⁊ factū ante cibū: ⁊ a p̄io expulsis superfluitatibus prime ⁊ scde digōnis. s. fecibus ⁊ vrinis ⁊ oīno vitetur exercitiū forte ⁊ eq̄tatio lōga ⁊ insuauis. ¶ Somn⁹ ⁊c. Potius est: adherēdū somno q̄ vigiliis ⁊ multiplicatio earum fugiēda est somn⁹ tñ nō sit imediate post cibū factus sz distāter a cibo p horas duas vel circa ⁊ sit horarum septem vel circa.

¶ Inanitio ⁊c. Repletio nimia tam cibi q̄ potus fugienda est ⁊ nausea tiua facietas: sed pot⁹ cōuenit abstinētia aliqua moderata ⁊ ꝓcureẗ lenitio vētris oī die q̄ā naturalr̄ nō posset hēre vētris difficiliū. nō eñ dēt permitti feces exiccari ne earum duricies noceat ano in expressione earū et cāndo dolorē sine causa attractiōis superfluitatū ad anū: vnde intētiōe habita ad hāc vētris lenitionē cōuenit exhibere sicut ius carniū aut bietis et in p̄n. mēse comedere damascena recētia vel passulas mūdatas ab arillis ⁊ superbibat de iure capitis mōtonis vel de aqua decoctiōis cauliū parū decoctorū vel capiat de cassia fistula mūda. ℥. s. vsq̄ ad. ʒ. vi. Et q̄ā displiceret cassia loco eius capiat. ℥. i. vel ʒ. x. manne electi. ¶ Vitetur coitus superfluus ⁊ vtaẗ moderato p̄cipue tp̄e conuenienti facto. s. completa digestione prima ⁊ incipiente scda ⁊ omnino vitetur post cibum immediate.

¶ Accidentia anime. Vitetur timor frequens ⁊ multa sollicitudo: ⁊ ira sed moderate gaudeat.

QUātū ad medicinalia. Cōmemorandū p̄io est dictuz Hippo. sexta pti. affo. affor. illo. Emorroydas sanāti antiquas si nō vna fuerit relicta periculū est fieri hydropisim: aut ptisim: aut maniā: ⁊ maxime hoc hz veritatē vt dixit Gal. ī cōmē. p̄dicti apho. si antea solita fuerit purgari. Et Aui. in. xvii. tertii trac. i. c. iii. voluit causā retētionē sanguinis soliti fluere esse cām aliarū multarū egritudinuz sicut herpetis hestimeni: cācri: herisipille: pleuresis: ⁊ peripleumonie scabiei ⁊ aliarū cōsimiliū egritudinū verūtñ vbi seruareẗ regimē supradictū satis possēt esset nō aduenire aliquā dictarū egritudinū q̄ā tūc vna emorroydarū nō esset apta: et hoc q̄ talē regimē p̄seruat a ꝑ̄atione sanguinis melāci qui est cā emorroydarū. ¶ Ad hanc ēt intētionē prohibitionis sanguinis melāci cōuenit eūo humorū melācorū permixtoꝝ cū sanguine que quidē eūo fit digestiōe p̄missa ad quā intentionem digestionis detur sicut siru. infrascriptus videlicet.

¶ Re. sirupi de endiuia. sirupi vio. siru. acetosi. s. añ. ℥. s. aquaꝝ endiuie fumiterre ⁊ lupulorum añ. ℥. i. misce⁊ de istis siru. capiat quinq̄ diebus cōtinuis vel circa in aurora. ¶ Postea digestiōe p̄missa pro eūone fienda detur solutiuuz infrascriptum videlz.

¶ Re. corticum mirabo. citri. ⁊ indorū añ. ʒ. ii. s. kebulorum. ʒ. i. passularum. ʒ. ii. spice parū cōtundātur ⁊ infundanẗ in aq̄s endiuie fumiterre ⁊ lupullorum añ. quātū sufficit stent in infusione per horas. xx. deinde fiat fortis expressio in quā addanẗ cassie electe. ℥. i. vel loco eius si nō placet cassia. ℥. i. s. māne electi ⁊ fiat potio. ¶ Post dictam medicinam non est opus vti lauatiuo nec silr̄ in die immediate sequenti aliquo cōfortatiuo sicut est sirupus rosatus vel aliq̄d aliud cōsilis virtutis. Et talē purgationē laudo fiēdā esse saltē bis in anno videlicet in vere et in autūno. Vel loco huius medicine posset sumi alia videlicet.

¶ Re. corticū mirabolanorum citri. ʒ. ii. indorū. ʒ. ii. s. kebulorū. ʒ. i. passularum. ʒ. ii. cōtundantur ⁊ infundantur ī aq̄s endiuie fumiterre ⁊ lupulorū añ. quantū sufficit stent in infusione per horas. xx. deinde fortis fiat expressio cui addatur dyacatholiconis. ℥. s. reubar. electi ⁊ mūdi subtiliter puluerizati. ʒ. s. fiat potio. ¶ Item conuenit diuersio fiēda ꝑ flobothomiā basilice dextre hauriēdo tres vel quatuor. ℥. sanguis ⁊ hoc fiat in vere cū eūonē p̄dictam. s. cū medicina solutiua. ¶ Itē ad bandē intentionē diuersiōis conuenit vētosa facta in spatulis ⁊ cum scarificatiōe auferēdo tres. ℥ sanguis vel circa per p̄i⁹ tñ fiat flobothomia p̄dicta ⁊ differēdo īter dictā flobothomiā ⁊ vētosationem spaciū duorū vel triū dierū. interiz tñ sumēdo p̄dictos sirupos vt postea facta flobothomia ⁊ vētosatiōe possit exhiberi p̄dicta medicina solutiua. ¶ Quantū vero ad totalē fluxus cōstrictionē de his q̄ ab intra sumunẗ cōueniūt sicut triffera ex arte fenonis ⁊ mirabolani citrini cōditi p̄cipue capiēdo duos ꝓ vice in aurora ⁊ bis in hebdomada. cōuenit ēt cōfectio de scoria. ferri Rasis sumēdo bis in hebdomada vez. ʒ. i. ꝓ vice cū aqua calibeata vel plātaginis dosis eius est a. ʒ. i. vsq̄ ad. ʒ. iii. ⁊ laudo vt incipiaẗ a minori dosi. ¶ Itē vbi cōiungereẗ siccitas secū cōuenirēt pillule de bdelio dando duas ex eis ⁊ ex eis que sunt fortiora ⁊ experta sunt vt in potu sumaẗ galbani sicci ⁊ puluerizati. ℈. ii. aut. ʒ. i. dissoluaẗ cū aqua plantaginis ⁊ de eo exhibeatur bis vel ter in hebdomada rarius tñ in tempore estiuo.

¶ Ab extra vero laudat Nicolaus de mēte zoare Rabimoyses q̄ lauacrū ani factū multotiēs cum aqua dulci tepida est securitas ab emorroydibus. cōuenit ēt vnguentū vt infra videlicet.

¶ Re. coralorū rub. ossiū dactilorū nucis cipressi combuste lapidis ematitis p̄parati añ. ʒ. i. acatie thuris terre sigillate sandalorū albor̄ū corticū granatoꝝ glādiū: seminis portulace: ⁊ pliā. añ. ʒ. s. succi mente et basiliconis añ. q̄ntum sufficit fiat mixtura. deinde cū modico cere fiat vnguētū de quo fiat infictio in extremitate intestini recti. sed sicut supradictū est ista restrictio scdm hūc modū est timēda ⁊ verēda ⁊ ideo pot⁹ laudo vt procu

datur ſm regimē ſupradictum. Et hec ſufficiant. Laus Deo.
¶ De exitu matricis τ eius deſcenſu.

¶ Conſilium.vj.

Pro caſu egritudinis mihi narrate p̄rio ordinabo regimē in.vj.reb⁹ nō naturalib⁹ q̄ ſunt iſte vꝫ aer cibus τ pot⁹: mot⁹ τ quies: ſomnus τ vigilia: inanitio τ repletio: τ accitia anime. ij. ordinabo medicinas cōuenientes τ modum procedendi circa eas.
¶ Quātū ad regimē p̄rio incipiēdo ab aere. Aer dꝫ eligi calidus τ ſiccus τ vitari dꝫ aer frigidus ſiue ſit hūidus ſiue ſiccus. Itē aer vētoſus pluuioſus: groſſus: luminoſus fumoſus q̄ ſum⁹ multū nociu⁹ eſt: τ bñ pānis coopeiat matrix circa p̄tes inferiores q̄ bñ cuſtodiant ne occurrat eis aliqd̄ frigidū actu aut hūidū virtuale nec ēt occurrat aliqd̄ odoriferū p̄tib⁹ illis ſed pot⁹ fetidū: ſed odoriferū occurrat naribus. ¶ Cibi dn̄t eſſe ſicci faciles digōnis τ boni chimi: vꝫ carnes pullorꝫ vitulorū caſtratorū iuuenū: τ leporū iuuenū: auiū p̄uarūꝫ degētiū in pratis aut arboribus p̄dicū faſianorū turdorū: turturū: τ ſimiliū ſunt in caſu cōuenientes τ p̄dicti cibi ſint p̄parati aſſando potius q̄ elixādo. ¶ Itē cōcedi p̄nt vitelli ouorū q̄ ſint in ſine tremulētie decocti. ¶ Piſces xō ſunt vitādi τ p̄cipue q̄ ſunt groſſi τ viſcoſi ſicut ſunt tenche τ ſiles: p̄ui xō τ petroſi cōcedi poſſent et p̄parati cū modico p̄pis vel ꝫꝫiberis aut gariofilorū cinamomū vero oīno vitet: τ ſilr crocus. ¶ Fercula q̄bus vti pōt ſunt ſicut panatela brodetū: far: τ rixū: τ ſilr aromatiꝫando cibaria cū ſupradictis ſpēbus nō tñ multū cōtinuādo dictas ſpēs ne epatis ei⁹ calidū nimis calefaceret. ¶ Olera xō ſiue herbe q̄ concedi p̄nt ſunt ſicut bletes ad rubedinē declinantes τ caules q̄ꝫ dūmō ſint bene decocti abſinthiū: maiorana mēta yſopus ſaluia faciēdo fercula ſua aut etiā ſi vellet facere fritellas ſed ſine caſeo aut cū caſeo facto ex lacte ouino τ parꝫ ſalito. vitentur oēs cibi difficilis digeſtiōis. vitent oēs cibi ſalſi amari τ vnctuoſi groſſi τ viſcoſi ac frigidi τ hu. vt lactuca endiuia portulaca τ ſilīa.
¶ Itē lac caſeus τ oīa lacticinia piſces groſſi de quibus ſupra. Itē fercula de paſta ſicut lagana: artocrea τ huiuſmodi.
¶ Itē vitent fungi ſpārꝫ τ alia corū gn̄a. ¶ Itē legumina oīa.
¶ Itē vua excepta paſſa ſilr p̄ſica τ ſiles fructus frigidi τ hu. Et ſi q̄ꝫ vellet fruct⁹ tāc ſint ſicut auelane: nuces amigd. dulces pira pōtica τ cocta. aut citonia ſilr decocta in modica tñ q̄ntitate. ¶ Potus ſit vinū rubeum limphatū cum aqua pluuiali aut aqua ferrata vel decoctiōe ſeminū coriādrorū p̄parato. Et ſi placet tā cibi q̄ potus ſint actu calidi. ¶ Motus τc. Stet quietat non exercitet niſi ſm partes ſuperiores puta brachia. Vitet deambulationem τ quietationē inſuauē τ vehi in curru. Vitet ēt tuſſim τ ſternutationē quantū poſſibile eſt. τ ſimiliter vociferationem τ clamorē: fricentur ſup̄iora q̄r. ſ. brachia faciēdo etiam eorum fricationē v. ¶ Somnus τc. Adhereat ſomno potius q̄ vigilie. vitet tñ ſomnus p̄lirus ac etiā diurnus τ faccus immediate poſt cibū. Situs dormitiōis ſit ſup dorſuꝫ aut latus. ¶ Inanitio τc. Fugiat repletionē oēm tā cibi q̄ potus nauſeatiuā ſacietatē: ſed ſurgat a menſa reliquiis appetit⁹ adhuc in aīa remanētibus τ p̄curet ſingulis diebus hr̄e bñficiuꝫ vētris naturalr̄ aut artificialr̄. ſ. cū clyſte lēitiuo ſatis noto τc.
¶ Accitia aīe. Vitet ira furor: ſed adhereat gaudio moderato τ hec ſufficiant quantum ad regimen predictum.

Quātū ad ſcdam. ſ. circa medicinalia tres ſunt habēde intētiōes. p̄ima eſt ad cām egritudinis ſcda ad egritudinē ipſam: tertia poſt reductionem membri eius conſeruatio τ cōfirmatio. ¶ P̄ria intētio cōplet cū euōne materie p̄miſſa digeſtiōe: de qua digōne nō expedit ad p̄ns mentionē facere cū iam illa fere adimpleta ſit ex multis τ diuerſis ſiru. aſſumptis. Sed deueniēdo ad euonem p̄ſidendā. laudo pillulas infraſcript. vꝫ. ¶ ℞. pillularū maſticinarū. ℈. ſ. agarici troci. reubar. electi. τ mundi añ. ℈. i. miſce τ cū ſucco roſarū quantū ſufficit formēt pillule quinq̄ τ ſumātur in aurora cū debita cuſtodia. ¶ Itē. ℞. ſuc. ru. ℥. ſ. p lauatiuo qd̄ ſit ex aqua ordei. τ ſumat cōpleta opatione pillularū.
¶ Itē. ℞. metridoti. ʒ. i. ſucchari ro. antiqui. ʒ. ij. miſce pro die ſequenti. ¶ Item pro predicta intentione p̄nt interdū fieri clyſteria ſm hunc modū vꝫ. ¶ ℞. maluarū blitum florum camomille furfuris añ. M. i. decoquant in ſufficiēti quātitate aque p̄r. bullitiōibus vel circa: deinde colet τ de ea capiatur lb. i. vel circa τ in ea diſſoluant caſ. fiſtule yere. ſ. gal. añ. ℥. ſ. mellis roſ. cola. ℥. ſ. i. olei cōis. ℥. iij. ſalis cōis triti. ʒ. i. τ fiat clyſtere.
¶ Interdū poſſet vti euōne cū pillulis infraſcriptis ſumendo eas in ſero quādo itur dormitum poſt cenā leuem τ capiendo duas aut tres quātitatis cōis que pillule ſūt hec videlicet. ℞. pillularum de aloe yerec. ʒ. i. pillularū maſticinarū. ʒ. i. ſ. agarici tro. reubar. electi τ mundi ſubtiliter puluerizati añ. ʒ. ſ. miſce τ cum ſucco roſ. vel de endiuia fiat paſta de qua fiant poſtea pillule due vel tres τ capiantur prout ſupradictum eſt. τ de predictis pillulis capiat bis aut ſaltem ſemel in hebdomada. Et ſi propter vſum predictarū pillularū perciperet ſe calefieri ſm epar faciat interdum epithima tale videlicet. ¶ ℞. aquarū endiuie. ℥. vj. roſarū. ℥. ij. ſandalorū omnium ſpice nardi añ. ℈. i. cāphore gra. vij. aceti albi. ʒ. ij. miſce pro epithimate epatis et applicetur vt ſatis ei notum eſſe puto.
¶ Scda intētio q̄ verſat circa morbum ipſum p̄ſicitur ſic. reſupinetur τ capiatur de lana carminata τ adhereat matrici τ cū ea reducatur matrix deinde capiatur alia lana τ infundat ī vino in quo bulita fuerint de roſis rubeis corticibus granatorū τ balauſtiarū p̄tes equales τ ponat dicta lana ſup os matricis τ ipſa reducat cū facilitate ad interiora: deinde capiat alia lana τ infundatur in aqua τ aceto τ ponat ſup locū extra. Et ſi ſuperligata fuerit cum ligatura leui melius erit: τ iaceat tunc ſup latus ſuū aut ſupina iaceat τ adunando crura eius: deinde odoret odores bonos vt gariofilorum muſci τ ſimiliū: τ moretur in lecto vſq̄ ad dies tres. Et vt melius reducatur bonum erit vt applicentur vētoſe ſine ſcarificatione ſup radicē ſumis τ ſup dorſum. τ caueat ne aliqd̄ fetidū occurrat naribus vel ori. Et cū tertia dies fuerit p̄mutet lana eius τ ponat eadē que ſit infuſa in vino in quo decocte ſint mirtus: roſe: τ cortices granatorū τ adminiſtretur tepida actu: τ deinde fiat embrocatio ī dicta decoctione ſuper femur τ pecten.
¶ Quo facto deueniendum eſt ad tertiā intentionem que eſt poſt reductionem ipſius mēbri cōſeruatio τ cōfirmatio q̄ q̄dem intentio cōpletur adminiſtrando linimēta ſup p̄tes predictas ſuminis τ pectinis ex ſaniē ordei. i. et pulte eius τ herba q̄ naſcitur ſup lapides exiſtētes in qua q̄ facit lubricare pedes aut ſint pultes facte ex lētibus τ rebus ſtipticis p̄dictis. ſ. roſis τc. Deinde fiat ſeſſio in aqua decoctiōis ſquināti mirtilorū: τ roſarū: aut poſſet fieri emplm̄ vt infra. vꝫ. ℞. maſticis olibani: oppoponacis: galbani: ſerapini: terbētine: ſtoracis liquide: picis ſicce. añ. partē vnā. hoc eni emplm̄ ſiue cerotū non p̄mittit eā deſcendere. ¶ De his ēt q̄ cōferūt valde: ſunt ſuffumigatio facta in p̄tibus inferiorib⁹ cū ſtercore taurino. Silr ſuffumigatio facta cū aſpalto ſinglr̄ aut cōiūctim. ſ. cū dicto ſtercore. ¶ Itē cōfert valde ſi ſumantur folia vrtice recētia contrita et poſita in modum emplī ſup matricē multū confert. Itē galbanū ſtō ac vētri emplaſtratū mirabiliter opat. Itē q̄dam auctor famoſus dicit ſe expertum fuiſſe q̄ ſi ſumatur ouū galline qd̄ diu ſteterit in nido ita q̄ ſit putridū ſi interius cōcutiat τ conquaſſet τ cū pānis lineis lenibus applicet matrici q̄ cito reducit adeo q̄ ēt ipſe exptus eſt in antiquata. Et opꝫ vt bñ pānis coopiatur: ne odor ille putridus ad nares p̄ueniat q̄m fetor eius vix eſt tolerabilis. Et hec ſufficiāt cū dei laude cui laudes ſint infinite τc.
¶ De dolore matricis ventoſo a mala cōplexiōe fri. τ hu. proueniente de prefocatione matricis τ eſt egregij doc. do. Magiſtri Lazari oaldi placentini editum de anno. M. cccc.xcix. die vltimo februarij.

¶ Conſilium.vij.

Diſpoſitio magnifice dn̄e Lucretie quātū potui elicere ex literis magnifice dn̄e Magdalene taurelle genitricis ſue ad me ſcriptis ſermone materno τ ex vrinis inſpectis eſt mala cōplexio materialis frigida τ hu. mſtis ad quā ſequit dolor materialis vētoſus et p̄te cōicāis nocumētū ſtō: cerebro: τ cordi q̄ ſunt tria mēbra magnifice matrici colligata τ inde p̄uenit q̄dā modus p̄focationis matricis cū vertigine τ ſcotomia oculorū ex vaporib⁹ malis eleuatis a matrice ad mēbra ſup̄iora quare iſta magnifica dn̄a ſepe moleſtata malis et vehementibus accidentibus matricalibus cardiacis: τ cerebri libenter intellexiſſem caſum in terminis cōſcriptū p ſuos p̄ſtātiſſimos medicos aſtātes qui plenius τ in p̄priis terminis ſingula deſcripſiſſent hec pauca coniectura conſequi potui ex literis ad me tranſmiſſis neſcio quo pacto purgetur menſtruus temporibus debitis τ hoc erit bonum intelligere τc. ¶ Pro cura igitur opus eſt p̄ri⁹ ordinare regimē ſex rerū nō naturaliū in quib⁹ non me extēdo ſed remitto iudicio ſuorū preſtātiſſimorū medicorū p̄ſentiū q̄r totuꝫ regimē debet verti ad cal. τ ſiccū: ſed credo lapſum ad humidū eſſe maiorē ideo in oī re non naturali fiat declinatio ad calidū ſed magis ad ſiccum τ p̄cipue in dieta τ hoc relinquo iudicio et ordinationi ſuorum medicorum.

Quātū ad regimē medicinale laudo ꝙ materia di-
geraṫ cuꝫ isto sirupo. ¶ ℞. siru. de arthemi-
sia: sirup. de calamēto oximellis. s. aā. ℥. s.
aquarū betonice matricarie siue arthemisie. aā. ℥. i. s. mi. ⁊ fiat
siru. clar⁹ ⁊ aromatizeṫ cū cinamomo vel cū spēb⁹ diābre ⁊ est
dosis vna capiat. vi. dieb⁹ ꝯtinuis calid⁹ in aurora vel plibus
dieb⁹ si plꝫ ⁊ supdormiat. Sūptis siru. purgeṫ cū ista potione
quā sumat in matutinis seruato debito regimīe eoꝝ q̄ farma-
cauṫ. potio talis est. ¶ ℞. reub. īfusi fm artē. ʒ. ij. fiat expssio cū
qua dissoluanṫ catoliconis. ℥. s. yere. s. gal. ʒ. iij. diafeniconis
agarici tro. cum vino infusionis ꝫinziberis aā. ℈. iiij. fiat potio
cū aqua calamenti aut matricarie. Et si abhorreret potioneꝫ
capiat istas pillulas modo suprascripto loco potionis.
¶ ℞. pillulaꝝ agregatiuaꝝ mesue. ℈. ij. pillarū fetidarum. ʒ. s.
formenṫ pilł q̄nqꝫ cū siru. de calamēto die sequēti capiat ī ma
tutinis. ℈. iiij. metridati antiqui vel tyriace optime ⁊ ieiunet
post assumptionē adminus horas sex. De dosi tn̄ p̄dictorū far
macorū me remitto iudicio suorū medicoruꝫ. Facta purgatio-
ne ꝯsiderēt p̄sentes medici si mundificaṫ a mēstruis: tꝑibus cō
stitutis a natura. ⁊ tūc fiat flobothomia ex venis brachioꝝ aut
saphenaꝝ fm ꝙ eis videbiṫ expedire. nō. n. possuꝫ de hoc pfe-
cte iudicare qꝛ nō plene itellexi casum p̄fate magnifice dn̄e p̄ci
pue de q̄litate ⁊ q̄ntitate mēstruoꝝ nihil ad me relatum est et si
expedit fiant lotiones tibiarū ꝓuocatiue ⁊ fricationes. ¶ Pro
tempore interualli omni ebdomada semel capiat de sero in in-
troitu lecti. ʒ. i. istarum pillularum post leuem cenam.
¶ ℞. aloes electi. ʒ. v. masticis. ʒ. ij. agarici tro. reub. optimi
aā. ʒ. i. s. formeṫ magdaleon cum sirupo de calamento vel cum
succo artemisie ⁊ loco suprascriptarum pillularum vtaṫ eodē
modo ad placitum pillulis confectis ex aloe: mirrha: ⁊ croco q̄
sunt prouocatiue mēstruorū si cōsiderenṫ simplicia cōponen-
tia. In dieb⁹ quibus nihil suprascriptorum assumit capiat in
mane alternando. ʒ. ij. istoruꝫ duorū ellectuariorum ⁊ ieiunet
post assumptionē admin⁹ horis quatuor. primū ellectuariuꝫ.
℞. specierū diambre specierum diamusci dulcis specierū dia-
cimini gal. aā. ʒ. i. zucchari dissoluti cum aqua calamenti aut
betonice. ℥. iiij. fiat ellectuarium. scd̄m ellectuarium.
¶ ℞. specierū diamargariton. specierū electuarij de bacis lau
ri: specierū plirisarcoticon aā. ʒ. i. zucchari dissoluti cum aqua
betonice. ℥. iiij. fiat electuariū. ⁊ interdum loco predictaꝝ cōfe
ctionum potest sumere. ʒ. i. s. trifere magne sine opio. Teneat
sepe in ore parum radicis zedoarie ad quantitatem lupini su-
per ferculis vtatur hoc puluere.
¶ ℞. cinamomi electi. ℥. s. gaṫ. macis: cardamomi: melegete
aā. ʒ. i. croci. ℈. ij. fiat puluis subtilis. Omni ebdomada bis fiat
clystere hoc modo.
¶ ℞. sauine: calamēti: pulegij: origani aā. M. i. seminis iuni-
peri: seminis cimini: seminis lini: ⁊ fenugreci aā. ʒ. iij. bulliant
in sufficienti quantitate aque vsqꝫ ad quarte partis consum-
ptionē tunc. ℞. suprascripte decoctionis lib. i. in qua dissol-
uantur oīa infrascripta. ¶ ℞. pulpe caṫ. ℥. i. yere. s. gal. benedi-
cte. s. aā. ʒ. iij. ellectuarij de bacis lauri. ʒ ij. olei de lilio. ℥. ij. olei
de ruta. ℥. i. salis cōis. ʒ. ij. vitelos ouorum numero. ij. misce pro
clysteri vno. ¶ Quando dolor infestat apponatur ventosa si-
ne scarificatione super sumen vel femur ⁊ vngantur femora-
lia cum isto vnguento.
¶ ℞. olei de lilio cū specib⁹. ℥. i. s. olei de spica. ℥. i. galie musca
te vel melius de sangine. d. Mesue. ʒ. i. specierū diamusci dul-
cis: specierū diambre aā. ℈. i. misce cū hac vnctione cal. vnganṫ
femoralia ⁊ supponaṫ in vulua vsqꝫ ad collū matricis. fiat na-
scale siue pesariū matricis cū matricaria minori siue crespula
⁊ mercuriali cōtusis donec succus veniat ad supficiem ligatis
in pecia rara lini subtili deinde ipsa pecia vngatur cū terben-
tina ⁊ vltimo infundaṫ in oleo liliorū alborū cū specieb⁹ calido
in quo dissoluanṫ tria grana musci aut ambre ⁊ supponaṫ in
vulua tale pesariū valet. ad ideꝫ trifera magna supposita vel
species diambre: aut diamusci: aut diamargariton si supponā
tur per se vel mixtim cōfortādo matricē ⁊ mūdificando. ¶ Tp̄e
vehemētie doloris ⁊ vētositatis fomētatio fiat cū spongia ca-
lida cōplectente totū locū doloris infusa in ista decoctiōe ⁊ bn̄
expressa. ¶ ℞. radicū altee. M. i. semi. lini: semi. fenugreci ⁊ se-
mi. iunipe. aā. M. s. pulegij: calamēti: mentastri: origani sauī-
ne: aā. M. i. spice: squinanti aā. ʒ. ij. calami aroma. ʒ. iij. seminū
cimini: ameos: dauci: aā. ℥. s. contundantur ⁊ bulliant in suffi-
cienti q̄ntitate aque pro fomētatione fienda ⁊ post oppositam
spōgiam vltimo cū remouetur fiat vnctio cum oleis suprascri
ptis ⁊c. ¶ Si sentitur motus prefocationis matricis fiant liga
ture extremitatum: ⁊ apponātur odores fetidi: ⁊ in vulua sup-
ponanṫ odores boni. ⁊ prouoceṫ sternutatio fm cā. doctoruꝫ
illustrium medicine ⁊ cōsideretur verū illa prefocatio sit men-
strualis aut spermatica: qꝛ vbi eēt spermatica oporteret absti-
nere a cibis multū ⁊ velociter nutriētibus ⁊ a potu vini: ⁊ pro-
pinare semē agni casti ⁊ puluerē seis peonie ⁊ seis siseleos. Et
hec sunt q̄ pro nunc occurrūt ⁊ sic sit Laus deo altissimo ⁊c.

¶ De dolore iūcturarū cū tumore ⁊ duritie manuū debilitate
renum ⁊ caliditate eorundem. ¶ Consilium. viij.

In casu huius nobilis mulieris duplex erit habēda
intentio vna circa regimen debitum in. 6. rebus nō
naturalibus alia circa medicinalia. ¶ Circa primā
intentionē incipiendo primo ab aere eligatur aer tē
peratus in qualitatibus actiuis aliqualr ad calidum decliuis
maxime tp̄e hyemali ⁊ etiā sit ad siccū declinans vnde tp̄e p̄di-
cto accendatur ignis in camera sua ⁊ qui sit factus ex lignis
bonis laudabilibus sicut iuniperi: rorismarini: lauri vel quer
cus ⁊ nō multū approximet se igni. caput eius teneaṫ cooper-
tū ⁊ mediocriter calīm ⁊ magis ⁊ minus fm tēporū exigētiā ita
ꝙ nō estuet neqꝫ frigeat ⁊ habēdo p̄cipue respectū ad cōsuetudi
nē q̄ multū cōseruāda est: residuū tn̄ corpis teneaṫ satis calīm
vt vapores nō retineanṫ: immo transpirēt ⁊ resoluanṫ ⁊ ad in-
feriora diuertanṫ. viteṫ aer fumosus: vētosus: pluuiosus: ⁊ sta
tio sub radijs solarib⁹ aut lune ⁊ ꝓprie p fenestrā īgrediētib⁹.
¶ Cibi eius sint facilis digōnis boni nutrimēti. vn̄ incipiēdo
a pane cum sit in cōi vsu respectu aliorū ciborum: sit panis de-
center fermētatus ⁊ hn̄s aliquid furfuris decenter decoct⁹ vni⁹
diei vel duorum dierum. ¶ Fercula sint sicut panatela panis
tritus siue brodetum vt cōiter dicitur far: brodium cicerum ru
beorū. ¶ Viteṫ caules ⁊ oīa vaporantia sicut eruca: petrosi-
lium: feniculus: lactuca ⁊ sīa. ¶ Conueniunt vitelli ouorū sor
biliꝫ. ¶ Et pro carnib⁹ vtatur sicut pullis gallinis: vitulinis:
castrati: franguillinis perdicib⁹: ⁊ sīibus. Et sint p̄parate eli-
xando poti⁹ q̄ assando. Et qn̄ pur vellet assatas sint prepara-
te cum pinguedine vituli in estate ⁊ castrati in hyeme.
¶ Pisces viteṫ exceptis petrosis sicut que cōiter dicunṫ vce-
lete borte ⁊ siles. ¶ Fructus sint sicut citoniū aut pirum coctuꝫ
⁊ comedanṫ post cibum ⁊ in modica quantitate.
¶ Potus eius sit sicut vinū medij coloris ⁊ limphatum cum
modico aque mellis conuenienter decocte. s. cuius pars mellis
sit octaua ad partē aque ⁊ sepe despumando.
¶ Motus ⁊c. exercitiū ei⁹ sit moderatū ⁊ factū stomaco ieiu-
no hīto tn̄ pri⁹ vētris bn̄ficio: ⁊ sit per loca suauia delectabilia.
Et si nō potest pedester: equester fiat: aut loco eius fiant frica-
tiones leues q̄ntū poīe est ne materie ad iūcturas trahanṫ nec
accedat ad prandiū aut cenam immediate post dictum exerci-
tiū: nec illud fiat immediate post cibi ⁊ potus assumptionem.
¶ Somnus ⁊c. Sōnus sit moderat⁹ septē horarū vel circa et
de nocte fact⁹ ⁊ nō immediate post cibū: sed distanter a cibo p
duas horas vel circa. Et sit situs ei⁹ primo sup latus dextrum:
deinde se reuoluat sup sinistrū. Qđ si inceptio fieret sup vētreꝫ
nō esset hoc inutile: imo iuuaret ad digōnē stomaci. sꝫ vitet oīo
dormitionē resupinā. sīr viteṫ somn⁹ diurnus quantū poīe
est nisi cōsuetudo longa adesset: aut de nocte nō dormisset.
¶ Inanitio ⁊c. viteṫ repletio superflua tā cibi q̄ potus ⁊ sur-
gat semper a prandio ⁊ cena reliquijs desiderij adhuc in aīa
remanentibus. ⁊ sit cena leuior prandio.
¶ Accidētia aīe sint q̄eta vn̄ ꝯuenit gaudiū tp̄atum: ⁊ vitetur
ira: furor: ⁊ tristitia: timor ⁊ vehemēs animi solicitudo. Et hec
de regimine in. vj. rebus nō naturalibus sufficiant.

Regimē per medicinalia ꝯpleṫ trib⁹ intētiōib⁹.
pria erit digō materie aātis. s̄a ecō taꝫ
materie aātis q̄ ꝯiūcte. iij. erit ipsi⁹ reso
lutio in certis determinatis mēbris ⁊ ipsoꝝ mēbroꝝ tā mandā
tiū q̄ recipientiū cōfortatio. ¶ Pro expeditiōe prie itētiōis re
cipiaṫ siru. vt infra vcꝫ. ¶ ℞. oximellis. s. ℥. i. siru. de fumoter-
re. siru. vio. aā. ℥. s. aquaruꝫ betonice: fumiterre. ⁊ saluie aā. ℥. i.
misṫ. ⁊ de isto sirupo capiat sex dieb⁹ ꝯtinuis ī aurora admin⁹ ⁊
actu calīo dormiēdo saltē p horā si poīe erit vel saltē stet q̄eta.
¶ Post vero assumptionē dictoꝝ siruporꝝ vt supra erit intētio
habēda ad euacuationē que est intētio scd̄a gnālis. Ad quā q̄s
dē intentionē habendā sumanṫ pillule infrascripte vcꝫ.
¶ ℞. pillarū de hermodactilis et intētiōe Mesue. ℈. ij. agarici
tro. ʒ. s. reub. electi ⁊ mūdi subtiliter puluerizati. ℈. s. mi. ⁊ cum
siru. vio. q̄ntū sufficit formenṫ pillule quinqꝫ ⁊ sumanṫ in nocte
per horas duas vel circa ante diē ⁊ dormiēdo per horā salteꝫ
post eaꝝ assumptionē. postea sumaṫ lauatiuū ꝯpleta opatiōe

medicine qd sit ex aqua ord. ꝛ cum modico zuccha. vel sine ſm
ꝙ magis ei placuerit. Et post modum sumendo, prandiū post
predicti lauatiui assumptionē p horā vel circa ꝛ qd prādiū sit
satis leue respectu aliorū dierum. Et si plus placeret in forma
potabili solutiuū ꝙ i forma pillulari capiat medicinā. vt. isra.

¶ ℞. reubar. electi ꝛ mundi. ʒ. i. spice parū incidanꝫ minutim
ꝛ infundanꝫ in aquis absynthij saluie ꝛ cicoree aā. quantum
sufficit dimittantur in infusione p horas duas deinde infun=
dantur agarici electi ꝛ mundi. ʒ. ij. zinziberis. ℈. ij. dimittātur
omnia in infusione per horas octo. deinde fiat fortis expres=
sio cui addantur diacatholiconis. ℥. s. confectionis amech. ʒ. i.
sirupi violati. ℥. s. ꝛ fiat potio.

¶ Postea vero quiescat per aliquos dies ab omni solutiui acce
ptione saltē per. xv. dies. Et qꝛ in dies superfluitates male ag=
greganꝫ ꝓpter mēbrorū debilitatē bonum erit vt alternatis
dieb⁹ vt puta de. viij. vel. x. dieb⁹ semel ꝛ citi⁹ ꝛ tardi⁹ ſm oppor=
tunitatē minoreꝫ de dictis superfluitatib⁹ cum medicinis in=
frascriptis vt puta si voluerit in forma pillulari fiat sic.

¶ ℞. pillularū masticinarū. ʒ. ij. agarici tro. ʒ. i. reubar. electi
s. p. ʒ. s. misce ꝛ cum melle ro. colato fiat pasta de qua sumatur
ʒ. s. vel. ℈. ij. singula vice faciendo pillulas duas vel tres. ꝛ su=
manꝫ in sero post cenā leuē qn itur dormitum. Et interdū lo=
co dictarū pillularum: capiaꝫ de electuario infrascripto qd.

¶ ℞. fumiterre: violarum: florū buglose: boraginis: ꝛ lupulorū
thimi: epithimi: polipodij aā. ʒ. ij. foliculorum sene. ʒ. iij. passu=
larum sine arillis. ℥. i. sebestē numero. xxv. liquiritie munde. ℥.
s. bulliant oīa in lib. ij. aque sufficiētibus bullitionibus. dein=
de fiat colatura addendo caſ. electe ꝛ nouiter extracte. ℥. i. zuc
chari vnius coctus. ℥. iiij. omnia simul bulliant donec veniant
ad debitam spissitudinē in formam electuarij ꝛ reseruetur. Et
de eo sumatur. ℥. i. singula vice octo vel. x. diebus. ꝛ sepius et
tardius in maiori ꝛ in minori dosi ſm necessitatem.

¶ Quantū ad tertiā intentionē q̄ est resolutio materie ꝛ mem
brorū cōfortatio: qꝛ aliqua sunt mēbra q̄ indigēt p̄dictis intē=
tionib⁹ ꝛ aliqua q̄ cū hoc idigēt mollificatiōe. Pro expeditiōe
secundi hoc est de manu in qua apparet durities ꝛ tumor ma=
nifestus fiat fomentatio ex decoctione vt infra videlicet.

¶ ℞. florū cāmomille ꝛ fenugreci aā. M. i. radicum altee mi=
nutim incisarū. ℥. i. saluie. M. s. decoquanꝫ primo p̄dicte radi=
ces vsqꝫ ad mollificationē earū: postea supradicti flores simꝫ cū
saluia decoquanꝫ leui decoctiōe ꝛ reseruenꝫ ꝛ in ea infundātur
pecie ꝛ superponanꝫ manui vbi est tumor ꝛ durities: vel em=
broceꝫ dictus loc⁹ cū dicta decoctione postea facta leui eruca=
tiōe cū pāno calido appliceꝫ medicamē infrascriptū videlicet.

¶ ℞. vnguēti de bdelio ꝛ qd actu tepidū loco superponaꝫ. Et si
predicta remedia nō cōtulerint fiat decoctio vt infra. ℞. casei
antiqui decocti in aqua in qua decoquaꝫ de crure porci saliti
donec inspissetur in modū emplastri ꝛ superponaꝫ loco predi=
cto. Etiā ad hanc intentionē conferunt ēt vnguentum dialtea
emplastrum diaquilon: de mellilloto ꝛ multa alia ꝛ simplicia ꝛ
composita de quibus longum esset narrare.

¶ Quātum modo ad ea que sunt ad intentionem primi. s. ad
resolutionē ꝛ cōfortationē mēbrorū. primo narrabunꝫ aliqua
ex cōueniētibus administrādis p interius post modū per exte=
rius. ¶ De his q̄ per interius sumēda sunt: sunt sicut tyriaca:
metridatū capiēdo. ʒ. j. vsqꝫ ad. ʒ. i. s. ꝛ post cenā leuem qn itur
dormitū aut de diamusco dulci capiēdo. ʒ. ij. p singula vice. Et
qn capit vnū dimittat aliud ꝛ alternatis diebus hoc est de tri=
bus diebus in tres dies vel circa.

¶ Ab extra vero fiant balnea particularia ex aqua decoctio=
nis florū camomille: mellilloti: rosarū rubearum: saluie radicū
altee in qua decoctione madefiāt pecie ꝛ actu calide superpo=
nanꝫ iuncturis dolorosis: vel sup dicta mēbra fiat embroca=
tio ex dicta decoctione. Et post erucationē factā cum panno
calido inunganꝫ dicta mēbra ex oleo camomellino: nardino:
ꝛ costino: addēdo aceti al. parū cū p̄dictis oleis. ¶ Etiam con=
fert inunctio facta ad nuchā cum oleis predictis actu calidis.

¶ Itē conuenit caputpurgiū factum ex aqua maiorane actu
calida sugendo per nares in mane: expulsis prius superfluita=
tibus prime ꝛ scde digestionis ꝛ replendo os ex vino non mul
tū potēti: postea differat saltē per horā ad sumendū prādium.

¶ Item cōuenit odoramētum factum ex nigella prius p noctes
in aceto īfusa ꝛ deinde leuiter torrefacta ꝛ pulucrizata ꝛ post=
modum ligata in sindone de grana. Et si non displiceret odor
musci addanꝫ secum de dicto musco grana. ij. ꝛ preparetur in
modum pomi ꝛ teneatur in manu ad odorandum sepe stoma=
cho tamen existente ieiuno.

¶ Et qꝛ conquesta est de debilitate ꝛ caliditate renum ꝓpter=
ea in casu isto fiat inunctio ad dicta membra cum vnguētis in=
frascriptis videlicet.

¶ ℞. vnguenti Gal. vnguenti sandalini: vnguenti commitisse
aā. ℥. s. misce ꝛ actu frigida renibus applicentur. Et hec suffi=
ciant ad laudem dei ꝛc.

¶ De pustulis qbusdā adustis tumore tibie ꝛ dolore sub plā=
ta pedis p illustri dn̄o Aueraldo vltramontano. Consi. ix.

Casus illustris dn̄i Aueraldi talis est: videlicet pu=
stularum quas iam passus est per mēses multos ꝛ
nūc etiā patiꝫ: lꝫ vt dn̄atio sua retulit sint aliquali=
ter diminute: ꝛ loc⁹ in quo magis dn̄atio sua affli=
giꝫ est sub planta pedis dextri materia peccās iu=
dicio nr̄o est materia adusta genita per adustionē colere ꝛ san=
guinis cum dn̄atio sua sit ſm epar complexionis calide ꝛ cali=
dorū renum ꝛ cordis calidi vt ex signis concipere potuimus ꝛ
precipue ex habitudine totius corporis tendētis ad cōplexio=
nem sanguineā ꝛ sanguine colerico: ꝛ nunc ex causis accidēta=
libus vehementer adusto in quo casu nobis superest vt primo
regimen debitum adhibeamus in. vj. rebus non naturalibus:
deinde ad medicinalia condescendamus.

¶ Circa primū incipiēdo. primo ab aere. dicimus aerem esse
tēpatū tā in qualitatib⁹ actiuis ꝙ in passiuis ad frigidū ꝛ hu.
aliqualꝛ declinantē: ꝛ qn naturalꝛ hr̄i nō possit locus in quo
hitat dn̄atio sua altereꝫ cū frigidis ꝛ humi. vt puta cū folijs vi=
tiū: saliciū: rosarū: violarū ꝛ siliū infrigidātiū ꝛ humectātiū.

¶ Circa cibos ꝛ potus eliganꝫ qui sunt frigidi ꝛ humidi faci=
lis digestionis: ꝛ nutrimēti laudabilis in casu suo cōuenientis
vnde incipiēdo a carnib⁹ eliganꝫ carnes hedi: pullorum ꝛ po=
tius pullarum paruarum: vituli lactantis: ꝛ agni annualis.
¶ Quātum ad carnes siluestres vtaꝫ dn̄atio sua carnibus cu=
niculorū ꝛ capriolorū iuuenū. ¶ Et de auibus vtaꝫ carnibus
p̄dicis pp cōfortationē cordis ꝛ silꝛ fasianorū iuuenum ꝛ auiū
paruarū minutarum habitātiū in rubis ꝛ oīno dimittat car=
nes leporum: ꝛ silꝛ carnes bouinas ceruinas ꝛ auiū in aquis
degētium ꝛ rostra ac colla lōga hn̄tiū ēt caueat ab omnibus carni
bus porcinis ꝛ dicte carnes de quib⁹ vti voluerit sint p̄parate
poti⁹ elixādo ꝛ nō assando. ¶ Pisces cōuenientes sint petrosi
degētes in aquis dulcib⁹ currētibus ꝛ qui sint agiles squamosi
ꝛ de istis sunt apud nos vcelete: botte: strigidee: lucij ꝛ siles de
quib⁹ esset longū dicere: vitet autē pisces grossos ꝛ viscosos si=
cut sunt anguille ꝛ tenche. Itē ēt pisces paruos quos nos iam
predas appellamus. ¶ Limatie vero cōueniunt in casu suo: et
testudines abscisis capitibus ꝛ pedibus ꝛ p̄parate ſm ꝙ fieri
solet: ꝛ sint silꝛ potius elixati ꝛ decocti in oleo in quo superna=
tent pisces in quo potius videanꝫ elixati in oleo ꝙ assati. Et si
vellet vt sint gratiores gustui: denꝫ cum succo arantij aut cum
agresta: aut vino granatorum aut limonum.

¶ Cōueniunt ēt cancri fluuiales. ¶ Pōt etiā vti ouis recētib⁹ ꝛ
preparatis ꝛ cum agresta: aut alijs rebus supradictis. ¶ Ca=
seus viteꝫ p̄cipue salitus. ¶ Olera q̄ ꝯcedi possunt in casu suo
ꝯueniētia sunt sicut lactuca: endiuia: cicorea: buglosa borago:
fumusterre: lupuli: spargi: cum agresta aut succo arancij. Itē
herba q̄ dr̄ acetosa portulaca: cucurbita: p̄bullita quatuor bul
litionibus ꝛ ꝓiecta pria aqua decoquaꝫ in brodio carnium su
pradictorum spinachia blites cōueniunt. ¶ Dimittat aūt ma
ioranā mentā mentastrū petrosiliū: apium ꝛ oēs herbas cali=
das ꝛ siccas sicut sunt ysopus saluia: ruta: eruca: ꝛ similes.

¶ Fructus q̄ cōceduntur: sunt sicut granata dulcia ꝛ muza: po
ma arantia dulcia ꝛ muza: interdū limones. amigdale sunt cō
uenientes alterate cum limonib⁹. Itē ꝛ passule sine interiori=
bus. Et si tpe estiuo vellet de melonibus bn̄ maturis: de prunis
damascenis: aut etiā de amarenis ꝛ interdum de persicis cum
moderatione tn̄ ꝛ ante cibū comedat. De his quib⁹ interdum
pōt vti ꝛ cum moderamine post cibuꝫ sunt sicut poma dulcia
paradisi ꝛ silia. Itē ꝛ citonia siue sint pira siue poma. Item ꝛ
pira pontica ꝛ oīa sint decocta in prunis ꝛ in modica quātita
te sumpta ab alijs vero fructib⁹ caueat precipue a ficubus.

¶ Panis electio sit de bona farina frumenti electi ꝛ in bona
messe collectus ꝛ bene preparatus non multum decoctus nec
assus ꝛ abijciantur cruste.

¶ Potus eius sit vinum medij coloris non multum potens
ꝛ quando non reperiretur ꝛ esset nimis potens limphetur cuꝫ
aqua simplici decocta.

¶ Mot⁹ ꝛc. Vtaꝫ exercitio partiū superiorum sicut est ludo ta
bularum ꝛc. dimittat autē exercitium partiū inferiorū. fiāt fri=
cationes brachiorū ꝛ spatularuꝫ trahēdo deorsuꝫ habito pri⁹
ventris

vẽtris bñficio ⁊ sĩr fiat fricatio capitis leuiter cum pãno leuiter calido ⁊ bene exiccato ⁊ stomaco existente ieiuno.

¶ Somnus sit septẽ horarũ vel circa ⁊ de nocte distãter a cibo per horas duas vel circa cum capite eleuato ⁊ situs eius sit super partem dextrã: deinde super sinistram aut incipiendo super ventrem ⁊ omnino dimittatur somnus resupine factus. Et vbi de nocte non potuisset dormire aut vbi cõsuetudo fuisset dormire de die dormiat per horam sed distanter a cibo vt supra dictum est.

¶ Inanitio ⁊ repletio. oĩs repletio superflua nocet ⁊ sĩr inanitio ita ꝙ fames ⁊ ieiunium in casu dñationis sue multũ nocent. Et vitãdus est coitus quantum possibile est.

¶ Accidentia aĩe. Uitent̃ ira: furor: tristitia. timor: ⁊ oĩs vehemens animi solicitudo quantũ possibile est. sed gaudeat ⁊ bene speret de salute sua. Et hec sufficiant quantum ad regimen in sex rebus non naturalibus.

Quãtũ vero ad medicinalia duplici via est ꝓcedẽdũ videlʒ cũ medicis īteri⁹ sumẽdis. Scdo cũ exteri⁹ applicãdis. ¶ De īteri⁹ sumẽdis laudam⁹ sirupũ īfrascriptũ videlʒ. ℞. siru. vio. ℥.i. siru. de endiuia. siru. de papa. aã. ℥.s. aquarũ endiuie: lupulorũ: buglose: ⁊ fumiterre aã. ℥.i. misc. ꝓ vna dosi ⁊ vtat̃ isto sirupo plurib⁹ diebus: deĩde capiat medicinã solutiuã vt infra. ¶ ℞. cas. electe ⁊ nouiter extracte. ℥.i. pulpe tamarindorũ. ʒ.iij. passent̃ ꝑ cribrũ ⁊ cũ zuccharo fiat bolus. Et casu quo nõ placeret ĩ forma boli: sʒ poti⁹ vaiʒ in forma potabili dissoluãt̃ ꝑdicta videlʒ cassia ⁊ tamarindi ĩ aqua decoctiõis passularũ: liqritie: sebestẽ: prunorũ: violarũ. florũ boragis: ⁊ buglose: polipodij: sene: fumiterre: ⁊ florũ lupulorũ faciẽdo debitã colaturã ⁊ fiat potio. Et interdũ põt vti electuario vt ĩfra. ¶ ℞. violarũ. ordei: passularũ: liquiritie: prunorũ: sebestẽ: tamarindorũ: polipodij: fumiterre: sene: florũ buglosse: ⁊ boragis florũ lupulorũ: capilli ve. endiuie quatuor seminũ cõium frigidorũ maiorũ aã. ʒ.ij. decoquant̃ in sufficiẽti q̃titate aq̃ fontiũ clare addẽdo flores thimi: ⁊ epithimi: in fine decoctiõis in qua decoctiõe dissoluant̃ cassie ellecte nouiter extracte. ℥.iiij. zucchari fini. ℥.iij. pulpe tamarindorũ ℥.i. pulpe sebestẽ. ℥.s. sirupi de pomis. s. ℥.i.s. sirupi de fumoterre. ℥.s. oĩa decoquant̃ ⁊ reducant̃ ad formã ellectuarij: de quo ellectuario accipiat coclear vnũ bis vel ter in ebdomada ꝑ horã vnã vel duas ante cibũ in dieb⁹ qñ nõ recipit alia solutiua suprascripta singulis diebus laudamus ꝙ vtat̃ cõfectione in morsellis vt ĩfra. vʒ. ¶ ℞. spẽrum triasandalorũ. ʒ.i.s. spẽrum diarodõ. d. cõi pelliculaꝝ stõrũ gallinaꝝ ꝑparatarũ aã. ʒ.i. seminũ cõiũ frigidorũ maiorũ seĩs portulace ⁊ lactuce aã. ℈.ij. misce ⁊ cũ zuccharo fino q̃tũ sufficit dissoluto in aquis endiuie ⁊ fumiterre. aã. q. s. fiat cõfectio in morsellis. ʒ.ij. ꝓ singulo capiẽdo morsellũ vnũ ꝑ horas. ij. vel. s. ante cibum.

¶ Ab extra nobis vr̃ p̃rio eẽ epar epithimãdũ fm ꝙ diximus magro Aueraldo: atñ ponet̃ descriptio vt ĩfra. ¶ ℞. aquarũ endiuie. ℥.vj. ros. ℥.ij. sandaloꝝ omniũ. ʒ.i. spodi. ℈.i. cãphore. gra. v. spice nardi. ℈.s. aceti albi. ʒ.iij. misce ꝓ epithimate epatis ante cibũ administret̃ ⁊ hora cibationis remoueatur: ⁊ qñ applicabitur sit tepidum cum petia lini duplicata.

¶ Quantũ vero ad tibiã vr̃ nobis vt dixim⁹ magro Aueraldo ꝙ fiat caliga parua ex corio canis ⁊ sit tal͛r constructa ꝙ ad libitũ possit cõstringi ⁊ dillatari ⁊ illa teneat̃ de die: ⁊ de nocte remoueat̃. Et interim ꝙ ꝑparabit̃ dicta caliga fiat descẽsiuũ ad tibiã ⁊ coxã cũ aq̃ rosarũ ⁊ q̃rta parte aceti ⁊. ʒ.ij. sandalorũ pulverizatorũ infundẽdo petias in dicto liquore.

¶ Sub vola pedis vltra illa localia sibi cõsueta administrari laudam⁹ vt dictũ fuit suprascripto magro. Aueraldo ꝙ tẽpore apertionis solatri capiant̃ folia eius ⁊ ponant̃ sub vola pedis vbi est lesio: ⁊ illa folia cũ incipiũt exiccari renouent̃ iterim donec apparuerit tp̃s dictorũ folioꝝ capiant̃ folia plãtaginis q̃ ĩmediate ponant̃ sup loco leso deinde supra folijs plãtaginis ponant̃ folia caulium q̃ ẽt remoueãt qñ exiccabunt̃. Et his ad p̃ns sum⁹ cõtẽti ad laudẽ oĩpotẽtis dei ꝯsiderata maxima tp̃is angustia cũ plura si tp̃is commoditas nobis affuisset circa regimen ⁊ medicinalia a nobis annotata fuissent ⁊c.

¶ Explicĩt putilia cõsilia totius fere medicĩe de practicaʒ perstrigentia cõsummatissimi artiũ ⁊ medicine doctoris. do. Joã. Matthei de gradi Mediolanensis. Una cum singularissimis tractatibus excellentissimi medici Rabbi moysi ad Babylonie Soldanũ inscriptis. Necnõ necessario opusculo ad quotidianũ vsuʒ subtilissimi nature idagatoris dñi Arnaldi de villa noua. Addito mirabili ⁊ stupẽdo libello secretorum nature seu quinte essentie: nullibi locoꝝ antea ĩpresso: sʒ nũc primũ in lucẽ edito: sacri doctoris magri Raymũdi lulij de insula Maioricaꝝ: qui nõ solũ oĩm fere simpliciũ gradus ⁊ proprietatem demonstrat: verũ ẽt toti⁹ artis alchimie archana accuratissime tractat. Item consilia medicine monarche spectabilis dñi blasij Astarij papiẽsis. Que oĩa nouissime a viro bene docto castigata fuere: ⁊ in prestinum cãdorem deducta.

¶ Lugduni cura ⁊ sumptibus honesti probiq; viri Jacobi giunti calcographi Anno gratie. M.D.xxxv. die. iij. Aprilis.

Regestum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s. Omnes sunt terniones: preter. s. qui est duernio.

